MAROLDUS
PRACTICA
MEDICA
1650

62832/B

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

Accession Number

Press Mark
MAROLDUS, O.
MAROΛΤ, ORIOΛIH

X 1

DOMINI ORTOLPHI MAROLDI
MED. DOCT. ET QVONDAM APVD Schmalcaldios Practici eminentiſſimi,

PRACTICA MEDICA

AD OMNIS GENERIS MORBOS FELICI-ter curandos accommodata;

Nec non

EXPERIMENTIS TVM PROPRIIS, TVM MEDICORVM CE-leberrimorum familiaritate obtentis refertiſſima,

IN PARTES DVAS REDACTA, CVM INdice rerum locupletiſſimo.

LONDON·MEDICAL SOCIETY OF



FRANCOFVRTI,
Sumptibus IOHANNIS BEYERI,

M. DC. L.

NOBILI CLARISSIMO NEC NON EXCELLENTISSIMO DN. LVDOVICO

Combachio Med. Doctori eximio, Aulæque Illuſtriſſimæ Haſſo Caſſellanæ Archiatro celeberrimo, Fautori meo honorando.

TRiplicis generis cauſæ mihi ſunt quibus commoveor, ſub favore nominis tui Vir Nobilis, Clariſſime atq; Excellentiſſime tractatum præſentem divulgare: Celebritas tua, obſcuritas Authoris & denique æquitas à me requiſita. Celebris es ſcriptis, celebris & praxi. Scriptis deſiderium, ſatis prodidiſti, quo ſtudes rem Medicam promovere. Promoviſti in lucem, inſignia illa ſcripta Chymica Replæi &c. Communicaſti ante annum deſiderata Angeli Salæ experimēta atque modo Tractatum hunc eximium experimentis variis refertiſſimum. Hæc omnia, quod communia volueris, cum privato tuo vſui reſervare potuiſſes, anne laudem meretur, anne eruditionem arguit. Ineruditis enim piaculum habetur ſecreta ſibi atque experimenta perſuaſa cum aliis communicare. Eruditionem illam amplificat quoque praxis tua; praxis illa medica, quam Caſſellis tum in aula illuſtriſſima tum in civitate lociſque finitimis cum laude exerces. Eruditionis ſane

)(2 *id do-*

id documentum certiſſimum. Æquum igitur duxi tractatum hunc ceu obſcuro authore prognatum, tua celebritate illuſtrare, vt ſi quid obſcuritas illa derogare videatur, id celebritas tua redintegret. Nimirum dignum iudicaſti quem literis tuis ſumme mihi commendares præloque ſuſcipere perſuaderes. Obſcurum autem dico Authorem noſtrum ætati huic noſtræ, clariſſimũ enim atq; celeberrimum eũ ante annos quadraginta extitiſſe ſatis convincit familiaritas, qua notus fuit aulis diverſis, mediciſque hinc inde celeberrimis, quorum favore experimenta quamplurima collegit, eaque cum propriis in ordinem practicum duobus hiſce libris concinnavit. Æquitas à me requiſita eſt gratitudo, qua fas eſt Tractatum illum eidem à quo communicatus fuit, reddere, adeoque animi grati ſignum ſaltem ſuſpendere. Suſcipe igitur vir Excellentiſſime id animo benevolo, fama tua obſcuritatem illuſtra, atque vlterius ſcriptis ſecretioribus te penes copioſe repoſitis, rem medicam promovere ne deſine. His vale atque favore tuo vlteriore me dignare. Dabam Mœno-Francofurti Calendis Februariis 1650.

Excellent. T.

ſubmiſſe colens

Iohann Beyer

Bibliopola ibidem

AFFECTIONES CAPITIS.

Pilulæ Optimæ Elidæi, Medici Bolonienſis, ad Dolorem Capitis:

℞ Aloës Epat. ℨ.j. Bryoniæ, Myrobalanor. omnium, Maſticis, Aſari, Roſar. ana ℈ ij. ß. Diagridii, ℈ ß. Confice cum Succo Caulium.

In Dolore antiquo, factis univerſalibus, detur ℨ.j. Mitridatii, omni ſero.

Item: ℞ Aloës ℥.j. Succi Caulium depurati, ℥.iij. Nutriatur Aloës in Sole in dicto Succo, usque ad eius conſumptionem, & fiat quater, poſtea fac pilulas, ℨ.j. pro vice dando ituris Cubitum.

Ad Hemicraniam, præmiſſis univerſalibus ex hiera, &c. fiat Caput purg. cum Succo Cyclaminis aut Ireos, replendo prius Os aqua frigida.

Si ſit dolor ex materia bilioſa: ℞ Rhabarb. electi, Pilar. Aurearum, ana ʒ. ß. cum Succo Roſar. fiant pil. v.

Ad dolores antiquos: ℞ Aloës lotæ. Pil. Arab. ana ʒ. ß. cum Succo Caulium fiant pil. 5. Dentur bis in Septimana poſt Cœnam.

Hydromel Optimum, Matth. de G. in morbis frigidis Cerebri:

℞ Aquæ pluvialis lib. 40. Mellis lib. 5. Calamenth. Origani, Hyſſopi, Ivæ, Maioranæ, Salviæ, ana M.j. vel ſemis. Bulliant omnia ſimul ad caſum medietatis. In Colatura pone Cinamomi ℥. ß. Nucis Moſch. ZZ. Cardamomi, trium piperum. ana ℨ.j. Rurſus bulliant ſemel, & infundantur in vaſe, ut feculentum deſcendat, per 24. horas. Clarum reponatur, durat per vj. Menſes.

Pro roborando Capite: Univerſalibus peractis, vitentur omnia, quæ Caput agitant, ut ſunt Errhina, frictiones, ſtillicidia, Caputpurgia, Lux, turba hominum, quæ in gyrum verſantur. Hæc enim omnia Cerebrum & Spiritus agitando, robur adimunt.

Sat eſt maſticare Maſtichen ſolam, vel cum pipere aut Staphiſagria, Nucem Moſchatam, Zedoariam, Garyophylla.

la. Caput abluere ſingulis Septimanis cum Herbis Capitalibus & Agarico. Sumere aliquando ʒ. j. Mithridatii. Inſtillare oleum Ladani naribus vel auribus, & cum eodem Caput quotidiè retrò pectinare, aliquando eodem Verticem illinire.

Fernelii Suffitus adſtringens deſtillationes tenues & acres: ℞ Roſar. rub. Vernicis, Maſtichis, Succini, ana. Contuſorum ℥. ß. miſce.

Ad deſtillationes craſſas, & Cerebrum roborans: ℞ Succini, Sem. Melanthi, ana ℥. ß. Styr. Calam. Benzoini, ana ʒ. iij. Maceris, Caryoph. Nucis moſchat. ana ʒ. ij. Torantur in pulverem groſſum, aut ex ipſo pulvere, Myrrhæ Maſtichesque, ana ʒ. j. (ſolutis ſcil. roſacea) fiant Trochiſci ad ſuffitum.

Pulvis inſpergendus Capillis fit ex Succini, Ligni Aloës, Caryophyllorum, ana ʒ. iij. Roſar. rub. Sampſuchi, Maceris, Nucis moſchatæ, ana ʒ. ij. Miſceantur.

Cucullus ſeu interſutus pileus, ad deſtillationes & affectus frigidos:

℞ Roſar. rubear. Sampſuchi, flor. Anthos, Salviæ, Stœchad. ſpicænardi, ana ʒ. ij. Cort. Citri ſicci, Cocci infect. Maceris, Piperis, Nucis moſchat. Caryophyllor. ana ʒ. iij. fiat pulvis, qui carpta bombace exceptus coaptetur in cucullum.

Nodulus aut Pomum: ℞ Melanthi torrefacti, ℥. ß. Spicænardi, Nucis moſchat. Caryophyllor. ana ʒ. ij. Trita concludantur in Syndone in Nodulum.

Pomum odoratum: ℞ Maioranæ, Roſar. rub. Pſeudonardi, ana ʒ. ij. maceris, Xyloaloës, Nucis moſchat. Caryophyl. ana ʒ. iij. Styracis, Benzoini, ana ℥. j. Excipiantur trita Ladano puriſſimo, aut Mucilagine Tragacanthæ, & fiant globuli pertuſi, aſperſo pulvere Ambaris & Moſchi, ana ℈. ß.

Opiata Hieronymi Brunſuigii, Qua vitam ad annos centum produxit ſanus.

℞ Cinamomi, ZZ. ana ℥. ß. Nucis myriſt. Caryophyllor. Piperis longi, Maceris, Galange, ana ʒ. j. Dictamni, Zedoariæ, Calami Aromat. Pimpinellæ, Angelicæ, Vomicæ, ana ʒ. j. Rhabarb. ʒ. ß. Rhapontici ʒ. ij. Croci ʒ. ß. Pulveriſentur, & cum Sachari lib. j. & ℥. j. fiat Confectio in tabulis.

Confortat Cerebrum & memoriam, ſanguinem purificat, melancholiam & vertiginem tollit, Cor roborat, Stomachum confortat & Sedes naturales provocat, tuſſientibus & phtiſicis prodeſt, ulcera pectoris & apoſtemata ſedat, cordis diſtrictionem diſſolvit, & omnibus aliis morbis prodeſt, mane & veſperi nucis quantitate ſumptum.

„ Commendatur & Julepum Vini, ex tribus Vini libris, & duobus libris Sacchari, cum pura aqua. Gerit vicem cibi & potus, præſervat ab im-

" ab imminente Senio, & vires au-
" get.

Morſelli, Marſilii Ficini Bononienſis, ad fovenda membra præcipua excellentes:

℞ Cinamomi opt. ʒ.iij. Mirobalanor. Cheb. Emblic. ana ʒ.ij. Croci, Roſar. ana ʒ.j. Santal. rubr. ʒ.ij. Corallor. rub. ʒ.j. Sacchari albiſſimi q. ſ. Infunde cum Roſacea & Succo Citri vel Melonum ana, & coque. Ultimo adde Moſchi, Ambræ, tertiam ʒæ partem, pro Morſellis auro involvendis.

Oxymel L. Gini, ad multa utile, in tempore

Frigido. ℞ Salviæ, Betonicæ, Abſynthii, Ceterach, Menthæ, ana M.j. Cort. Citri, ℥.j.ß. Fœniculi, Aniſi, ana ℥.j. Aquæ Cōmunis lib. ſ. Bulliant ad ȝ. Colaturæ adde Mellis opt. lib. j. ß. Sacchari lib. ß. Aceti Roſar. ℥.vj. & ß. a. fiat Syrupus, qui in fine aromatizetur ʒ.iij. Cinamomi, ʒ.ij. Ligni Aloës, ℈.j. Galliæ Moſchatæ.

Calido: ℞ Abſynthii M.j. ß. Agrimoniæ, Ceterach, ana M.j. Sem. Endiviæ, cichor. ana ℥.j. cort. citri, ʒ. v. Aquæ cōmunis lib. v. Miſce, & bulliant ad ȝ. adde Sacch. albi lib. Syr. ex infuſione Roſ. viridium. ℥.vj. fiat Syr. & in fine aromatizetur cum ʒ. iij. Santalor. Cit. Cinamomi opt. & gr. iij. Moſchi.

Aqua Mellis: ℞ Aquæ Canth. iij. Mellis Canth. ß. Paſſularum, ℥.iij. Coquantur, donec probè deſpumetur, Cinamomi fracti ℥.ß. Piperis ʒ. ij. Hyſſopi, Betonicæ, ana p.j. Coquantur donec reſtent Canthari ij. aut iij. Digeſtivum pro phlegmatico habitu.

Oxymel Solutivum parabis, ſi inter coquendum ſuſpendes in panno lineo Semina Cnici tuſa ad ℥.ij.

Acetum paſſulatum fit, decoquendo duas part. Aceti cum part. j. paſſularum. Stent per noctem in infuſione, manebis vel ter bulliant, poteſt & aromatizari cum ſpeciebus.

Aqua Mellis: ℞ Aquæ ℔.iij. Mellis ℥.v. Salviæ, Betonicæ, ana M.ß. bulliant ad tertias.

Aqua Mellis pro Phlegmaticis fit optima, ſi aliquot grana piperis conquaſſata cum modico Macis & Cinamomi in petia rara ligata ſimul bulliant. Guainerus fol. 180.

Pomum Odoratum D. Schotteri: ℞ Ladani puriſſimi, Storacis Cala. Benzoini, ana ʒ.j. Ligni Aloës ℈.ß. Nucis moſchat. Macis, ana ℈.j. Caryophyllor. ℈.j. Roſar. rub. ℈.ij. Corticum citri & folior. Baſilici ana ℈.ß. Pulveriſata liquefiant in Roſacea & Aqua Cinamomi, ac addendo Moſchi gran. vj. fiat Pomum cum modico Oleo Cinamomi vel Caryophyll:

Linimentum odoriferum: ℞ Pomatæ ℥.j. Ol. Ladani ʒ. ß. Ol. Charyophyllor. vel Nucis moſchat. ℈. ij. pul. Macis ʒ.ß. Miſce.

Aliud Pomum Ambræ Ducissæ Lunneburgenſis:

℞ Ladani ℥.j.ß. Confice in mortario calido, & additis ſequentibus, cum mucagine tragacanthæ fiat maſſa. Roſar. rubr. Santali Citrin. Ligni Aloës (vel raſuræ Juniperi) ana ʒ.j. Caryophyllor. Cinamomi, Styracis Calam. ana ʒ.j.ß. Galliæ moſ. ℈.j. Ambræ, Moſchi, ana gr.v.

Pulvis præſtans, reſpondens ei, qui Tritemio adſcribitur:

℞ Folior. Senæ, ℥.j.ß. Zedoariæ ℥.ß. ZZ. ʒ.ij. Caryophyllorum, Nucis moſchatæ, Calami aromat. Galangæ, ana ʒ.j. Sem. Cumini, Anethi, Petroſelini, ana ʒ.ß. Rad. pimpinellæ ʒ.j. Sem. Aniſi ʒ.j. Herb. Rutæ, Valerianæ, ana ʒ.j. Sacchari ℥.j.ß. fiat Pulvis. *Doſis, mane & veſperi* ʒ.j.

Confortat Cerebrum, Ventriculum, Epar, Renes, Pulmonem, adeoque Sanitatem optimam procurat multorum annorum. Poteſt & cum melle informam Opiatæ redigi, & ſic uſurpari.

Tragus exhibet Epilepticis & Similibus ʒ.j. pul. rad. Bryoniæ.

Pilulæ de Bryonia M. Calderini, Medici Ducis Mantuæ, ad omnes Capitis ægritudines, ad Oculorum & Aurium morbos, mirabiles in Catarrho, in Soda, Hemicrania tàm calida quàm frigida.

℞ Bryoniæ ſiccatæ in umbra in modum Raphanelli inciſi rotundè, colligatur in Auguſto. Myrobalanor. citrin. Aſari, Roſar. rub. ſiccar. Agarici electi, Rhabarb. opt. Maſticis, ana ʒ.j. Diagridii ℈.j. Aloës Citrini ʒ. iij. Cum Succo Abſynthii fiat Paſta pro Pil. & fiant pilulæ cum Melle roſato. Doſis à ʒ.j. ad ʒ.j.ß. in introitu lecti poſt Cibum per 2. horas, cum rebus appropriatis, ut, ad Oculos, cum Aq. Euphraſiæ, &c.

poterit ex extracto parari.

Pulvis Iohannis Tritemii, ad morbos Cerebri & Ventriculi, Oculorum, Stomachi, præſervans ab omnibus morbis Cerebri ex obſtructione, Aſthmate, Calculo, Arthritide Sciathica, &c.

Paulus Scalichius commendabat unicè Georgio Erneſto Principi Hennenbergenſi. Anno 1561.

℞ Calami Arom. Gentianæ, Cymini, Sileris montani, Aniſi, Carui, Ameos, Petroſelini, Spicæ nardi, ana ʒ.ß. *Corall. rub. Margarit.* non perforat. ana ʒ. vj. ZZ. Amari dulcis (aliàs Chamepytheos) folliculorum Senæ, Tartari aduſti, ana ʒ.v. Cubebarum, Macis, ana ʒ.ij. Charyophyllor. ℈.ij. Miſce pro Pulvere, Cuius Doſis eſt ʒ.j. pro vice, (cum Vino vel jure, vel cum Sacharo Roſar.) mane jejuno Stomacho. Uſus eius eſt continuandus, ut ſingulis Septimanis bis aſſumatur.

alias Corallor. unionum, ana ʒ.v.

Pulvis Præſtans, confortans totum Corpus, Doct. Seyfridi, Affinis mei.

℞ Galangæ, ZZ. Caryophyl. Macis, Zedoariæ, Nucis moſch. Carui, Amme-

Ammeos, Rutæ, Salviæ, Pimpinellæ, Liquiritię, ſem. Feniculi, Thuris albi, ana ℥.j. Sachari candi lib.j. Miſceantur Doſis mane & Veſperi, quantum tres digiti capiunt.

Pulvis alius Præſtans, medetur Capiti dolenti, pulmonibus obſtructis, Oculis & ventriculo languido:

℞. Liquiritiæ raſæ & ſectæ ℥.iiij. Coriandri, Aniſi, ana ℥iij. Feniculi, Zinziberis, ana ℥.ij. Galangæ, Calami Aromatici, ana ℥. j. Miſceantur optimè & fiat pulvis; de quo bis ſumatur quotidie. *Nota, quod Chymus refert* de Decocto Splith, ſeu Fumariæ Alpinæ, ad dolores frigidos.

Confectio Marchionis Brandenburgenſis, confortans totum Corpus, &c.

℞. Zinziber. albi, Cinamomi, ana ℥.ß. Caryophyllor. Macis, ana ℥.j.ß. Cubebar. ℥.ß. Pinearum, Amigdalar. Piſtaciorum (infundantur roſacea) ana ℥. ß. Ligni Aloes ℈j. Moſchi gr.iij. vel iiij. folia Auri nō xx. Sachari albiſſimi ℥. xxviij. Groſsè incidantur, & cum Sacharo roſaceo ſoluto fiat Confectio in Morſellis.

Vor die Häupt Schueß: Nim Baumöl/ Myrrhæ ein wenig mit Roſenwaſſer vnnd Eyerklar angemacht/ vnnd auff ein Leder geſtrichen eines Meſſerrücken dück / vnnd auff den Schueß Tag vnd Nacht gelegt/ dienet denſelbigen.

Ad Sodam omnem, Oxyrrhodinum: ℞. Aquæ Roſarum, lib.j.ſ. Aceti Roſar. lib. ß. Aloes Succotrin. ℥. ß. Diſſolue Aloen in dictis, Colatura vtere.

Epithema præſtans ad omnem Capitis Dolorem.

℞. Cimini M.j. Salis M. ß. Conterantur ſubtiliſſimè, adde albumen Ovi, aut duo Ova recentia. Mixta hæc extendantur ſuper petiam ac temporibus applicentur ſpatio z. hor. aut citius melius ſe habebit. Inunge frontem Dialthea probatum eſt in intollerabili dolore cujuſdam mulieris.

Si adſit & tinnitus aurium: ℞ Menthæ, Majoranæ, ana M.j. bulliant in Vino, & calida parti dolenti apponantur.

Aliud ℞ Aquar. Roſar. Endiviæ, Violar. Nympheæ, ana. lib. ß. Syr. Violarum ℥.iiij. Miſce, Detur mane & Veſperi.

In Dolore ex plenitudine: ℞ Vitellorum Ovor. nō iiij. Lactis mulieb. lib.ij. Olei violati lib. ß. Diſtemperentur omnia optimè ſimul, & fronti applicentur.

Ex bilioſis humoribus: ℞ Succi Roſar. Succi fumiterræ, Succi Lupulor. ana lib.ij. Sachari albiſſimi lib.iij. Coquantur ß. a. & fiat Iulep. longum. Evacuetur Electuario Roſ. Meſue.

Si ſit ratione Epatis: ℞ Corall. rub. Coriandri præparati, ana ℥.ß. Roſar. rub. Sumach, granor. Myrti, & granatorum, Berberis, ana ℥.j. Pulpæ citoneor. Coctorum ſuper prunas ℥ij. Miſce fiat Pulvis ſubtiliſſimus, de quo ſumat à Cibo, ad reprimendos vapores.

Gal.Verbenata cocta in Oleo, & Capiti inuncta, omnem Capitis dolorem diuturnum, ex cauſa frigida & craſſa, optimè ſanat.

Serpillum cum aqua roſacea tritum & dolenti loco illitum.

Ad Sodam, ex pituitoſis humoribus: ℞ Syr.de Stæchade ℥.j.Mellis roſar. col.℥.ß.Aquar.Majoranæ ℥.iij. Miſce Caput lavetur lixivio facto ex Aqua fluminis, in quo ſint decocta Bethonica, Abſynthium, Arthemiſia. *Frons epithemetur Aqua* Pulegij vel Roſacea, in qua diſſolvatur Zedoaria.

Oxyrrhodinon: ℞ rad. Cucum. Aſinini ℥. iij. folliculorum Senæ M. ij. Roſar.rub. odoriferar. M. j. flor. Keiri, Camomillæ, Meliloti, Anethi, ana M.ß. fiat decoctio ß. a.in ſ.q.Aquæ Chelidoniæ & Aceti quart.j.ad conſumptionem medietatis. In Colatura diſſolve Theriacæ aut Mithridatij ℥. j.aloes Succotrin. ℥.ß.Poſtea calefac lento igne, Coletur & vtere loco Oxyrrhodinij.

Doloribus antiquis capitis medentur mirabiliter Millepedes coctæ in Oleo, teſte Galeno.

Ad Caput valde humidum, pro confortatione Cerebri, fiat tale Pomum:

℞ Flor.Bugloſſæ, Roſar.rub.Corticis Citri, Santalor alb.& rub. Ligni Aloes, Nucis moſc. flor. Nenuphar. Violarum, Maioranæ, Sandaracæ, Stœchados, Aſari, Thuris, ana ʒ.ß. Ladani ℥. ij. Cum ſtorace liquida & Aqua Roſar. parum fiat Pomum.

Sinapi, quo in Menſis vtimur, vino diſſolutum & attractum naribus.

Ad dolorem Capitis: ℞ Aquæ Roſar.fœniculi, ana Coch.ij. Vini ardentis coch.iij.imponatur.

Item ℞ Aquæ Roſar. fœniculi, ana Coch.iiij.Aquæ Sambuci Coch. ij.Aceti roſar. coch.ij. Olei Roſar. coch.j. Croci parum, Boli Armeni quantitate Avellanæ triti, Albuminis Ovj vnius agitati, Imponatur temporibus cum Stuppa Cannabina latitudine manus. Sæpè renoventur à refacta.

Emplaſtrum ex pomo cocto, & in Sartagine calefacto cum tribus coch.Olej.

Cephalica

Frigida: Ad Capitis ardores, & diliria, nec non ad vigilias: Roſa Viola, Nymphæa, Lactuca, Solanum hortenſe, Hyoſciamus albus, Papaver album, Sempervivum majus, Camphura, Mandragora, Opium.

Ex his parantur, Syrupi, Antidoti, Pilulæ &c. Oxyrrhodina ex lib. Aquarum, ℥.j.ß.Aceti, Camphoræ ʒ. ß.Sopoſifera, Vnguenta & Cerata, &c.

Calida: quæ affectuum Cerebri, præſertim frigidorum reliquias diſſipant.Salvia, Bethonica, Samſuchus, roriſmarinus, Stœchas, Laurus, Myrtus, Acorus, Galanga, Peonia, præſertim mas, Ruta, Serpillum, Spica, Centaur. minus, Radix Iridis flor. *Ex his parantur Syrupi, Aq.*Stillaticiæ, Conſervæ, Olea, Capitis lotiones.

Deſtillationes ſiſtunt, & Cerebrum corroborant: Maſtiche devorata, vernix ſuffitu, vt & Thus, Succinum devo-

devoratum & ſuffitum, Xyloaloes, Spicanardi, ſumpta aut ore detenta, Storax ſuffitu, Melanthum naribus adhibitum. Benzoinum. Caryophylli, Macis & Nuxmoſchata, Myrrha, Ambarum.

Ex his parentur pulveres, Trochiſci, Cucuphæ ſeu Pili interſuti, poma.

Pulvis pro Capitis Suffitu: ℞ Succini, Nigellæ, ana ℥. ß. Styracis Calam. Benzoini, ana ʒ. iij. Macis, Caryophyll. Nucis moſc. ana ʒ. ij. fiat Pulvis craſſiuſculus, pro capitis ſuffitu.

Cucupha: ℞ Roſar. rub. Majoranæ, Anthos, Salviæ, Stœchad. Spicæ Nardi, ana ʒ. ij. Cort. Citri, Cocci infect. Macis, Piperis, Nucis moſc. Caryophyllor. ana ʒ. iij. fiat Pul. qui bombace exceptus, coaptetur in Cucullum.

Pomum odoratum: ℞ Roſar rub. Sampſuchi, Pſeudonardi, ana ʒ. ij. Maceris, Ligni Aloes, Nucis moſc. Caryophyllor. ana ʒ. iij. Styracis, Benzoini, ana ℥. j. Trita excipiatur Ladano puriſs. vel mucagine Traganti, & fiant globuli portuſi, aſperſo pul. Ambaris & Moſchi, ana ℈ ß.

Nodulus: ℞ Nigellæ torræfactæ ℥. ß. Spicænardi, Caryophyllor. Nucis moſc. ana ʒ. ij. Trita concludantur Syndone.

In Cephalæa, ex materia melancholica.

℞ Paſſular. ℥. ß. prunorum, ſebeſten, ana nõ v. aniſor. Nucis moſc. ſantali citrin, ana ʒ j. flor. Cord. ſtœchadis arab. capillor. ♀ epithymi, ana M. ß. folliculor. ſenæ ʒ. ij. Coquantur ſ. a. ad tertiæ partis conſumptionem. Colaturæ ℞ ℥. iiij. in qua diſſolve Diacathol. ʒ. ß. elect. Indi ℥. iij. ß. roſ. Meſue ʒ. Syrup. violati, ℥. j. fiat hauſtus.

Electuarium: ℞ Hyſſopi, maioranæ, flor. roriſmarini capill. ♀ ana ℥. j. Rad. pœoniæ, nuciſtæ moſc. ana ʒ. ß. ſem. agni caſti, granor. myrti, ana ℈ iiij. cum melle deſpumato q. ſ. fiat elect. ſ. a.

Balneum, ad dolorem maximum ex vaporibus cholericis & melancholicis:

Habitis purgationibus ſufficientibus, fiat tale Balneum: ℞ *Fœnumgræci* M. j. ß. ſem. lini M. j. Cimini, ℥. ß. apij, calamenthi, betonicæ, hederæ terreſt. ebuli, maioranæ, folior. lauri, parietariæ, ana M. j. Miſce & contundantur groſſo modo, pro balneo.

Dolores ex flatibus egregie diſcutit ſuffitus per arundinem ſuſceptus ex decocto Limaturæ ferri vel Chalybis, & herbarum capitalium, cum aceto aut vino.

Idem facit Gal. in exiccanda aure, cum ferri limatura.

Ad dolorem ex conſenſu Ventriculi non eſt potentius digeſtivum, quàm Syrupus de abſynthio cum aquæ ejuſdem.

Si epar eſt calidius, adde Syr. de endiva, cum aq. cichor.

Ex conſenſu matricis, optimum eſt dare rubiam trochiſcatam Nicolaj.

Pilulæ ad evaporationes ventriculi doloroſas:

℞ Agarici electiſs. aloes ſæpius lotæ,

lotæ,rhabarb.optimi,ana ℥.ij. maſtiches, ʒ.j.macis,Zinzib. ana ℈j. cum Syr. de betonica fiant pil.nō. xv. pro ʒ.j.

Item ℞ *Coriandri præparati ſepties* aceto macerati, ℥.j.ſpeciem diacyd. ſine ſpeciebus,ʒ.iij.Sem.aniſi, fœniculi,ana ʒ.ij.macis,Cinamomi, ana ʒ.j. ſantalor.albor.ʒ.j.ß. Spicæ odoratæ, gr. 10. Sacchari albiſſimi, ad pondus omnium,hoc eſt ℥.ij. Miſceantur optimè pro tragæa vel pulvere, ſumendo ante ſomnum.

Ablutio pedum fervens.

Ad apertionem ſuturæ capitis puerorum in ſoda:

Capite cum aqua ſalis abluto vnge cum radicibus Croceis id eſt Chelidoniæ & Curcumæ, malaxatis in Oleo amigdalar.amar.

Oxyrrhodi non, ad dolorem capitis in febribus peſtilentialibus, & venenis aſſumptis:

℞ Rad.angelicæ, chelidoniæ,ana ℥.iij.Cardubened.flor.Keiri,ana M. ij.Coquantur ß.a.in ſ. q. aquæ chelidoniæ & aceti roſati lib.ſ.ad conſumptionem medietatis. In colatura diſſolvemithridatij,℥.ij.aloesSuccotrin. ℥. ß. diſſolve omnia optimè & diu in mortario ſimul: deinde calefiant lento igne, & vtere pro Oxyrrhodino.

In Phreneſi: Piſcis Tinea, apertus quaſi vivus, ligetur ſub plantis pedum & liberabitur.Expertum.

Cerebrum confortant: Conſerva ſalviæ,pulvis Montagnanæ in fine conſilij 37.

Suffimigium Vſuale: ℞ Thuris maſculi, ℥.j.ligni aloes ʒ.ß.Spicæ ʒ.j. Miſceantur,& fiat pulvis pro ſuffimigio.

Pomum optimum in intemperie frigida.

℞ Sem.Nigellæ,ʒ.iiij.Caryophyllor. Nucis moſc.ana ʒ. iij. Styracis calam. opt. ℈iiij. Ladani electi mollis,ʒ.ij.moſch. Ambræ ana ℈.j. cum Maſtiche & Colophonia diſſolutis ß.a. addendo aq. roſ. & oleum Caryophyllorum vel Cinamomi, f. Pomum.

Lotio confortativa: ℞ folior.Lauri, Maioranæ,Chamomillæ, Stœchados arab. Calamenthi, Rad.aſari, folior.Senæ,Salviæ,ana M. ß. Ladani, Nucis moſc.ana ʒ. ij. Contuſa groſſo modo, bulliant in lixivio, & vtere.

Pomum ad Vertiginem & deſtillationes:

℞ Violar. Roſar. rub. Maioranæ ſiccæ,ana ʒ.j.ß.Styracis Calam. Ladani, ana ʒ. j. Caryophyllor. ʒ. ij. Benzoi,Nucis moſc.ana ℈j. Ambræ ℈ß.cum mucilagine tragacanthæ aq. roſ facta f. maſſa pro pomo formando.

Suffitus, quo linteum aſperum ſuffiatur, pro levi frictione capitis matutina: ℞ Thuris,Ladani,Maſtichis, Styracis Calam.ana ʒ.ß.Miſceantur optime pulveriſata.

In Phrenitide.

Ex Philonio: Vng. populе: ʒ. ij. Olei Roſati,Mandragoræ, papaveris aut Violarum,ana ʒ.ij.Aceti, Opij,ana ʒ.j.Miſceantur optimè.

Detur

Detur & Potio ad ſomnum ex ſyrupo de nenuphar. de papavere cum decocto lactucæ, papaveris albi.

Ad excitandos ægros, Pulegium aut Hyſopus teratur, & cum Aceto admoveatur naribus.

Aut Aqua Hyſſopi cum Oleo nucis moſc. & aceto, attrahatur naribus, vel Spongiæ fruſtulum inſuccatum inſeratur.

In Capitis contuſione, præmiſſo clyſtere, & facta phlebotomia, inungatur Caput Oleo Roſato, ac myrtino, *& applicetur*. Elidæus. *Emplaſtrum*: ℞ Viginti cephalic. Terebintinæ, ana ℥.iiij. Pulveris Betonicæ, Salviæ, ana ℥.ij. Cumini, numiæ, ana ℥.j. Miſce.

Emplaſtrum, ad fracturam cranii, Capitis contuſiones & Inflammationem:

℞ Abſynthij, Camomillæ, Roſar. Meliloti, ana ℥.j. ſtœchados, Betonicæ, Matris ſylvæ, ana ℥. ß. Boli Armeni, ſang. Draconis, ana ℥. ß. farinæ hordei ℥.ij. Olei Roſar. q. ß. fiat Emplaſtrum, aut cum Cera fiat vnguentum, vt vis.

Vnguentum Capitale Optimum:

℞ Therebintinæ, Reſinæ pini, Geræ novæ, ana ℥.iiij. Gummi elenij, ℥.j.ß. Olei roſati lib.j. Maſtichis, Olibani, ana ℥.j. Betonicæ, Matris ſylvæ, ana ℥.j.ß. Bulliant in vino rubro, & fiat vnguentum ß.a.

Emplaſtrum, in contuſione Capitis cum tumore.

℞ Roſar. rub. Abſynthij, Camomillæ, ana M.j. Bulliant in Ol. roſar. & vino nigro q. ß. & fiat Emplaſt. cui potes addere ſang. draconis, Camomillæ, farinæ fabar. ana ʒ.j. Mumiæ ʒ.iij.

Aliud, præmiſſis vniverſalibus: ℞ Aquæ vitæ vini optimi, ℥. ij. Pul. Alos, Myrrhæ, ana ʒ.j. Maſticis ʒ.ß. Miſce, & pone in ampulla obturata, cooperiatur vulnus petia tenui, & cum penna irroretur de hac aqua tota petia parum, circumfacta inunctione cum Oleo roſato, & de pulvere ſuperponatur cum alia petia, vltimo ponatur capellus.

Evacuetur ter cum pulvere ſeq. ℞. Rhabarb. ʒ.j. Mumiæ ℈ ij. Rubiæ tinctor. ℈ j. cum Vino exhibe.

Aqua capitalis in fractura Cranei:

℞ Folior. & florum roriſmarini, Salviæ, Betonicæ, ana M.j. Infundantur per 24. hor. in ß. q. Vini & deſtillentur. *Cuius* ℞ lib.ij. Myrrhæ ℥.ß. Aloes ℥. j. Croci ℈ ß. Sarcocollæ, thuris, ana ʒ.j. In vaſe vitreo benè obturato reſerventur.

Phlebotomia ſit cita, & diæta ſit ex rebus aſſatis, non humidis.

Trochiſci præſtantes, ſolventes materiam à nervis, confortantes Caput in Paralyſi & tremore:

℞ folior. Senæ ℥.ß. Cort. rad. ellebori nig. ʒ.ij. Sem. Citri, pœoniæ, flor. roriſmarini, ana ℈j. Aquæ nenuphor. ℥. vj. Bulliant ad ſufficientiam, & facta expreſſione, infundantur in ea Rhabarbari, ſubtiliſs. inciſi, & diſſoluti in vino malvatico, ℥. ß. & facta expreſſione in ea miſce Oxymellitis

ſquillit.ʒ.vj.Lachrym. Abjetis, ʒ.ij. & cum eo madefac.ʒ.j. Agarici electi,ſubtiliſs.pulveriſati,fiant Trochiſci,℈ ij.pro ſingulo. Quibus vſurus, ℞ Trochiſcor. iſtor.nō ij.floris Caſſiæ ʒ.ß.Miſce & exhibeatur.

Ad Cranium plicatum interius in pueris: ℞ Lap.magnetis,Salis, Pumicis, Pulveriſentur,& cum Melle q.ß. fiat Emplaſtrum.Elidæus

Vnguentum, in Calvariæ ſciſſura, vbi non poteſt expurgari cerebrum:

℞ Gummi elemij ʒ.iij.Reſinæ Pini puriſſimæ ʒ.iiij.Therebintinæ claræ, ʒ.iij.ʒ.ß.Ammoniaci ʒ.ij. Olei roſar. ʒ.iij.ß.Ceræq.ß.fiat vnguentum ß.a. L.Chinj

Vnguentum ad vulnus in cranio:

℞ Matris ſylvæ,Betonicæ, Pimpinellæ,ana M.iij.Bulliant in ß.q. Olei roſati & Vini nigri ſtiptici ad ß. *Colaturæ fortiter factæ* adde Gummi elemii ʒ.ij. ſang.Draconis ʒ.ij.ß. Farinæ fabarum ʒ. ß. & cum cera citrina q. ß.fiat vnguentum.ß.a.

Emplaſtrum Elidæi Bononienſis, in contuſionibus Capitis.

℞ pul.Betonicæ ʒ.iij.Sem. Aniſ.ʒ. ij.flor.Camomeli, Roſar. Myrtillor. ana ʒ.j.Piloſellæ ʒ.j. Farinæ fabar. ʒ. iij.Calami Arom.ʒ.vj.Sam.Carui ʒ. ß.Sapæ q. ſ.fiat Emplaſtrum.

Aliud: ℞ Picis liq.Ceræ,Therebintinæ, ana lib. ſ. liquefacta malaxentur optimè cum Aceto. Rurſus liquefacta, cum lacte malaxentur, & tertio cum Succo Betonicæ. Quartò cum Succo Centaurii minoris, & vtere Secretum hoc eſt Leonis Præceptoris Elidæi

Emplaſtrum aliud: ℞ Gummi Elemi ʒ.j.ß.Roſinæ Pini puræ,ʒ.ij. Olei Roſar.ʒ.j. ß. Ceræ ʒ. ij. Ammoniaci ʒ.j. Therebintinæ,ʒ.ij. Farinæ fabar. nigrar.vel Siliginis, vel Orobi. ſem. plantaginis,ana ʒ. ij. Cum modico Vini ſtiptici q. ſ. fiat ad ignem lentum Emplaſtrum.

Apophlegmatiſmus: ℞ Piperis, Zinzib. pyrethri,Staphiſag.ana ʒ.ß.Trita in Vino coquantur, & ter quotidie teneatur Cochlear in ore.Maſticentur grana Iuniperi vel maſtichis.

Alius: ℞ paſſularum enucleat.ʒ.j. pul. Maſtichis ℈ ij. Nucis moſc. Piperis albi ana ℈ j.Cubebar.Pyrethri, ana ℈ ß.Incorporentur cum Oxymelite ſquill.vel ſimplici,pro Maſſa, & formentur rotulæ,pro ʒ.j.

Aqua Odorifera, pro cerebro & præſtans in tremore cordis:

℞ flor.Lavendulæ, Spicæ, flor. Mariæ Magdal. Iridis Illyr. Salviæ, Corticis Citri, ana ʒ. j. Caryophyllor.ʒ.ſ. Aquæ roſar. Lavendulæ,ana ſextarium j. Vaſe obturato ſtent dies 14.in fimo. Adde Galliæ moſc.Aliptæ moſ. ana ʒ. ß. Moſchi Roſacea contriti, gr.iij.Stent ad ſolem Dies 14. deſtillantur.

Hennenbergiſch Hauptwaſſer.

℞ Salviæ,Roriſmarini, ana lib. ſ. Lavandulæ ʒ.iij.Maioranæ ʒ. j. Macis,Nucis moſc. Caryophillor. Zinziber.Granor.paradyſi, Canellæ,Galangæ, Cimini Romani & vulgaris,

ana ℥. *iij*. Inciſa & groſsè tuſa pone in Vas ſtanneum, & affunde Vini generoſiſſimi Cantharos *iij*. ac operculo cum paſta optimè perlinito, ac vaſe toto cum linteo duplici circumcirca conſarcito, ponantnr in fovea ſub Cœlo, circumpoſita undique calceviva. *Die 14*. *Calx* optimè extinguatur, ac exemptum cum diligentia deſtilletur.

Aqua cephalica euporiſta Duciſſæ noſtræ Würtenbergenſis.

℞ pomor.ſylv. in talæola conciſorum, baccar. bauri ana p.æq.q.pl. fiat alternatim SSS.& L.A.deſtillentur.

APOPLEXIA.

Aqua Epiſcopi Bambergenſis ad præſervationem & Curationem Apoplexiæ:.

℞ Caricar. pinguium lib. *ij*. Sem. Sinapi lib. *j*. Zinzib. ℥. *ij*. Nucis moſc. Granor. Paradyſi, Macis Caryophyllor. Piper. longi, Caſtorei, ana ℥.ß. Cinamomi, Cubebar. Coriandri, Ligni Aloes, Myrrhæ, Dictamni, Galangæ, ana ℥. *vj*. Gra. Iuniperi. Nu. XXV. Pulegii, Salviæ, Meliſſæ, Maioranæ, Roſar. rub. ana M. *j*. Lauri, Roriſmarini, ana M. *j*. ß. Serpilli M. ß. Rad. Irydis, ℥. *iiij*. flor. Chamemeli, Meliloti, Lavendulæ, Anthos, Salviæ, ana M. *j*. Pulveriſata groſsè macerentur in Vino optimo q. ß. diebus duobus, vel diutius, poſtea deſtillentur. Doſis ℥. *j*. in Apoplexia. *Menſes etiam provocat mirabiliter.*

Characterius: Pampinus vitis purpureæ vt & bardana minor potentiſſimè defendunt à paralyſi hominis linguam, quod etiam præſtat vinca per vinca itemq; ſuccus bardanæ majoris cum vino rubro exhibitus.

Idem refert Matthiolus de Succo Lappæ minoris inuncto labiis lapſorum in Syncopen & obmuteſcentium.

Præſervativum & Curativum Apoplexiæ:

℞ Olibani (alias Electri) thuris albi, ana ℥. ß. Specier. Diarrhod. Abbatis, ℥. *j*. fiat pulvis, de quo poteſt accipere ſingulis menſibus luna exiſtente nova, cum Aqua roſar. vnius cochlearis, & eſt tutus certiſſimè per menſem.

At ſi correptus fuerit, illico detur hic Pulvis cum Aqua Ceraſor. nigrorum, & ieiunet 4. vel 5. horis, divino beneficio evadet.

Item *Injiciatur Diacaſtorium cum* ſucco rutæ per Nares.

℞ pulv. corall. magarit. ana ℈ *j*. detur cum aq. lavendulæ ℥ iß.

Aqua aurea in tali caſu, quæ labiis illita loquelam reſtituit, & mire confortat & membra Paralytica exiccat & ſanat. *Datur in quantitate* ℥. ß. & plus, &c.

℞ Salviæ ℥.ij.Lavendulæ ℥.vj. Roriſmarini ℥.iiij. flor. Anthos ℥.ij. Maioranæ ℥ij. granor. pœoniæ, cardamomi, calami arom. Zedoariæ, ana ℥.ß. Auri puriſſimi Ducatos 15. vel 20. Vini optimi, vt Chy, Menſuras duas. Stent omnia in infuſione per 14. dies, aut plus, adde granor. Paradyſi ℥.ß. poſtea diſtillentur.

Contra Apoplexiam varia experimenta ex libello pharmaceutico Illuſtriſſimi Ducis Hennenbergenſis mutuata vide infra ſub capite de epilepſia.

Emplaſtrum ex ſinapi luteo & caſtorio, tuſis cum aceto optimo, miſtiſque cum fermento, ac cum linteo apponatur raſo vertici capitis, per diem & noctem.

Comitiſſa Rutelſtadenſis.

Detur in potu ſanguis turturis, Aqua Lavendulæ, & viſcus quercinus, ana ad ʒ.j.

Nota, quod Princeps Hennenbergens. Wilhelmus IIII. de ſanguine Turturis referebat & commendabat. Radicem totabonam dentibus menſam; decoctum rutæ & Roriſmarini in Vino bibitum.

Fumus Electri per narem lateris affecti attractum quotidie quater. Aquam Lavandulæ ſæpè ore detentam.

Sinopi album tritum cum Aceto miſceatur cum Aqua Vitæ, in qua pannus laneus madefactus adhibeatur membro reſoluto, calidè, præſertim vbi ſudaverit ad ſilices vel ad fornacem.

Medicamentum Principis Hennenbergenſis Wilhelmi, ex viſco quercino; Item aliud ex Turturis cranio & ſtercore leonis, cum ſpiritu vini præparata.

Aqua præſtans ex floſculis lilii cõvalii aut lavendulæ, poſitis in Vino optimo per menſem, ad ſolem. Deſtillentur poſtea aliquoties, & in hoc Vino macerentur aromata ad ℥.ij.

Rurſus deſtilla. Vel fiat deſtillatio expreſſo Succo, vt noſti.

Aqua Præſtantiſſima Doctoris Nævij, Medici Electoris Saxonici, ad Apoplexiam & Paralyſin, nec non ad Epilepſiam.

℞ Flor. Lilii convallij lib.j. ß Macerentur per menſem in tribus cantharis Vini optimi, flor. Lavendulæ lib.ß.flor. Tiliæ ℥. iij. flor. & Rad. Pœoniæ ana ℥. ij. Viſci Quercini tantundem, Flor. Vorbaſculi, Ariſtol. longæ, ana ℥.j.Betonicæ albæ, Cubebar. ana ℥. j. Caſtorei, Piper. longi, ana ℥. ß. Omnia deſtillentur in vaſi duplici ſ. a. Doſis cochlear dimidium quotidie, correpto. Reſtituto verò & pro præſervando, cochlear, ſemel vel bis in menſe.

Emplaſtrum Doct. Mithobij: ℞ Galbani, ſinapi, opopanacis, ana ℥. j. Euphorbii, Caſtorei, Piperis utriuſque ana ʒ.j. Olei de Euphorbio, ʒ.vj. Ceræ ℥. j. fiat Emplaſt. pro Capite raſo.

Pulvis Præſervativus & Curativus eiuſdem: ℞ Specier. Diambræ, Diamuſci d. diamargar. an. ʒ.j.ß. Specier. E. de Gemis, diapleries cũ Moſcho,

Læti-

Lætitiæ Galeni, ana ʒ.j. Aromatici roſati, Diarrhod. Abbatis, ana ℈.j.ß. Smaragdi, Hyacinthi, Oſſium cordis cervi, ana ℈.j. Margaritar. ℈.j. Cinamomi, ʒ.ij.ß. Caryophyll. ʒ.ij. Nucis moſch. ʒ.j. Cubebarum, Granorum Pœoniæ, Viſci quercini, Succini albi, ana ʒ. ß. Pulveriſata miſceantur, & addatur Sacchari q. ß. *Alius:* ℞ Specier. Diarrhod. Abb. ℥. ß. Electri albi ℥.ij. Miſceantur probè. Doſis ʒ. j. à Novilunio. Datur & Correptis cum Aqua Ceraſorum nigrorum.

Item: Maſtic. & rad. Elemii, Nigellam, Sem. Carui, Cubebas, Sinapi luteum, & odorem trahat in Cerebrum.

Pulvis egregius, Abbatis Breitingenſis, ad Apoplexiam & Vertiginem:

℞ Piperis nigri, Pyrethri, Rutæ, ana ʒ.j. Caſtorei, Salviæ, ana tantundem, Granor. Pœoniæ, Viſci quercini, ana ʒ.ij. Sacchari albiſſimi, ℥.iiij. Detur cum aqua lavendulæ vel Ceraſorum ſylveſtrium, ſemel in Septimana.

Decoctio Abbat. Breit: probata in Epilepſia:

℞ Bethonicæ, Anthos, Lavendulæ, ana M.j. Cubebarum, Viſci quercini, ana ℥.ß. Vini ſextarios iij. Bulliant ad dimidium. Colaturæ tria aut quatuor cochlearia bibat calidè manè & veſperi, idque continuet multis diebus.

NB. *Caſtoreum quantitate Iuglandis mediocris, cum granis v. Pœoniæ in Sextario Vini bulliat. Dentur cochlearia tria tempore quo ſolet accedere morbus.*

Electuarium optimum Doctoris Iohannis Pontani.

℞ Conſer. Euphraſiæ ℥.*j*.ß. Conſer. flor. Caryophylleæ ℥. *ij*. Conſer. Anthos, Lavendulæ, Bethonicæ, ana ℥.ß. Nuc. moſch. Condit. ℥.*j*. ß. Myrobalanor. Cond. ℥. *j*. Diamoſchi d. ʒ.*j*. Ligni Aloës, ʒ.ß. Oleor. Cinamomi, Aniſi, Muſcatæ, Caryophyllorum, ana gut. *iij*. Cum Syrupo Conſervationis Nucum muſc. aut Myrobalanor. Chebulorum incorporentur pro Electuario.

Aqua Doct. Auguſtini Schurffii, præſervans ab apoplexia eandemq; curans.

℞ Nucis moſch. Cubebar. Rad. Pæoniæ, Cinamomi, Caryophyllor. Macis, calami arom. Galangæ, Zedoariæ, ana ℥.ß. flor. lavend. M. *iij*. (Spica nimis ferit Caput) Infuſa in lib. *4*. optimi Vini albi ſtent ad dies x. poſtea deſtillentur in Balneo, Doſis cochlear *j*.

Alia aqua præſtantiſſima ad Apoplexiam, paralyſin & vertiginem Vlſtadii:

℞ Salviæ recentis ℥. *jx*. flor. lavendulæ ℥. *iij*. Hyſſopi, Mentæ, ana M. *ij*. Caryophyllor. Nucis moſchat. Cinamomi, Zinzib. albi, Zedoariæ, Granor.

nor. Paradyſi, Galangæ, ana ℥.ß. Calami Arom. Baccar. Juniperi, ana ℥.j. Granor. Peoniæ ℥. ß. Vini albi optimi, ℔. *viij*. Digerantur in fimo diebus *8*. aut in Balneo Mariæ diebus *4*. & deſtillentur poſtec.

Elixir. Benedicti Faventini, ad vertiginem, apoplexiam & Epilepſiam, vide infra, cap. de vertigine, &c.

Tragæa optima ad vertiginem :

℞ Rad. Pœoniæ & granor, Nucis moſch. cinamomi, coriandri præparati, ana ʒ.j. baccar. lauri, aniſi, feniculi, carui cornu cervi uſti, electi albi, zinzib. cubebar. ana ʒ.ß. Sacchari albiſſimi ℥.j. Miſce pro tragæa. Cujus cochlear ſeu ʒ.j. detur manè cum hauſtulo vini calidi. Aut pugillus pulveris maſticetur per ſeſe, & deglutiat, &c.

Coma & Veternus : Vide Muſam de Comate, quod Scarificatione Poplitum in utroque crure ſanari ſcribit, ex Sententia Aetii lib *6*. cap. *6*.

Egregiè laudatur hoc ſeq.

℞ Aq. lavendul. coh. *ij*. ſalv. rut. ana cochl. *j*. caſtor. præſtat. ℈. *ij*. M. offeratur manè & veſperi cochl. *j*. donec ſanetur. Fiat etiā ſanguinis miſſio, convenit etiam ſinapiſmus, ex caſtor. ſinap. alb. ana q. *ſ*. cum aceto acerrimo factus occipitio appoſitus ac per triduum ibidem relictus. Interim ſale extrema confricentur & ſuffumigentur pulvere ex electro.

Laudatur etiam raſ. unicornu cum triplo rad. ireos fl. tempore veſpertino cum aqua ſalviæ exhibita.

Item ſpir. vini in quo fl. lavendulæ per aliquot ſeptimanas macerati fuerint ſingulis veſpertinis ac matutinis ad cochl. *j*. hauſtus, quo etiam cum unguento dialthæa mixto, latus affectum inungendum.

PARALYSIS.

Vide ſupra in Apoplexia Medicamenta comitiſſæ.

In Paralyſi linguæ, optimum eſt illinire eam Mithridatio. Item confert Oleum trifolii, ſeu de Anderacha. Item Oleum Nucis moſch. nec non Nux moſc. in ore detenta.

Item Caputpurgium ex Succo Cyclaminis.

Lavetur facies ſæpè aceto, in quo Synapi bullierit.

Facta purgatione cum decoctione Salviæ in vino, fiat collutio, hoc enim amiſſam loquelam reſtituit.

Elidæi. Caſtoreum cum ſucco Salviæ.

Oxymel Squillit.

Item ℥.ß. Succi Betoniæ ℔. una.

Succus Salviæ.

Conſertio Anacardin.

Mel Anacardinum omnium præſtantiſſimum.

Vnguen-

Unguentum optimum Leonis, Præceptoris Doctoris Elidæi Bononienſis, ad Nervos Paralyticos, &c.

℞ Lumbricor. terreſtr. ſiccatorum, ſcutellas ij. Galangæ ℥:vj. Piperis nigri ℥. ij Mellis ℔ iiij. aut Olei de lilio. Dictos pulveres in Mel bulliens proiice, & iterum bulliant. Cum hac inunctione inunge nervos & loca paralytica prope ignem.

Pulvis præſtans, ad linguam paralyticam.

℞ Caſtorei, Pyretthri, Salviæ, Rad. Baſilici aut Sem. Pœoniæ ana ℥. ij. fiat Pulvis, quem in ore teneat, eſt enim expertum.

Item ℞ Mithridatii opt. ℥. j. Sæpè linguam illiniat. Os etiam ſæpè colluatur Vino decoctionis Salviæ.

Montanus: Ad linguam reſolutam omnium præſtantiſſimum eſt Mel anacardinum.

Elideus ex Caſtoreo Salvia & melle.

NB. *Caſtoreum, ore detentum, mirabile eſt.*

Ad paralyſin: Transacto quatriduo purgetur cum Agarico, ſæpè utatur Mithridatio, ungatur nucha cum membris læſis unguento de anſere, priùs madefacto eo loco cum aqua vitæ ſive ſpiritu vini ter deſtillato vel Elixir. vitæ Matth. Aperiatur collum circa nucham cum cantharidib⁹, aut aliter. Utatur aqua mellis & clyſteribus acutis. Et ſi oportet, fac ſudatorium.

Oleum de lateribus valet.

Item inunctio facta ex Euphorbii ʒ. ij. Oleor. Coſtini & Maſtichini, ana ℥. j. M. Quod etiam valet in ſpaſmo, tortura oris & ſtupore.

Electuarium Clipeoli: ℞. Spec. Elect. Pleres Spec. Diambræ, ana ʒ. ij. piper. longi, Zinzib. albi, ana ʒ. j. Nucis muſc. ʒ. j. ß. Caryophyl. ʒ. j. Galangæ, Cubebar. ana ʒ. ß. Mellis deſpumati, Sacchari in aqua lavendulę diſſoluti, ana quart. j. Coquantur ſ. a. & fiat electuarium.

Emplaſtrum ad Nucham: ℞ Olei lilior. coſtini, Maſtichini, ana ℥. j. pul. piperis nigri, lumbricor terreſtr. ana ʒ. vj. Mellis q. ſ. fiat Emplaſtrum.

Emplaſtrum extrahens humores ex profundo, valens in paralyſi, dolore articulorum & podagra ex Manuſcripto Duciſſæ Würtenbergenſis:

℞ Unguenti Apoſtolici ℥. ß. ʒ. ij. reſinæ ʒ. ij. Ceræ ʒ. vj. liqueſcant ultima duo ad ignem lentum & addito Unguento Apoſtolico, & optimè ad ignem circumducantur, adde Ammoniaci, caſtor. pulveriſat. ana ʒ. j. ß. Euphorbii ʒ. ß. Miſce optimè & tunde ſimul pro Emplaſtro. In Apoplexia vertici capitis imponitur, in paralyſi, nuchæ & cervici.

Mithobii: Ter quotidie Spina Dorſi iungatur Juniperino oleo ℞ Lavendulæ, ſtœchad. citrin. hyſſopi, ana M. j. flor. verbaſculi, Salviæ, flor. prunellor. agr. ana M. j. Seytarios iiij. Aquæ, coque ad dimidium, adde pul.

Cubebar.

Cubebar. ʒ.*j.* *Purgetur cum Benedicta Laxativa, confortetur* cum Diacurcuma, Diambra, Diaſyncrito, Diacymino.

℞ Unguenti Arrogon. Marciati, ana ℥.*ij.*Olei de Euphorbio,de caſtoreo,Benedicti, ana ℥.*j.*ß.Piperis, caſtorei,Euphorbii pul. ana ʒ.*j.* Miſceantur ſimul optimè pro unguento partis reſolutæ.

Ex tractatu G.Phædronis : Quatuor huius morbi ſunt Phylactoria Olympica:Eſſentia ſanguinis humani,Oleum ex cranio humano non humato, tinctura coral.liquor Ophyricus. His adde Stibii oleum.

Euporiſta : Expurgatio cum Elleborine, deſtillentur radices nigri veratri maceratæ vino ſublimato, deſtillato rurſus,abtracto vino, in fundo manebit oleum, in quo ſolvatur Saccharum Candi,à purgatione oleum ex Vitriolo,Criſtallo,Berillo.

NB. *Pontanus commendabat pro reſolutis partibus Deſtillatum Manardi ex terebinthina, Muſcata Nuce, &c. deſcriptum in Conſilio pro quodam non ambulare potente.*

Fomentatio ad membra paralytica Florenziolæ.

℞ Aq. cineris ℔. x. ſulphuris vivi ℔. ß. Bulliant ad conſumptionem medietatis,& fiat fomentum. Deinde iungatur locus : ℞ trium piperum, Pyrethri ana ʒ.*j.*Ariſtolochiæ rot.Stœchados,Sandarachæ,abrotani,ana ʒ.ß. olei de coſto,de Euphorbio,ana ℥.*j.*aquæ ſalis vel maris, ℥.*iij.* Bulliant ad aquæ conſumptionem, collaturæ expreſſæ adde pul.Lumbricor. terreſtr. q. ſ. & cum pauca cera ſ.a. fiat unguentum.

℞ Olei chamomelini ℥.*iij.* lilior. albor. ℥.*ij.* coſtini ℥.*j.* miſce. Nam melius eſt uti non vehementer reſolventibus,quale eſt,ſi ſem.Rutæ, Cimini, Pyrethrum, & ſimilia, infundantur in aqua ardenti, addito demum oleo chamemelino æqua parte,bulliant ad caſum aquæ.

Ad paralyſin poſt caſum, & ad Spaſmum relictum ex vulneribus.

℞ Caſtori ℈.*ij.*Euphorbii ℈.*j.* Piper.ʒ.*iij.*ſulphuris ʒ.v.Pyrethri ℈.*iij.* Bulliant in olei ℥. x. usq; ad conſumptionem medietatis vetere in nucha vel loco ſpaſmatoſo, incipiendo à cervice usque ad anteriora,inungendo omnia emunctoria & loca paralyticata.

Valet ad paralyſin Agaricus trochiſcatus cum Oxymellite Squilliticо, Hiera ſimp.Turbith cum Agarico, Maſtice, Nuce moſch.Galanga, ZZ.ana ʒ.*j.* cum Succo Ivæ, fiant pilulæ.

Si nequeant emittere urinam, educas urinam per Syringa, & poſtea per eam iniicias ſequentia,exiccantia phlegma groſſum, vias oppilans & paralyſin faciens : ℞ Lixivii communis ℥.*j.*Oxymellitis, ℥.ß.calefiant parum & immittantur. In quatuor diebus urinabunt per ſe.

Inunctio

Inunctio optima, pro partibus reſolutis:

℞ Olei Lumbricor.terreſtr. ℔. ß. pingued.Canis rubei, Anſeris, Anatis, Gallinæ, Humanæ, ana ℥.ß.Croci ℈.j.Miſce.

Fontanoni: Factis purgationibus, poſt balneum inungatur origo nervorum & locus reſolutus: ℞ Violati Martiati, Agrippæ, ana ℥.j. ß. Olei Coſtini, Nardini, de piperibus, ana ℥.j.Sagaponi, Opopanacis diſſolutorum vino, ana ℥.ij.Ceræ parum, & ß. a.fiat unguentum.

Montanus, Conſ.84. Fiat in vaſe duplici Oleum ex Caryophyllis, Calamo aromatico, & acoro communi, quod mirificè nervos roborat & intemperiem frigidam corrigit.

Ad tremorem: Tremori facto ex ebrietate, peculiariter auxiliantur Salvia & Lavendula.

El. ℞ Conſer.Anthos, flor.ſalviæ, ana ℥.j.cinor.cranei hominis, ℥.ß.cerebri leporis ℥.j. Rad. & Sem. Pœoniæ, ana ʒ.j.Aſphalti, Caſtorei, ana ʒ.ß. Diagalangæ ℈.iiij. Syr. de Stœchade, de Secacul.Conſer.Satyrionis q.ß.fiat confectio optima in quocunque tremore, niſi ſit ex Venere, tunc enim pro Satyrio Syr.Capillor.Veneris ſubſtituendus.

In Tremore ab argento vivo: ℞ Squinanthos, ſpicænardi.calami aromat. nucis cyperi, nucis muſc. ana ʒ.j. Rad. hermodact. Satyrionis, ana ℥. ß.ſucci ſalviæ, quart.j. olei de caſtoreo ℥.iij. ceræ parum, fiat ß. a. unguentum. Divitibus adde auri calcinati, & pro pauperibus, Theriacæ veteris, ℥.ij.valet & in omnibus tremore.

Electuarium præſtans:

℞ Salviæ, Roriſmarini, Acori, ana M.j.decoquantur, & in colatura pone ſacchari ℔.j. croci ʒ.ß. Reducantur ad ſpiſſitudinem, & adde pinearum ℥.j.Xyloaloës, nucis moſch. Macis, cardamomi, ana ʒ.ß.Doſis ʒ.ij. ieiuno ſtomacho.

Emplaſtrum optimum:

℞ Pyrethri, baccar.lauri, euphorbii, ſtaphiſagriæ, ſampſuci, borraginis, ſem.ſinapis, piperis, caſtorei, myrrhæ, ana ℥.j. Terantur & conficiantur cum ſucco cucum.ſyl. & fiat emplaſtrum. Laudant & ſyrupum Avenzoar.cap.proprio.

Potio optima in affectionibus nervorum:

℞ Aquæ communis ℔. iij. Mellis ℥.iiij.ß.(Octava pars) Salviæ, Betonicæ, ana M.j. Bulliant ad partem tertiam, & bibatur Vini loco. Nervos roborat, & materiam diſſolvit.

C Epi-

EPILEPSIA.

Tragæa D. Eraſti, pro Nobili Virgine:

℞ Rad. Pœoniæ, Sem. eiuſdem decort. ana ℈.iiij. Cinamomi, Macis, Galangæ, Caryophyllor. Zinzib. Zedoariæ, ana ʒ.j. folior. Senæ mund. Turpeti opt. tuſi, ana ℥.j. Sacchari albi ℥.iij. Miſce probè pro Tragæa.

Aut ℞ Rad. Pœoniæ & Seminis, ana ʒ. ij. Specier. Aromat. Caryoph. ʒ. j. ß. Ligni Aloës, Caryophyl. Galangæ, Macis, Cinamomi, ana ʒ.j. Spec. Diamoſchi d. Aromat. Roſ. ana ℈.ij. Feſticor. ʒ.j. Sem. Cit. ℈.ij. Sem. Aniſi, ʒ.iij. Sacchari albiſſimi, ℥.x. Miſceantur probè pro Tragæa.

Item: ℞ Conſer. flor. Betonicæ, Pœoniæ, ana ℥.ij. M.

Herbæ pro Vino Abſynthiaco: ℞ Rad. Bugloſſæ, Borraginis, (vinum faciunt pendulum) Rad. Cichorei, Pœoniæ, & Seminis, ana ℥.j. Abſynthii, Carduibened. ana M.j. Cinamomi, Macis, Caryophyllor. ana ʒ.j. ß. folior. Senæ ℥.j. Turpeti opt. contuſi, ʒ.vj. Miſceantur.

Inſpergendus ferculis pulvis ex Rad. & Seminibus decorticatis Pœoniæ, ana. Conferantur hæc Medicamenta, cum infra annotatis ex Eraſto.

Excitant Epilepticos: Suffitus Caſtorei, Ungulæ Aſini, Electri, Aſæ fœtidæ, Sinapi, Galban.

Ad Epilepſiam commendantur etiam ſequentia:

Pulvis Veſicæ Apri ſyl. ad ʒ.j. quotidiè cum aqua exhibitus, 7. horis ante cibum. Carduibened. eſus. Radix Pœoniæ flor. albi appenſa, Corallus, Craneum. Pul. Anagallidis puniceæ & aqua, Aqua hirundinum, Oleum Vitrioli, Medulla L. Aquilæ Suturis Cranei adhibita, teſte Dioſcor. Uſus ligni S. teſte Montano, conſ. 34. Uſus frequens Mithridatii cum aqua pœoniæ. Radix Pœoniæ inferculis. Diamoſchum cum conſerva Anthos vel Salviæ. *Omnia uſta, teſte Galeno,* quibus abſumitur materia ad cerebrum exhalans. Sic & milium ſolis commendatur. Aliqui curantur ſolis cauteriis, aliqui Cerebri evacuationibus.

Bolus optimus ad epilepſiam: ℞ Oſſis Cranei ʒ. j. ß. Pul. Rad. Pœoniæ, ʒ.j. Mithridatii optimi, ʒ.ij Miſce pro Bolo. Utatur etiam ſæpè radice acori condita, ante cibum. Abluat extrema decocto Capitalium.

Pulvis præſtans in epilepſia: ℞ Perlarum, Corall. rubr. Cranei humani, granor. Pœoniæ, ana ʒ.j. fiat pulvis, & detur frequenter manè & ſerò cum brodio aliquo. *Vinum paretur ex Salvia, Betonica, Pœoniæ, Rorismarino, cum foliis Senæ,*

Gordonius: Longus uſus Mithridatii curat omnem epilepſiam.

Geſnerus

" *Geſnerus* commendat pulverem
" ſpinæ piſcis Olrupæ cum aqua Tiliæ.

Commendatur & oleum ex craneo humano indifferenter ſumpto. Extractum, ut ſolet fieri ex lateribus. Ignitum ſæpiùs, & oleo communi extinctum, deſtilletur per deſcenſum, vel per cucurbitam. Doſis g. iij. cum vino rubro, ne pateat oculis.

Oleum ex Cran. humano.

Sylvius exhibet Craneum ad albedinem uſtum.

Pulvis ad epilepſiam Principis Hennenbergenſis:

℞ Craneum Hominis ſuffocati, Viſcum ex Quercu vel Corylo, Sem. & Rad. Pœon. Pulveriſentur omnia, detur primo die pondus ij. donariorum, altera iij. tertia iiij. Sic præſervando diebus aliquot. Adultioribus augetur Doſis, cum aqua florum Tiliæ.

Electuarium Squilliticum: ℞ Oſſis Cranei anterioris, uſti, ʒ. ß. Rad. Pœoniæ ʒ. vj. Pyrethri ʒ. j. ß. Calami aromat. ʒ. ß. Ungulæ Aſini uſtæ ℈. j. ß. Pilor. Canis albiſſimi ℈. j. fiat Pulvis. Et cum ſequenti fiat Electuarium: ℞ Rad. Pœoniæ ℥. ij. Squillæ ſiccæ, ℥. ß. Ariſtol. longæ ʒ. j. Bulliant in aqua q. ß. Collaturæ adde Mellis ℔. j. ß. & utere.

Matthiolus comendat pulverem viſci quercini, diebus 40. Potum.

Idem commendat Catapotia ex Hyſſopi, Marrubii, Caſtorei, ana ʒ. ß. Rad. Pœonię ʒ. ij. Aſę fœtidę ℈ j. fiant cum ſucco hyſſopi catapotia 14. quorum duo quotidiè ſumantur ante ſomnũ.

Pro pueris epilepticis pulvis in aulis frequens:

℞ Unicornu ʒ. j. Ungulæ Alcis ʒ. ß. Margaritar. non perforatar. Corallorum præparator. ana ℈. ij. Cornu Cervi uſti, Viſci quercini, ana ℈. j. fiat pulvis probè miſtus.

Infantibus ſæpè ponatur ſub lingua de miſtura facta ex Corall. rub. Saccharo rub. & lacte amygd. dul. priusquam aliquem cibum deguſtent.

In paroxysmo detur Raſura rad. Pœoniæ, cum aqua florum ipſius.

Alius pulvis in epilepſia puerorum:

℞ Sacchari Penidii, ʒ. iij. Rad. Pœoniæ ʒ. ij. Iridis Illyr. Biſtortæ, vel ſerpentinæ, ana ʒ. j. Croci grana iiij. Miſce.

Quidam propinant gran. j. Moſchi cum cochleari aceti, vel aqua hirundinum.

Pueris da vinum, ubi Saccharum Roſar. inſtar Iuglandis expreſſum fuerit, cum magnitudine fabi bovini, Caſtorei, & ſimilium. Laudatur Raſura Pœoniæ, cum eiusdem aqua. Aqua hyſſopi.

In Paroxyſmo da parum de ſucco Hyſſopi, Rutæ & Conſolidæ minoris.

Donatus ab Altomari: Rectificato nutricis lacte, cum victu attenuante & incidente, ſi opus ſit, glandes vel Clyſt. adhibe. Lingendum aſſiduè præbeto parum Antidoti, Pleres Arcot. Diambræ, vel diamoſchi dulc. ana ℈. j. Mellis Roſar. ℥. j. vel ℥. j. ß. ſimul

 miſtis.

miſtis. Aut tantundem Mithridati cum Melle Roſar. vel Syrupo Infuſionis Roſarum.

Vel ℞ Hyſſopi, Sampſuci ſiccæ, ana gr. iiij. Spicæ, flor. Stechad, Macis, ana gr. ij. Nucis moſchat. Caryophyll. ana gr. j. Roſar. rub. ſiccar. ʒ. iij. Tritis omnibus fiat pulvis, qui Coronali commiſſuræ inſpergatur, aut ex eo parati Sacculi ibidem applicentur.

Oleum ſuccini cum conſ. fl. pœoniæ.

Pulvis præſtans ad epilepſiam:

℞ Mannæ, Thuris, Maſtichis, ana gr. iiij. Nucis moſchat. Spicæ, Cinamomi, ana gr. ij. hirundinis præpar. ℈. ß. ſem. & rad. Pœoniæ, gr. iij. Pul. Cranei ex viro, pro viro, ex fœmina pro puella, gr. iiij. Coriandri præparati, Sacchari Candi, ana ℈. ij. Sacchari opt. ℔. ß. Miſce, & fiat pulvis, quem aſſiduè aſſumant.

Nares & temporam unge Mithridatio cum ſucco Rutæ & Aceto pauco. Spinæ verò principium, Ol. Nardino vel Nucis moſc. miſto cum Roſaceo vel Amigd. dul.

Suffumigetur Camera ex Ladano, Mumia, Thur. Maſtiche & Roſ. rub. ana, &c. Rutam pone ſub cervicali, & ad nares, dum dormit.

Mithobii: ℞ ʒ. j. Oſſiculor. Cap. Perçæ cum aqua lavendulæ vel Betonicæ, pro præſervatione manè, correptis quovis tempore, valet & ad calculum.

Secretum fumanelli Aqua Radia. Perſonatæ quotidiè medii cyathi menſura ſumpta 6. diebus.

Dioſcorides laudat decoctum Pentaphylli, diebus 30. bibitum. Similis eſt uſus Guaiaci. Vide Cynum de uſu Petaſitisdis & Tormentillæ in morbo Gallico.

Arculanus: Duo ſunt curantia epilepſiam cerebralem, ſi humana ope ſanari poteſt.

Unum eſt extractio materierum de profundo capitis ad cutem per Sinapiſmum, qui capite raſo imponatur, qualis eſt: ℞ Ammoniaci ſoluti pinguedine anatis vel milvii ℥. ij. Fermenti ℥. j. Sinap. pulveriſati ℥. ß. Cantharidum ʒ. ß. Pœoniæ ʒ. ij. fiat Emplaſtrum.

Alterum eſt cauterium actuale vel potentiale inſutura coronali usq; ad Oſſis ſuperficiem, quod ulcus per duos menſes ſervetur apertum, vel diutius.

Laudatur fonticulus ferro candente in nucha inuſtus, qui per menſem integrum aut etiam ultra, ſi neceſſitas requiſiverit, ſervandus apertus, idque beneficio medullæ ſambuci impoſitæ.

Aliud: ℞ Oſſis Cranei humani combuſti ℥. j. rad. Pœon. ℥. ß. Ungulæ Aſini comb. Lumbric. terreſtr. comb. ana ℈. ij. Caſt. Zedoar. ana ℈. j. Pyreth. ℈. j. ß. Miſce fiat pul. ſubtiliſſimus.

Elidæus: Epilepſiam Puerorum curat decoctum radicis Perſonatæ.

In Paroxyſmo Epileptico & Apoplectico confert plurimum ruta ſuper tegula ignita cum aceto calefacta & naſo appoſita. Præterea valet aqua ligni Guaiaci, & Theriaca cum aqua Cichoreæ, præmiſſis ſemper univerſalibus.

Electua-

Electuarium optimum Elidæi:

℞ Granor. Pœoniæ, rad. Pœoniæ, rad. Pyrethri, ana ℥. ß. Cranei & cerebri de parte anteriori hominis ſuſpenſi (Viri ſi & Vir &c.) bene combuſti in furno bene clauſo ana ℥. ß. Et cum Zucchoro vel Melle fiat Electuarium.

Ad præſervandum ab Epilepſia, fiat Electuarium ex Lacte Amygdalino & Zuchar. albo cum pul. ſem. fœniculi vt ais Gardonius de quo pone in ore pueri antequam lactetur. Faciet enim ipſum dormire, & ſtomachum eius mundificabit à putredine.

Pueris autem Epilepticis exhibeatur Oleum Amyg. dul. cum Sacharo. Spina inungatur Oleo Liliaceo, & ſuturæ Coronali aſpergatur pulvis Pœoniæ.

Vt non cadat Epilepticus: Cinge Caput cum cingulo ex corio frontis Aſini, vt tangat cutem, valet per Annũ.

Aliud: ℞ rad. Pœoniæ, Pyrethri, Iſopi ſiccæ, ana ʒ. iij. Mellis ſquillit. q. ß. & fiat Electuarium. Purga prius caput & Corpus, & vtere mellis Aqua, cum decoctione ſem. Pœoniæ. Ego vtor Elleboro nigro in purgando.

Similiter profuerit ad præſervandum, ſi ſtatim antequam lactetur & deinceps aliquot diebus duo cochlearia Syr. de Cichorea cum Rhabarb. in quo ſit decocta aut infuſa & deinde expreſſa Pœonia.

Montanus: Certum eſt in Epilepſia etiam cor laborare, igitur ad reficiendos ſpiritus fiat linimenta odorata, per os detur bis aut ter in ſeptimana Diambra vel diamoſchum.

℞ Mithridatii opt. ʒ. ß. ſacchari Roſar. ʒ. iij. Muſchi, Ambræ, ana gr. Miſce cum Iul. Roſar. informam Boli

Magij, ad Epilepſiam: Cauterizatio venarum circa collum, vt ſcis.

Item ramulorum viſci quercini pulvis cum Aqua Carduibened. pro Pueris.

Item lymphando Vinum cum decocto rad. Palmæ Chriſti, & exhibendo omni mane vnum ſemen ipſius. Calvaria hominis potata. Mel ſquilliticum. Succus Hyſopi cum Succo Rutæ & conſolidæ minoris, pro Pueris. Aut detur earum decoctum vna cum ſemine cannabis ſylveſtris, exhibendo cochlearia tria Aquæ Carduibened. aut decoctionis eius. Succus Galangæ, rami viſci quercini in potu.

Pilulæ pro Epilepticis:

℞ Agarici trochis. ℈ iiij. ſem. Pœoniæ ℈ ß. cum Oximelite ſquillitico fiant Pil. num. vij.

Referunt Epilepſiam ſanari: Si ſtatim in primo Paroxyſmo mittatur fumus Electri accenſi in nares per infundibalum.

Item ſi Stercus Anſeris ſyl. vino diſſolutus præbeatur poſt paroxyſmum, & dicunt eſſe infallibile.

Laudant & hoc Vnguentum: ℞ Therebintinæ, Olei communis, ana q. ß. vel vis, croci parum, fiat Linimentum pro vmbilico, prodeſt, præſertim pueris.

Quidam Noricus mihi dixit, vetulam quandam ſanaſſe innumeros Epilepticos baccis alkekengi contuſis & aquæ lil. convall. cochl. j. exhibitis.

Pueri ſanantur, ſi in lacte aut alio potu ſumant ℨ. j. pleres archont. *D. Marquart.* illis exhibebat mane cochlear j. Aquæ flor. Tapſi barbati. Collo appendebat Rad. Pœoniæ per aliquot dies. In cibo exhibebat pulverem viſci quercini.

Lambitivum Montani, factis univerſalibus:

℞ Oxymel ſquillit. ℥. ij. Mithridat. opt. ℥. j. ſucci Rad. Pœonicæ; recent. ℥. iij. ſem. pœoniæ, citri, ana ℨ. ij. Pul. cranei humani, ℨ. ij. ß. ſachari Roſati ℥. iiij. Miſceantur, & cum Iulep. roſato fiat lambitivum, cuius bis aut ter ſumat cochlearia ij. in ſeptimana ante prandium tribus horis.

Aliquando ſumat ℨ. j. ſequentis pulveris in brodio pulli circa auroram: ℞ ſem. Pœoniæ, cranei humani, ana ℨ. iij. Caryophyllor. Nucis moſc. ſeminis citri, ana ℨ. j. Miſceantur pro pulvere.

Lixivium ex Radice pœoniæ, Maiorana, ſtœchade, Roſis rub. foliis Lauri, & ℨ. j. Agarici optimi.

Elect. præſtans: ℞ Mithridatii opt. ℥. ß. ſacchari roſar. ℥. iij. ſem. pœoniæ ℥. j. Limaturæ cranei humani ℨ. vj. ſyr. de cort. citri q. ß. pro Electuario.

Aliquando loco Electuarii ſumat ℥. ß. Mellis ſquillitici.

Electuarium Elidæi optimum factis univerſalibus.

℞ Conſer. Roriſmarini, conſ. flor. ſalviæ, ana ℨ. vj. Betonicæ, rad. Pœoniæ, ana ℨ. j. cornu cervi uſti, Pyrethri, ana ℨ. ß. fragment. ſmaragdi ℈ ß. Pulveriſentur ſubtiliſſimè, vt cum Syr. de ſtœchade fiat Electuarium.

Electuarium Victorij: ℞ Stercus pavonis, epatis Aſini domeſtici, epatis perdicis, cerebelli muſtelæ aceto loti, omnium benè exiccator. & tritorum, ana ℥. ß. pul. rad. pœoniæ, Oſſis cranei humani, ana ℨ. ij. cum ſaccharo q. ß. fiat Electuarium. Vide, quæ Senenſis refert de Palma Chriſti.

Lohoch Elidæi, ad Epilepſiam:

℞ Succor. depurator. Hyſſopi, Bethonicæ, Ivæ, ana ℥. ij. pul. cranei humani, pul. rad. pœoniæ, ana ℨ. ij. Zuchari opt. q. ß. & fiat Lohoch molle, cuius quotidie capiat cochlearia ij. per horam ante cibum.

Item ℞ Spec. Aromatici Caryophyl. ℈ j. ſpec. Diatraganthi frig. Cranei humani, Rad. pœoniæ, conſolid. ana ℨ. j. Terantur & cum Succo Hyſſop. f. pilul. inſtar Lupini, quarum vnam ſub palato detineat, vt plurimum de nocte.

Pilulæ optimæ Montani:

℞ Rhabarb. opt. ℨ. ij. Aloes ℨ. iiij. Agaricl ℨ. iij. ſem. pœoniæ, ℨ. j. ß. Caryophyll. Cinamomi, ana ℈ ij. cum melle Roſaceo fiat magdaleon pro pilulis; quas familiares habeat

beat æger, purgato corpore, vere & autumno.

Maſticatorium Argenterij: ℞ Maſtichis ℥.j. pul. Rad. pœoniæ ℥. paſſular. ℥. ij. Pyrethri ʒ.j. Miſce pro maſticatorio.

℞ Herbæ paralyſis, Gariophyllatæ, pœoniæ, pyrethri, ana partes æquales, cum melle.

Electuarium: ℞ Scyllæ aſſatæ & præparatæ ß. a. ℥. ij. ſem. pœoniæ præparatæ, ℥. j. Mellis opt. colati & deſpumati, lib. j. Miſceantur probè pro Electuario.

Pueri ſumant Sacharum album cum Oleo ſeſamino, vel Oleum A, migd. dul. vel butyro, inſtar Electuarii. Quotidie ſumant cochlear j. Syrupi de cichorea Nicolai. Lacti cocto miſceatur pulvis tartari albi vel lap. Iudaici odorent pœoniæ radicem. Ruſtici potent propriam vrinam.

Quod quidam nobilis mihi referebat de radice Paſtinacæ ſyl. raſa & data, nec non ſuſpenſa integra, pro certo.

Pulvis Epilepticus, quo nobilis quædam Matrona apud Francos ſanavit innumeros, quem accepi à Gravenſteinero:

Vngul. alcis ʒj. limat. aurei vngaric. dimidii viſci querc. coryl. betul. & pyraci bene à cort. ſeparat. ana ʒiß. gran. pœon. fl. candicante. Nu. XX. Spinæ muſtel. piſcis ʒj. corall. perlar. ana ʒß. margæ ætitis, oſſic. capit. percar. ana ℥. ij. pulveriſentur omnia ſubtiliſſimè ac optimè mixta, dentur infanti in aq. fl. tiliæ ad ʒß. puero ad ʒj. ſenioribus verò ad ʒij. probatiſſimum remedium.

Pulvis epilepticus,

Comitis & Principis Hennenbergenſis Georgij Erneſti, qui aſſerebat, ſe multoties feliciter ſequens dediſſe;

Corall. pulv. ſem. pœon. viſc. querc. coryl. ana ʒj. M. Doſis pro adultis ʒj. pro junioribus ʒß. cum acq. carduib. vel bono vino, vel aqua, fl. tiliæ, tribus vel quatuor diebus continuando.

Aqua ex floribus tiliæ rore madefactis & circa ſolſtitium mane collectis ac deſtillatis feliciter datur in Paroxyſmis epilepticis, & Apoplecticis.

Quædam Anus commendabat ſem. Milii ſolis numero impari infantulorum collis appenſum ac amuleti loco geſtatum vel etiam cum aq. appropriata exhibitum.

Aqua commendata plurimum à Doctore Eraſto:

℞ Flor. Lilii Convallii, lib. j. ß. flor. Lavendulæ lib. j. flor. tiliæ lib. ß. pœoniæ ℥. iij. rad. pœoniæ ℥. iiij. Viſci quercini, ℥. j. ʒ. vj. flor. verbaſci odorati, Rad. Ariſtol. longæ, ana ℥. j. ß. flor. Betonicæ, Cubebar, ana ℥. j. Piperis nig. Caſtorei pont. ana ℥. ß. Inciſa iniiciantur in menſuras noſtrates duas Vini Cretici aut generoſiſſimi, per dies 21. in loco calido aut ad ſolem aut quod melius

infumo

infumo equino, quotidie agitando. Demum in balneo Mariæ deſtillentur.

Rotulæ ſumendæ cum Aqua preſcripta: ℞ Cinamomi opt. ℨ. j. Rad. pœoniæ, & ſeminis, ana ℈ ij. Zinzib. Cubebar. Caryophyllor. Macis, ana ℈ j. ſpec. Aromat. Gariophyll. Cordialium, ana ℈ ß. Diambræ, Diamoſchi, ana gr. v. Sachari ℥. viij. ſolvatur in Aqua ſupradicta, & Rotulæ ß. a. aſperſo aliquo Oleo Aromarico. Pro ditioribus, decoris gratia, poſſunt addi foliorum Auri 9. vel x.

Bertrutius commendabat Pilulas Alexandri de Nitro, pulverem Rutæ in Paroxyſmo inflatum naribus, ſuccum Rutæ.

Omnes mali odores nocent Epilepticis, excepto Rutæ, Caſtorei Ammoniacis, opopanacis.

Laudantur ex empyricis: Sem. Pœoniæ appenſum & ſuffitum, potio decoctionis Pœoniæ radicis, pro pueris. Ruta cum ſeſeli, pulvis Chelidoniæ cum ſaccharo. Oſſa hominis combuſta & pulveriſata, præcipuè Cranium, cum Vino decoctionis pœoniæ, & cubebarum. Pyrethrum conditum. Pul. veſicæ Apri. Cerebrum vulpis, Theriaca Mithridatium, Hirundines præparatę comeſtę, pulvis Iecoris Milvii. Pulvis varignanæ ex Caſtoreo, Epar Ranæ pulveriſatum, lapis Chelidonius.

In omni ſpecie electuarium de pœonia, quod recipit pœoniæ ℥. j. Macis, Maſticis, Spicæ, Croci, Corall. rub. Margaritar. non perforatar. ana ℨ. ß. Myrtillor. ℥. j. ß. Cinamomi, Caryophyllor. Nucis moſc. Zinzib. Piper. longi, Cardamomi, Nucis Ind. ana ℨ. ij. Liquiritiæ raſæ, ℨ. v. Anacardi ℨ. j. ß. Moſchi, Ambræ, ana gr. vj. Sacchari q. ß. pro æſtate, mellis deſpumati, pro hyeme. Valet & in ſpaſmo, & in doloribus ventri ex ventoſitate, & memoriam reparat. Doſis, mane inſtar Nucis, ſuperbibendo hydromel aut vinum lymphatum. Poteſt & ante ſomnum exhiberi.

Ex IV. Parte Antiparacels. D. Eraſti:

In hoc morbo curando, cauſa vel extra corpus eiicienda, vel ex cerebri ventriculis evocanda, vel prorſus exſcindenda. Ea enim vel delecta, vel alio translata, naturalis Cerebri conſtitutio reſtituta eſt & horrida actionum læſio abolita. Cauſa, vapor eſt mordicans, vellicans, aut cæca malignitate irritans. Hic ergo eſt aufferendus, & quidē in Paroxyſmo à Cerebri finibus revellendus, Ligaturis ſupra cubitum & genua firmis & ſæpè laxatis, donec fumus vellicans evocetur. Item pilorum & Aurium vellicationibus. Aut eſt diſſipandus funis, ſuffitibus Electri, Rutæ. Inungantur tempora cum ſutura Coronali, Rutaceo ſolo, aut cum Caſtoreo, ſuffitibus poteſt addi Caſtoreum cum Benzoino. Palatum fricetur Antidotis maior. & cochlear Aquæ Epilepticæ propinetur. Quidam exhibent vngulam Alcis, vel vulnerato digito pedis ſanguine Labia inungunt.

Curatio Epilepſiæ. Ne autem morbus redeat: aut cauſa morbi excindēda, & ſimilis vaporis ortus impediendus, aut procurandum, ne is in cerebri ſinus incidat. *Si neutrum poteſt fieri*, morbus remanet incurabilis. Cauſa, inquam, eſt exturbanda, aut à cerebro abducenda. Victus ratio ſobria, fuga ingratorum, flatulentorum, fœtidorum, caput petentium, vini potentis, Conſtipationis alvi, frigoris ſubiti, adeoque omnium, quæ caput poſſunt perturbare, & proba procuretur ſemper concoctio Corpus per intervalla exquiſitè purgetur, vt humores pravi abſumantur. Sudores etiam & vrina provocetur. Si pars flatum malignum generans, nota ſit & obvia. Cauſticis malignitas erit extirpanda, vt Cantharidibus, cum Aceto & fermento; &, ſi opus eſt, fortioribus plærunque addita Theriaca. Si verò ignoratur, frequenter purgandum eſt materia cauteriis ex alto evocanda per cervicem & brachia & crura. Corporis purgatio inchoanda fortioribus, & repetenda mitioribus ac delicatis, alternis vel ternis diebus, ad Menſes ij. vel iij. donec corporis intima benè à corruptis liberentur humoribus, & Symptomata levius arripiant ægrum. Deiicite autem initio appetentia, quæ poſtea, affuefacta natura, redit. Eligenda ſunt autem inprimis Medicamenta ſuavia, non ingrata, vt Abſynthite medicatum, *Cotoneatum purgens nec* aut Aqua decocta cum Cinamomo, Saccharo, rad. & Sem. Peoniæ. Aciditas poteſt conciliari cum Succo Limonum vel Berberorum. Potio *non Electuarum ſuaviſsimum Caryophyl. latum Eraſti, vide cap. de Melancholia.* ſuavis fit ex Aqua ſacharata affuſa paſſulis, Cinamomo, rad. Pioniæ, facto alternis Strato, cum ſegmentis Corylaceis. Melicratum ex Aqua & parte Mellis duodecima. Aqua decocta cum Scobe Guaiaci.

Claretum Purgatorium.

℞ Rad. & Sem. excorticatorum Pœoniæ, ana ʒ.j.ß. Macis, Galangæ, Cinamomi, Zinzib. Caryophyll. ana ʒ. j. folior. Senæ, ℥.j. Turpeti ʒ. vj. (vel. Rhabarb. ʒ. iij. aut Agarici ʒ.v.) Sacchari ℥.iij. Vini ℥. xiij. Aquæ ℥.viij. Macerata horis 24. Colentur ſæpius.

Poteſt & ad detergenda viſcera parari ex Herbis amaris, additis iis, quæ affecta viſcera reſpiciunt, ex Carduobened. Abſynthio, Betonica, Verbena, Eupatorio, Centaureo, Chamædrij, Aſplonio, Tamariſco, nempe ad M, 6. Herbarum, ʒ. j. aut ij. Cinamomi, Macis, Galangæ, Zinzib. ſem. Citri, Pœoniæ, folior. Senæ, ℥.j.ß. Turpeti & Agarici contuſor. ana ʒ.iiij. vel v. Aut Rhabarb. ſi ægro non diſplicet. Poſſunt & paſſulæ addi cum Caricis. Sint Vini menſuræ iij. ac ſerventur hor. 24. in Vaſe clauſo. Poſtea quotidie bibatur poculum intio paſtus, vel diebus alternis. Non delicati melius ſument ante cibum.

Ad ſubtrahendam venenati vaporis materiam, aliquibus propinatur vtiliter Decoctum Guaiaci vel Pentaphylli, Viſci quercini, & ſimi-

lium, quæ cauſam morbi, non in profundis viſceribus, ſed corporis habitu reſidentem depaſcuntur. Si ſanguis abundet, vena ſecetur in poplite, vel ſub Malleolis. Diebus intermediis, cum non ſumunt purgantia, pro inſiti caloris roboratione & malignæ qualitatis refractione, ſemper aliquid exhibeatur. Qualia ſunt, Nux myriſtica integra condita, Myr. chebuli cond. Cortex Citri, Radix pœoniæ & ſyl. Paſtinacæ condita, conſer. flor. Pœoniæ.

Tragœa Præſtans.

℞ Sem. excort. & Rad. Pœoniæ, ana ℥.j. Sp. Aromatici Roſati, Garyophyllati, Cinamomi, Galangæ, Macis, Ligni Aloes, ana ℥. ß. Nucis moſch. ſquinanthi, ana ℈ j. ſem. Citri ℈ ij. Cubebarum, gran. Paradyſi, ana ℈ v. Cornu cervi vſti, Coralli vſti ana ℈ii. Sacchari ℥. vj. Additis conſervis flor. Betonicæ & pœoniæ, fit optima miſtura cũ jure Nucum moſch. cond. aut ſi aciditas placet, cum Syrupo de Succo citri vel limonum.

Hæc omnia felicius præſtabit Aqua dicta Epileptica, cum rotulis gemina, quarum deſcriptio ſequitur.

Aqua Epileptica Eraſti: ℞ Flor. Lilij Convallij, lib. j. ß. flor. Pœoniæ, Lavendulæ, Betonicæ, ana lib. j. flor. Tiliæ, verbaſci odorati, ana ℥. iiij. Rad. & ſem. pœoniæ, ana ℥. ij. ß. Rad. Ariſtol. long. ℥. j. ß. Viſci quercini, ℥. xiiij. Viſci Corylorum, ℥. iij. Cubebarum ℥. j. Piperis nigri, Caſtorei Pontici, ana ℥. ß. Inciſa macerentur in Vini generoſiſſimi, vel cretici menſuris noſtratibus duabus, per tres ſeptimanas, in loco calido, quotidie agitando, demum in Balneo Mariæ deſtillentur.

Trochiſci: ℞ Cinamomi opt. ℥. j. rad. & ſem. Pœoniæ, ana ℥. ij. Zinzib. Cubebar. Caryophyllor. Macis, ana ℈j. Spec. Cardialium, Sp. Aromat. Caryophyl. ana ℈ß. Diambræ, Diamoſc. ana gr. v. Nucis moſc. cõd. ℥. j. Sem. citri excoct. ℈ij. Sacchari albiſſimi ℥. viij. in aqua ſupraſcripta ſoluti, fiant Rotulæ ſ. a. Poteſt & aliquid Olei Aniſorum inſtillari, vel Macis aut ſimilis.

Langij Aqua ſic paratur: ℞ Lilij convallij, M. viij. Affundatur menſura cretici, vel generoſiſſimi, per dies v. & in balneo deſtillentur. Deinde Cinamomi electiſſimi ℥. vj. Nucis moſch. ℥. iiij. Piperis longi, ℥. ij. flor. Lavendulæ ℥. j. flor. Roriſmarini, ſtœchados ana ℥. ß. Cubebar. ℥. ij. viſci quercini, rad. pœoniæ, dictamni noſtratis, ana ℥. ß. Omnia graſſiuſculè trita in Vino ſuperiori macerentur dies octo, & poſtea diſtillentur.

Trochiſcorum formula: ℞ Sem. pœoniæ excort. ℥. ß. Margaritar. præparat. ℥. ß. Macis ℈j. folia Auri num. vj. Pulveriſata miſceantur, & cum ℥. IX. ſachari albiſſimi, in ℥. v. Aquę dictæ ſoluti f. Rotulæ ß. a.

Vſus earum eſt, vt in Paroxyſmo ori diducto infundatur cochlear, & cum ipſa fricentur tempora & nares. Quo verò tempore inſultus timetur,

metur, aut ſi crebrierunt, mane & veſperi tantundem offeratur vnà cũ duobus trochiſcis, qui etiam diſſoluti poſſunt exhiberi cum Aqua. Tempore verò præſervationis in ☌ ☍, & quadraturis Lunæ ſimiliter propinetur mane & veſperi. Morbo remittente, manè tantum, metu deinceps ſublato, bis in Menſe, ☌ & ☍ ſumpſiſſe ſufficit.

Si materia hæreat in capite, & inde repat in ſinus cerebri, nec poſſint remediis prædictis abſtrahi, vtendum Sternutatoriis, Gargariſmis, Apophlegmatiſmis, Sinapiſmis, cauteriis cervici inuſtis. Laqueo injecto, per quem Natura poſſit humorem pernicioſum evacuare. Vomitus, niſi in ventriculo reſideat malus humor, & æger facilè vomit, non confert. Amuleta, ſunt hominum ſuperſtitioſorum inania ſomnia. In ſumma: Metoria venenata conſumpta, cum in corpore nulla pars gignit ſimilem, morbus eſt depulſus.

Ex D. Iacobo Theodoro, de acidis fontibus:

℞ Cranei hominis vſti, ℥.iij. rad. Scorzoneræ ℥. ij. Rud. Polemoniæ ſeu dictamni albi, Pœoniæ, ana ℥.j.ß. Corallor. rub. præparat. Granor. Pœoniæ mund. ana ℈iiij. Maioranæ, viſci quercini, Raſuræ Eboris, Vng. Alcis, ana ʒ.j. Caryophyllor. Macis, ana ℈ij. conſervar. Lavendulæ, Caryophyll. hortenſis, Roriſmarini, Polemoniæ, ana ℥.ß. Sacchari albiſſimi ℥.xiv, Saccharo ſoluto Aqua Cinamomi, adde reliqua cum ſcrupulo Olei Cinamomi, & fiat compoſitio ſolida, pondere ℥.ij.ß.

Aqua inſigniter commendata, à plær iſque ad Epilepſiam, & Cognatos cerebri morbos:

℞ Hirundinum domeſticarum, pullorum ex nidis, q. vis, ſcindantur per medium, & pennæ majores reſecentur ad radices vſque. Ponantur in olla, & Acetum, ita vt ferè digito emineat, affundatur. Rurſus pone Hirundines, & acetum affunde. Sic ſtent diebus iiij. vel 5. Poſtea pro Hirundinibus 60. pone Caſtorei opt. ℥.j. in fruſtula diſſecti, ſtent triduo ſimul, & poſtea fiat in Balneo Mariæ deſtillatio. Liquor iſte datur epilepticis diebus quatuor continuis, ad cochlear j. Infantulis aliquot guttulas cum lacte aut Saccharo propinant.

Dux VVirtebergenſis mittebat Georgio Erneſto, Principi Hennenbergenſi 1561.

Dicitur & phrenitidem curare, ſi novem diebus ſumatur, plus minuſve, pro ætatis ratione propinando.

Cerebrum creditur mirificè roborare, nec obeſſe viſceribus, imo ventriculi imbecillitati & Hydropi prodeſſe, nec non febri quotidianæ.

Tragus Epilepticis exhibet frequenter pulverem Rad. Bryoniæ, ʒ.j. vide ſupra Pil. de Bryonia.

Præſervandi ab Apoplexia bis in Anno, diebus 4. vel pluribus bibant tribus ante Cibum horis cochlear, antea tamen optimè purgato corpore.

Bis in anno eodem pacto ad vertiginem arcendam vſurpanr, quod ſe feliciter feciſſe aſſeverabat Chriſtophorus Wirttebergenſis Dux, anno

1561. Vitanda tunc omnia, quæ caput replent, inprimis Vinum.

Simile, ſed longè præſtantius & efficacius compoſitum à Doct. Eraſto, ex præcedenti Medicamento, & Næviano, ad Apoplexiam &c.

℞ Hirundinum num. xx. flor. Lilij convallij ℥. vj. flor. Lavendulæ ℥. ij. flor. pœoniæ, flor. Tiliæ, ana ℥. j. ß. Rad. Pœoniæ, viſci quercini, ana ʒ. vj. flor. Verbaſculi odorati, Betonicæ, ana ʒ. vj. Ariſtol. longæ, Granor. Pœoniæ, Cubebar. viſci quercini, Corylor. ana ʒ. iij. Caſtorei ℥. iiij. Carduibened. ʒ. iij. Macis, Cinamomi, zedoariæ, Galangæ, ana ℥. j Macerentur per dies iiij. aut v. in Aceti boni menſuris 4. aut q. ß. & facta, in vaſe duplici deſtillatione, aromatizetur Aqua Ambræ & Muſchiana gr. x. vel xij. Vſus, vt ſuperioris Aquæ.

1561. *Compoſitio Magiſtralis noſtra*: ℞. Flor. Lilii Convallii, lib. j. Tiliæ, Lavendulæ, Pœoniæ, verbaſuli, verbaſci odorati, Roſar. ana lib. ß. Rad. Pœoniæ, Valerianæ, Pyrethri, Petaſitidis, Caryophyllatæ, Paſtinacæ ſyl. viſci quercini, Corylacii, ex Cynosbato, ex Betula, ana ℥. ß. Herbar. Rutæ, Carduibened. ana ʒ. ij. Hyſſopi, Betonicæ, Salviæ, Roriſmarini, Meliſſæ, Maioranæ, Pulegii, Mentæ, ana M. j. Ramentor. vngulæ Alcis, ſcobis Matris Perlarum, Cinamomi, ana ʒ. iiij. Cubebar. Caryophyllor. Galangæ, Zedoariæ, Granor. Pœoniæ, nuc. moſc. Cardamomi, Dictamni Cret. Corticum Citri, ana ʒ. iij. Macis, Evetri, ana ʒ. ij. Caſtorei opt. ʒ. ij. Vini Rhenani albi, pondus triplicatum, facta maceratione per triduum aut quatriduum, deſtilletur in vaſe duplici. Vltimo aromatiſetur Ambra & Moſcho, vt ſupra.

Modicum huius Aquæ Ore detentum, Linguam reſolutam ſtatim reſtituebat Schleuſingæ, in Aula Principis Georgii Ernesti Hennebergenſis.

Vel quod melius, rigentur Aqua Vita optima & colatum poſt Menſem aſſervetur.

Præſervandus die ♂ & ☍ præcedenti mane & veſperi jeiunus comedat rotulam ex epilepticis & ſaccharo compoſitam, & cochlear Aquæ ſuper bibat.

In paroxyſmo, ne redeat, ſtatim vbi deglutire & loqui inceperit, detur Rotula cum Aquæ in cochleri ſoluta. Si morbus ſit inveteratus, præter horum vſum ſingulis iij. ſeptimanis levibus Pil. Capitalibus expurgandus eſt æger, pro ratione ætatis & virium.

Tragæa præſtantiſs. Caroli V. familiaris, ad Apoplexiam Comitialem & vertiginem:

℞ Coriandri præparat. viſci quercini, Nucis moſch. granorum Pœonię excorticator. ana ℥. ß. Cubebar. Galangæ, Piperis longi, Rad. Tormentillæ, Zinzib. ana ʒ. j. Roriſmarini ʒ ij. ſacchari albiſſimi ℥. iij. Omnia diligenter pulveriſentur & miſcentur, pro Tragæa. Doſis eſt quantitas Avellanæ, ante & poſt cibum, per horas duas, manè & Veſperi.

Pulvis ad Epilepſiam præſtans;

℞ Dictamni, Tormentillæ, viſci quercini, Cranei humani, rad. Pœoniæ & granor. ana ʒ. j. Spec. Pleres Archont. ʒ. j. ß. Spec. Diamoſch. dul. Arom. roſ. deſcript. Gal. ana ʒ. ß, Diambræ ℈ ij. ſacchari albiſſ. lib. ſ. pulveri

ſentur

ſentur omnia diligentiſſimè, & miſceantur, fiat pulvis, cuius detur ʒ.ß.

Secretum Hennenbergenſe, ad Epilepſiam & Apoplexiam, &c.

Stercus leonis ſiccatum, cornix ex Thuringia ex nido ſumpta & uſta, turtur exuſtus, cranei humani, ʒ.ß. Baccæ ex tilia maturæ & ſiccatæ, ad ℥ j. Affuſa bona eſſentia vini extrahatur ex ſingulis eorum vis. Tandem extractionibus coniunctis, adde tantundẽ vini generoſiſſimi vel cretici, in quo calefacto ſolvantur ℥. ij. ſacchari candi. Datur manè & veſperi parvum cochlear. Debet & infundi potionibus.

Infantibus dentur 3. vel 4. guttæ cũ aqua tiliæ deſtillata ex floribus roſcidis, collectis in aurora S. Johannis, cum rore deſtillatis.

VERTIGO.

Aquæ ad Paralyſin & Vertiginem, vide ſupra, cap. de Apoplexia.

Bucellæ præſtantes ad Vertiginem:

℞ Specier. Arom. roſat. ʒ. j. Diarrhod. ab ʒ. ß. diatrion. ſantal. ℈. j. Diamoſch. d. ſem. pœoniæ, ana ℈. ß. cum aqua Betonicæ, abſinthii & cichorei fiant Bucellæ ad ʒ. ij. ponderantes ſingulæ, daturque una horis duabus ante prandium.

Commendant quidam inſigniter aquam ex hirundinibus, caſtoreo & aceto extractam, ſi bibatur bis in anno, diebus 4. factis prius expurgationibus.

Deſtillatio præſtantiſſima, Benedicti Faventini, ad vertiginem, ſcotomiam, & ad præſervanvandum ab apoplexia & epilepſia:

℞ Rad. Acori ℔ ij. Pœoniæ ℔. ß. Zedoariæ, Galangæ, ana ℥. j. ß. Ivæ, centaurei min. ſalviæ, maioranæ, ſtœchados, betonicæ, roriſmarini, pulegii, calamenthi, polii, polypodii, ana M. j. roſar. rubr. baccar. myrti, ana M. ß. craſſè contuſa omnia, ſtent tribus diebus infuſa in ℔. 200. vini albi odoriferi, & colentur cum forti expreſſione. Vinum hoc deſtilletur in Alembico vitreo. Adde Nucis moſchat. Macis, Caryophyllor. Cinamomi, ana ℥. j. ß. craſsè contuſa ſtent ſimul per diem, & rurſus deſtilla. Idq; usq; ad nonã deſtillationem, iterum deſtilla cum 100. foliis Auri, 50. foliis Argenti, fragmentor. lapidum pretioſorum omnium, ana ʒ. ij. Margaritar. ℥. ß. omnibus tritis, idque bis fiat. Ultimo aqua deſtillata aromaticetur cum Moſcho & Ambra.

Vſus: Manè quolibet tribus horis ante cibum cum modico huius aquę frontem, nares & colli ſpinam diluat. Guttas verò quinque bibat cum ʒ. ß.

Aquæ Endiviæ, & ℥.ß. Aquæ Salviæ, ſæpiſſimè expertum.

Elidæus: Conferunt Pil. ex Hiera ſimp. Alephangin. Meſ. Aloe lota, cum ſucco fœniculi in cauſa frigida.

In calida, cum ſucco Endiviæ.

In melancholica, cum ſucco Bugloſſæ.

Si times apertionem Hemorrhoidum, adde Traganthum, præmiſſis univerſalibus, non prætermittatur phlebotomia poſt aures. In diuturna fiat cauterium in ſutura Coronali.

Item valet Lignum Balſami conditum, Mirobolani Chebuli conditi manè & ſerò.

Item caputpurgium ex Elaterio cum aqua mellis decoctionis Maioranæ. Iera Hermetis & Diambra, Diamoſchum. ℞ Agarici trochiſcat. Pil. Maſtichinar. ana ℈.*ij*. cum aqua ſalviæ fiant pil. num. vi*j*.

Optimum eſt vertiginoſis (à ventriculo) ſingulis tribus diebus ſumere ʒ.*j*. pilular. de Maſtiche, & quotidiè ℈.*j*. aut ʒ. Tripheræ Sabor Regis. *Hoc pacto ſanabat Elidæus Monachum.*

Pulvis optimus CAROLI V. *ad vertiginem & apoplexiam:*

℞ Granor. Pœoniæ, Coriandri præparati, Nucis moſchat. Viſci quercini, Cubebarum, Galangæ, ana ʒ.ß. Piperis longi, Zinzib. Tormentillæ, Roriſmarini, ana ʒ.*ij*. ſacch. albiſſimi ℥.ii*j*. pulveriſentur omnia ſubtiliſſimè, ſumaturque quotidiè magnitudo avellanæ, manè & ſerò.

Utatur pulvere Coriandri, Cardamomi, Cubebarum, ana, ter Aceto maceratorum ac tuſorum, manè & veſperi cum toſto pane, quantum cultri capit acies. Tempora inunge ſpicato ac ſimilibus. Coma madefacta modicè aqua lavendulæ, pectinetur donec probè ſiccetur. Ablutio capitis cum decocto Sabinæ in aqua & vino.

Alius pulvis optimus ad vertiginem: ℞ Nigellæ, Carui, Sinapi albi, Cubebarum, Fœniculi, Nucis Muſcatæ, Granorum Pœoniæ, ana ℥.*j*. fiat pulvis, & probè miſceatur, & manè & veſperi ſumat ʒ. ß. cum brodio vel pane aſſato, quotidiè. Poteſt & addi Macis & Galangæ. *Vinum bibat*, in quo Radix Helenii maceretur per noctem.

Aqua Mithobii: ℞ Aquar. Roſar. violarum, bugloſſ. ana ℥.*ij*. Aceti roſacei ℥.*j*. Camphoræ, ſantali, ana ℈.*j*. Miſce, & applicetur fronti, ſæpè renovando aridum.

Ad vertiginem, à cauſa calida, factis univerſalibus, nihil eſt melius Rubia trochiſcata Nicolai. Item utatur Coriand. præparati & diacydon. cum ſaccharo. Paretur Lixivium, in quo decoquentur folia fragariæ, donec id coloretur.

Gargariſmus Apophlegmatiſmus Mithobii, ad vertiginem:

℞ Salviæ, Hyſſopi, Pulegii, Lavendulæ, ana M.*j*. Betonicæ, Origani, folior. Mori ana M.*j*.ß. Vini ſextarios ii*j*.

rios iij. Aquæ ſextar. j. Coquatur ad dimidium, pro Gargariſmo.

Commendatur Eraſto. *Andernaci*: Crebro utatur ſyrupo Diaſcæos, de quo infra, præſertim ſi ſit ex Meſaraicis, melancholia flatuoſa. Manè comedat de nuce moſchat. Ind. condita, ſuperbibendo cochlear aquæ cinamomi, vel extractæ cum roſacea vel lanvendulæ vel ſimili.

Retrahantur vapores, & virtus evigiletur. *Mithobius*: In paroxyſmo brachia deorſum fricentur, odoret oleum nucis moſchat. rutæ, caſtoreum. Nares & tempora irrora aqua aurea vel Damaſcena (infra de affect. cordis) Frontem verò & oculos aceto roſar. aut aceto cum aqua roſarum, maioranæ, &c. Cephalica (pro cura) ſecetur in utroque brachio alternis. Clyſter ſit frequens, Hiera ſæpè ſumatur, ſola, aut cum Agarico, idque hora 1. ante cœnam. Sic enim minus exhalabit ad caput. Pilulæ ſtomachales, factis univerſalibus, cucurbitæ ad occiput, errhina, ſynapiſmi ex ficubus, radice ranunculi, allio, ſale, pipere. Ventriculi ratio habenda optimo victu, evacuationibus levibus, fomentis, unguentis. Claudatur ventriculus cotoneis, pyris coctis, cibis ſolidioribus ultimo ſumptis. *Plerisq; enim vitio ventriculi in noſtris crapuloſis contingit.*

Ex Libro antiquo Germanico: Purgetur Alephanginis, aut Hiera. Sæpè comedat iturus cubitum fruſtulum panis aſſati, affuſis guttis duabus aquę vitæ (oleum aromaticum magis arridet) & aſperſo pulvere capitali. Panis aſſus vino intinctus, aut perfuſus ſucco cotoneorum.

NB. Aqua cinamomi, extracta cum aqua roſar. vel lavendulæ.

Manardus: Diacitorion aſperſo pulvere coriandrorum.

Lethargus: Excitantur Lethargici, ſi plantæ pedum fortiter fricentur cum ſinapi trito aceto.

Succus etiam conſolidæ, præcipuè maioris, ad ℥. iſ. bibitus, idem facit in quacunque diſpoſitione ſubetica.

Optimum eſt fieri cauterium actuale in Coronali, tale enim cerebrum confortat & materiam in loco reſolvit.

Tragæa optima, Lucæ Stizingeri Norici ad vertiginem:

℞ Galangæ opt. ʒ. ß. ſacchari finiſſimi & albiſſimi ℥. vij. pulveriſata diligentiſſimè miſceantur pro tragæa. Summatur ante Somnum cum vino optimo & pane toſto.

Tragæa præſtantiſſima Duciſ. Wirtenbergenſis, ad vertiginem:

℞ Sem. maioranæ, nardi, canellæ, ana ʒ. ß. caryophyllor. ʒ. j. ſem. Aquilegiæ albæ, viſci quercini, ana ʒ. ß. croci gr. xv. nucem moſchatam j. maſticis ʒ. ß. ſacch. finiſſimi, ℥. iij. ß. Pulveriſata optimè miſceantur, & fiat Tragæa.

Item ℞ Electri albi ℥. ß. Specier. Diarrhod. Abbatis ʒ. j. Miſce, quod commendatur à quibusdam inſigniter.

Tragæa D. Pauli Scalichii:

℞ Spec. Diamarg. frigidi, ℈. iiij. arom. roſati gal. ʒ. iij. ſantali rub. ℈. ß.

Manus

Manus Chriſti cum Margarit. ℥. j. ſacchari albiſſimi q. ß. pro Tragæa. Sumatur manè ante cibum, cum pane toſto.

Tragæa Iohannis Weieri, Doct. Medici. Ducis Iuliacenſis, ad vertiginem:

℞ Sem. Coriandri præparati ℥. ij.ß. Corticum Citri, ℥.iij. Seminis Aniſi ℥. ij. Cubebar. granor. Pœoniæ, ana ℥.j. Maſtichis, Roſarum rub. ana ℈.iiij. Cinamomi ℥.j.ß. Macis, Nucis myr. ana ℈. ij. Corallor. rub. ℥.j. Abrotani ℈.j. Sacchari puri & ſicci duplum. Datur cochlear frequenter ante prandium.

SPASMUS.

Elidæi: ℞ Olei hypericonis ℥.x. ß. Lumbricor. terreſtrium ſeu lyſcorum ℥.viij. Terebinthino ℥.iiij. Lotis lumbricis in vino omnia ſimul bulliant ad eorum exiccationem.

Ad Spasmum poſt ſanitatem vulneris relictum:

℞ Caſtorei ℈ ij. Euphorbii ℈.j. Piperis ℥. iij. Zinziberis ℥. v. Pyrethri, ℥.iiij. bulliant in ℥.x. Olei, usque ad conſumptionem medietatis, & utere in nucha & loco affecto.

Item ſulphur & euphorbium cum lumbricis terreſtribus bullitis in Oleo roſato cum ſale.

Valet ſuperius & ad paralyſin ex caſu.

Ad nervos contractos & duros Ludovici de Leonibus:

Fiat Balneum ex fecibus Vini Malvatici & ſemine lini cocti perfectiſſime in vino.

Item ℞ Olei de Seſamo, amigd. dulcis recentis, ana ℥.j.ß. Vitell. ovorum ij. medullæ cruris bovis, ſevi arietis. In mortario diligenter incorporentur. In fine adde Ammoniaci in aceto diſſoluti ℥.x. & incorporentur. Si magis vis Anodynum, adde ℥.iiij. Ol. Camomillæ. Si vis mitigativum, adde ℥.j. Opii, neque nocebit.

Medulla Equi bulliat in Vino, & hoc infrigidato colligatur pinguedo ſupernatans, & cum tantundem mellis crudi miſceatur, & modico ſalis uſti, & hoc calido locus inungatur.

Oleum Friſiomeligæ præſtans, ubicunq; de ſpasmo timor eſt, aut pars nervoſa eſt affecta:

℞ Lumbric. terreſtr. præparator. ℔.j. ſem. lini, fœnu græci, ana ℥.j.ß. rad. Altheæ, Olei Sabini, ana ℔.ij.ß. Vini opt. ℔.iiij. Bulliant in vaſe duplici ad conſumptionem vini. Coletur & reſervetur. Si vis uti, infunde petias lineas, ac moderate calidas loco affecto appone, eas permutando.

Vene-

Venetiis : In Spaſmo ex repletione Galenus commendat Caſtorei uſum, II.ſemp.

Matth. de G. cōmendat unguentum de anſere, ex Thadeo & Nicolao, oleum de vulpe, balneum ex eo. Item pelles vulpinas recentes circumdatas parti, ut & pelles luporum. Pinguedinem caudæ arietis. Item renem contritum cum pinguedine ſua appoſitum, ſubinde recitando. Balnea naturalia, maximè ſulphurea.

Ex Meſue: ℞ Acori ℥.iij. decoquantur in ℔. j. Aquæ diſtillatæ dimidium, Doſis ℥. j. cum gran.ij. Caſtorei aut Aræ fœtidæ, expertum & probatum.

Si ſit ob percuſsionem : Sedetur dolor, præmiſſis evacuationibus & diverſionibus. Fiant Embrochæ laxantes & Anodynæ ex hordeo fracto, camomilla, malvis, farina fœnu græci, & ſimilibus. Nucha confortatur cum oleo de lilio & ſimilibus.

Si ob nervi puncturam : Aperiatur orificium vulneris, ut ſanies poſſit effluere, & ſi nervus fuerit in profundo, laudant ſulphur tritum torrefactum. Euphorbium.

Si ſit diſcoopertus, adhibeantur deſiccantia citra morſum, ut calx lota in aqua multipliciter, & oleo temperata. Tutia cum Roſacea & ſimilia.

Si ob dolorem, partis alicuius valent Oleum Roſar. cum vitelles ovorum, aut violatum, cum iiſdem & Aqua Roſata.

Panis calidus in lacte infuſus aut vino optimo, pro diverſitate cauſæ. Cauſa doloris educatur cum ſolutivo vel ſacrificatione. His non conferentibus, utimur ſtupefactivis unguentis vel emplaſtris, ut ex pane infuſo in lacte per horas ʒ. cum duobus vittellis ovorum, & gran.iij. Opii, & gran. iiij. Croci.

Si expunctum animalis venoſi : Apponunt anum pulli deplumati vel depilati, & à proprietate valet ſcabioſa aſſata cum vitelle ovi, & ſuperpoſita.

Si venenum fuerit aſſumptum : recurre ad Medicinas Bezoarticas.

Si fuerit ex inanitione, nutriantur ut Hectici, fiant balnea aquæ dulcis, decoctis ibi herbis, malva, althea, ſalice, vite, violis, capitibus animalium, ut & interioribus.

Item fiat balneum ex oleo violato, aut communi omphacino. Poſtea inunctio fiat cum roſaceo & myrtino ac violaceo, ſi ſit calidæ complexionis. Interiùs dentur ſaccharum violatum, Diatragantum, Manus Chriſti, Panes Marcii facti ex ſaccharo diſſoluto in aqua decoctionis violarum. Fiant & reſtaurativa cum pulpa caponum aut gallinarum, rectificando cum ſeminibus communibus maio. frig. addendo modicum cinamomi & ligni aloës.

Si ſit Spaſmus ratione Cholera Praſsinæ in Ventriculo, provocetur vomitus cum levibus.

Spaſmus ex flatibus : Locus fricetur cum pannis calidis, ac oleis inungatur digerentibus, quale eſt lumbricorum & camemelinum.

Vt non redeat diſſolvatur Theriaca in aliquo dictorum Oleorum, pro inunctione.

Membra pannis calidis confricata inunge vino ardente & Oleo Chamomelino.

Krampff Salben.

Vnguentum ad Spasmum Ducissæ noſtræ Wirtenbergenſis:

℞ R Rad. ſucciſſæ vel morſus Diaboli, granorum Juniperi viridium, non nigrorum, ana ℥.v. ſummitatum urticæ rubræ urentis, ℥.ijß. cimarum primarum iſtius anni, ex populo, quercu & betula, rad. acori comunis, ana ℥.ij.ß. Omnia tuſſa in mortario miſce cum ℔ butyri recentis liquefacti. Coquantur ſimul donec ferveveant & perſtrepant. Cum expreſſione forti colentur, & colatura baculo corylaceo, donec coaguletur, agitetur. Cimæ colligantur in vere, longitudine magni palmi.

Vnguentum optimum, pro cervice & ſpina:

℞ Olei Therebint. olei lumbric. terreſtr. ana ℥. ij. Axungiæ humanæ ℥.j. liquefacta miſce pro unguento.

Valent etiam oleum de coſto, cum pinguedine Caſtoris, Lutræ, Taxi aut Vulpis, Oleum vulpinum magiſtrale, vulp. Herbis & Aromatibus gummisq; facta aſſataque. Ab inunctione imponatur pellis, calens hædi, agni, vulpis vel arietis, quæ in oleo calente ſubinde debet calefieri. Olea fortiora deinceps ſunt uſurpanda, ut unctiones calidiores, qualia ſunt, Balſama factitia, propoſita capite de paralyſi.

Balneum ex æquis partibus olei & aquæ, aut ex ſolo oleo. Alioquin ex tribus partibus decocti fœnugræci, & quarta olei. A balneo inunctio cum oleo, in quo conyza, ruta, roriſmarinus, arthemiſſia ſeſebi coxerit. Veteres commendant caſtoreum à ℈.ij. ad ℨ.j. ex mulſa. Cucurbitulæ, progreſſo morbo, applicentur parti cum ſcarificatione.

Hippocrates in iuvene carnoſo commendabat frigidam. Aliqui febrem excitabant.

Sequens medicamentum excellentiſſimum eſt in reſolutione linguæ, oculi, labiorum, riſu, ſardonio, tremore capitis & totius corporis:

℞ Croci, nardi, cinamomi, piperis nigri, ſem. rutæ, ſucci abrotani, ana ℨ.jx. Dauci ſem. ℨ.iiij.ß. moſchi, benzoini, ana ℨ.j. mellis q.ß. Pinguedo anſeris ſyl. oleum Enulæ, irinum, de ligno S. Crocinum Meſuę, lumbricorum, axungia humana, de ſtyrace, de euphorbio, de caſtoreo, de piperibus, Philoſophorum, coſtinum, &c. cum caſtoreo, pipere, euphorbio, &c.

Vnguentum optimum, in paralyſi ex Colica Paratica, de qua Avicenna cap. de Paralyſi, & Æginetacap. 18. libri tertii:

Fit ex materia influente: ℞ Olei Roſar. Chamemeli, Maſticini, ana ℥.ij.

ʒ. ij. Decoctionis Salviæ cum vino, ʒ.iij. Bulliant ad caſum vini. Colaturæ adde olei ex populi oculis ʒ.ij. Ol. Spicæ, ʒ.j. Dialtheæ, ʒ.j. Miſce pro unguento molle.

Vel ℞ folior. Salviæ, M.iij. Roſar. M.ij. flor. Chamemeli M.j. Summitatum Anethi, fol. populi nig. Abſinthii, Herbæ Paralyſeos Spicæ, an. M.ß. Maſtiches ʒ.ß. Caſtorei pulveriſati ʒ.ij. vini & aquæ ana q.ß. Bulliant pro fomentatione partium debilium. Ubi verò iam conſtitit fluxio, ad magis diſcutientia deveniendum, ut ſunt: Aquæ flor. lavendulæ, ſalviæ, juniperorum, cum vino ſublimato, temporatę. Tale eſt oleum Ludovici de Leonibus in Peſte, vel ſequens: ℞ Folior. ſalviæ, rorismarini trifolii bituminoſi, vel ſtœchad. arab, chamepytios, ana M.j. granor. juniperi ʒ.iij. carnis ſcyllæ, Ireos, ana ʒ.ij. rad. cucum. ſyl. ʒ.j. rad. lapodii mai. acori vulgaris, ana ʒ.ij. rad. pyrethri, Baccar. lauri, ana ʒ.j.ß. maſtiches, terebinthinæ opt. ana ʒ. j. gummi ammoniaci, bdelli, benzoini, myrrhæ, caſtorei, ana ʒ.ß. cardamomi ʒ. iij. cubebar. nucis moſc. galangæ, piperis utriusque ana ʒ.ij. inciſa & contuſa in vino generoſo macerentur q. ß. per noctem, poſtea deſtilla per vitrum, & aquæ ſecundæ ſeu fortioris ℞ ℔.j. vini ſublimati opt. ℔.ß. Miſce cum fecibus, & deſtilla pro aqua fortiſſima, cuius ℞ ℔.ß. aquæ iavendulæ ʒ.iiij. chamepytios ʒ.iij. rorismarini, ʒ.ij. ſalviæ, baſiliconis, diligenter deſtillatarum, ana ʒ.j.ß. omnia diligenter miſce, & hoc deſtillato inunge ſpinam & partes ægras.

Semel in diebus 8. ſumat Theriacam vel mithridatium, cum decocto calami aromat. vel fœniculi.

Pro roborando genere nervoſo; utatur conſerva anthos, roſarum, borraginis, lavendulæ, cinamomo, cum acoro, nuce moſchata, Diambra, diamoſcho, anthos, plereſarcot. caryoph. galanga, &c. cum ſyr. conſer. acori veri.

MELANCHOLIA.

Ex expertis noſtris: Mercurius præcipitatus cum auro ſumptus, ex inventione noſtra, ad quantitatem iiij. granorum cum ſaccharo bugloſſato, educit mirabiliter humores melancholicos per vomitum. *Vide infra in cura Deleterii Amatorii.*

Serapio refert, ſpodium comeſtum ſive bibitum cum aqua bugloſſæ.

Pulvis ad Melancholiam optimus, Doctoris Elidæi:

℞ Epithymi, ʒ.iiij. Lap. Lazuli lotij, agarici, ana ʒ. ij. cinamomi, ʒ.j. caryophyllor. num. xx. fiat pulvis opt. mixtus, & detur qualibet ſeptimana ad ʒ. ij. Ad idem valet confect. Meſ. de lapide ſtellato.

Potio eiusdem, ad Melancholiam: ℞ Polypodii, epithymi, ana ʒ.j. folior. ſenæ, ana M.j. infundantur per noctem in aqua caſei ſuper cineres calidos. Mane bulliant ſemel, & colentur, *Ad omnes Affectiones Melãcholicas.*

lentur, & fiat potus. Aut ℞ Epithymi, ℥.iij. Bulliant in decoctionæ flor. communi leviter, in colatura diſſolve mannæ electæ ℥.ij. & detur in aurora. Aut ℞ corticum ellebori nigri, ℥.j. cinamomi, dauci, ana ℈.j. bulliant in brodio gallinæ, ultimo adde ℥.iij. epithymi, bulliat unica ebullitione, coletur & propinetur.

Similiter facit & polypodium cum modico Dauci in aqua lactis. Myrobalani nigri, folia ſenæ cum cinamomo & ZZ. infuſa in brodio aut Sero aut decocto Guaiaci aut cum muſto decocta. Elleborus niger infuſus in aqua mellis, aut ſyr. de pomis, aut ſapa cum odoriferis, ad ℥.j.ß. ſed non, niſi materia benè concocta. Item Lap. Lazuli præparati ℈.j. cum ℥.j. Diaſenæ lenitivi, ſucco bugloſſæ depurato, & vino albo odorifero, ana q.ß. pro potu.

Electuarium præſtans Doct. Elidæi, ad reprimendos vapores Melancholicos, & confortandum cor:

℞ Ligni Aloës, ocymi caryophylati, meliſſæ, ana ℈.iiij. ſedę crudæ aduſtæ, nucis moſchatæ, ana ʒ.ij. corall. rub. roſar. rub. gran. myrti, ana ʒ.j. margaritar. non perforat. ℥.ß. Diacydonii cum ſaccharo, ℥.ij. pulveriſentur pulveriſanda, & cum ſaccharo diſſoluto in aqua meliſſæ fiat electuar. pro ſero, verùm

Pro manè: ℞ Doronici, cyperi, cinamomi, ſummitatis ſquinanthi, Cardamomi, been utriusque, cubebar. macis, caryophyll. ana ℈. ij. ſandali citrini, fol. citri, ana ʒ.j. carabe ℥.ß. corticum citri cond. ℥.j.ß. diabugloſſati ℥.j. paſſular. ℥ j. pulveriſentur pulveriſanda, & cum ſaccharo diſſoluto in aqua ſcolopendriæ f. Electuar.

Secretum Doctoris Ludovici de Leonibus, ad melancholiam myrachialem, & melancholicam diſpoſitionem:

℞ Epithymi, polypodii ana ℥.j.ß. fo. ſenæ ℥. iij. paſular. ℥.j.ß. flor. ſtœchad. ℥.ß. ſem. dauci, aniſor. ana ℥.ß. ſem. malvarum ℥.ij. olei amygd. dul. ℥.ß. adde ellebori nigri ℈.j. in infuſione. Epithymum infundatur in oleo per 6. hor. & coletur. Deinde ℞ ℔. j.ß. brodii pulli macri aliqualiter ſaliti, & in eo ponatur polypodium, & bulliat unica ebullitione. Deinde addantur paſſulæ & folia ſenæ, & iterum ſemel bulliant. Poſtremò addantur & alia rurſusque bulliant ad conſumpt. 3. partis. Colatura exhibeatur loco & Doſi ſyruporum. *Vid. Mont Conſ 170*

Doctoris Nævii: Expurgato corpore, ut decet, per menſem quotidiè ſumat ieiunus cochlear pulveris ſequentis, cum pari portione vini albi & aquæ meliſſæ, ad cohl. 4.

Pulvis præſtans: ℞ Rad. cappar. glycyrrhizæ, polypodii, ana ℥.j.ß. folior. Ceterarch. ℥. j. ſem. fœniculi, apii, aniſi, ana ℥.ß. ſpecier. lætificantis Rhaſis, ℥. j. ſacchari clariſſimi ℥. vij. pulveriſentur ſubtiliſſimè, & fiat Tragæa.

Bertra-

Bertrutius, Cap. de Melan:

Primum exhibet Syrupum Magiſtralem ex Polypodio, ſena, Epithymo, poſtea eradicativum ex lapide Lazuli vel Armeno, vel Helleboro. Vide infra der Hebammen Tranck / pro Melancholicis.

Cap. de Hepaticis.

Theophraſtus commendat Cerebrum Arietis nigri cum Aromatibus, Item Oleum Camphoræ & Muſci, quod cōgelat materiam peccantem, ſedat calorem, ebullitionem & everveſcentiam ſanguinis, materiamque vt frigus aquam in glaciem, coagulat, hinc etiam commodum pro inunctione frontis ac temporum. Maniæ etiam conducit eſſentia ☽. ♄. ſolutio cryſtalli corallorum, camphoræ extractio ſalis.

Electuarium, mire conferens Ægritudinibus Cutis, provenientibus à materia aduſta. Item ad Melancholiam, Morbum Gallicum, Febres Quartanas, evacuat enim humores Melancholicos omnes à toto corpore:

℞ Flor. Boraginis, Bugloſſæ virid. Epythimi, Cuſcutæ, flor. Geniſtæ, Mercurialis, Capill. ♀. Scolopend. Gallitrici, Polytrichi, Meliſſæ, fumi terræ, Calamenthi, flor. Nenuphar. Myrtil. Corticum citri ana M. ij. ſenæ orient. ℥. iiij. Rad. Ellebori nig. ſine fuſtis ℥. ij. Rhapontici, Eſulæ, Hederę, Enulæ, Paſtinacæ, Cyperi, Zedoariæ, Dictamni albi, ana ℥. ij. Myrobalanor omnium ana ℥. ß. ſucci Bugloſſæ, Borrug. Lupuli, Endiviæ, ana ℥. v. Fumi terræ lib. j. Aceti ſquillit. lib. iiij. Infuſionis Roſar. lib. ij. contundendo tundantur & ſimul infundantur in lib. iij. Aquæ fumi terræ, & 4. Bugloſſæ, & j. Vini albi odoriferi, exceptis floribus, ſena & Epythimo, qui in decoctione tantum debent poni, non in infuſione, & quidem in fine decoctionis. Reliqua ſtent in infuſione tribus diebus, poſtea fiat decoctio, ad medij conſumptionem, & prelo exprimantur. Expreſſioni adde ſacchari lib. iij. Penidiorum ℥. viij. Oxymelitis ſquill. Syr. de Epythymo, de Bugloſ. ana ℥. v. Diaprunis ſinop. lib. j. pulpæ ſebeſten. ℥. iij. Diacydonii ſoluti cum Aqua fumi terræ, ℥. v. Decoquantur vſque ad formam electuarii, & cum inceperit infrigidari, addantur pulveres ſequentiū: Epithymi ℥. ß. Squillæ aſſæ, ana ʒ. ij. Rhabarb. Rhapontici, ana ʒ. ij. Corall. rub. ſantalor. omnium Coriandri præparat, Cinamomi, croci, Caſſiæ lign. Mumiæ, Olibani, Peoniæ, daronici, ana ʒ. j. floris Caſſiæ lib. ß. Theriacæ opt. ʒ. iij. Zedoariæ ʒ. iij. Pulveris ſenæ ℥. j. Ellebori nigri ʒ. iij. Scammoneæ ℥. iij. Myrobalanor. omnium ana ʒ. j. Ex his omnibus fiat ſ. a. Electuarium. Cuius Doſis erit à ʒ. *iij*. vſque ad *vj*.

Syr ex Helleboro Montani, ad eaſdē utiliſsimum, pete ex conſilio ad morb. Gall

Ex Schobb: Melancholicis qui nolunt recipere Medicinas, nec dormiunt, prodeſt infundere Clyſterem ex Malvatico & Philonio (ʒ. *j*. ß. aut *ij*.) Vis enim Medicamenti à Vino ad Cerebrum deducitur. Aut poteſt poni requies Nicolai, quæ plus infrigidat.

dat. Deinde fiat cauterium actuale in coronali.

℞ Folior. ſalicis, anethi, capitum Papaveris albi ana q. ſ. coquantur pro lotione Pedum.

Pro Melancholica Muliere : Facta purgatione corporis, vere & autumno; poſtea bis aut ter vtatur in Menſe Potione ſequente, tribus horis ante prandium, ſine cuſtodia. ℞ Folliculor. ſenæ, Epithymi, ana ℥. *iij.* Polypodii ℥.j.ß. Glycyrrhizæ ℥. j. Stent in infuſione Iuris pulli pinguis, aut ſeri caprini. Colatura expreſſa bibatur, addito ſaccharo, ſi placet. Item ℞ ſacchari bugloſſati, Borraginati, Violati, Nenupharini, ana ℥.*iij*. Miſce, & ſerventur in vaſe vitreo, ſumatque ℥.ß. hora, ante prandeat.

Potio ad Melancholiam.

CONTRA RABIEM.

Certiſſimum in morſu canis rabioſi vt luce audivi.

℞ Rad. roſar. ſyl. q. ß. piſtentur, & ſuccus detur cum Vino albo. Laudatur & ſpongiola Cymorrhodi.

Anagallis, mas, pulveriſata, canes demorſos & rabioſos liberat, quod ſæpius probatum à Principe Wilhelmo IV. ab Henneberg.

Delirantes curat irrigatio ex Oleo Chamemeli. Si vigiliæ inſtant, decoctis in Oleo capitibus papaveris caput irrigamus, & ſtatim jucundus ſomnus ſequitur.

Pilulæ optimæ Doctoris Montani : ℞ Epithymi cretici, ℥. *iij*. Aloes optimæ, ℥.*ij*. Corticum Ellebori nigri, ℥. *iij*. Caryophyllor. Nucis moſc. ana ℥. *j*. Cum ſyrupo corticum citrif. magdaleon pro Pilulis, pro ℥.j. fiant *iij*. ſumantur bis in ſeptimana, ante cœnam per horam.

Pro Phantaſticis & Maniacis:

Abbatis Breitingenſis.

Per menſem lavetur caput lixivio, in quo decoquatur benè Fragaria. ℞ *Mithridati* ℥. j.ß. Specier. Aromat. roſati, ℥.j. Rhabarbari electi ℥.j. Miſceantur, & detur manè & Veſperi cum Vino inſtar fabæ. Tempera inunge vino, in quo diſſolvatur Camphora.

Pro Maniacis: Decoctum Anagallidis cum Vino, ſomnum conciliat.

Item ſacculus ex Baccis Lauri, Elleboro albo, & Bac. Iuniperi verbena & anagallide, incoquatur lixivio, quo caput frequenter abluatur, imponendo poſtea ſuturæ coronali ſacculum expreſſum.

Electuarium præſtans in Melancholiæ Metu & Anxietate:

℞ Emblic. ℥. x. roſ. ℥. vj. Nardi, Caryophyllor. Cyperi, Aſari Maſticis, ana ℥.*iij*. Zedoariæ, Cinamomi, ana ℥.*ij*. Nucis moſc. Macis, Cardamomi, Camph. Moſchi, ana ℥.*j*. Excipiantur Syr. vel Melle roſato q.ſ. Doſis ℥.*iij*. cum liquore convenienti.

In Summa : In Hypochondriaca Melancholia detur Catholicum cum Diaphœn. Apozemata præparantia humorem Melancholicum ad expulſionem, faveantur Hypochondria & inungantur, vltimo, Pharmacum ex Hiera Diacolocyn. Ex Hieris enim accommodatæ ſunt, quæ veratrum aut Colocynthidem recipiunt vitetur autem veratri ſubſtantia, ne convulſionem excitet, quod facit infuſio.

Ale-

Alexander commendat Hieram logadij,qua Ptolomæus Rex ad omnia vitia Melancholica vtebatur.

Montanus:In his qui abundant humore Melancholico exhibeo frequenter humectantia & modicè calefacientia, miſſo prius ſanguine, vt fiat Epicraſis & nutritio. Tale eſt Ius pulli decoctum cum Rad. Polypodii, liquiritiæ, Borraginis vel Bugloſſæ. Exhibeo per intervalla florem Caſſiæ, vel cum Rhabarb.ne trahatur à longinquo. Aut Rhabarb.cum conſerva aliqua. Idque fiat longo tempore. Victus ſit optimus. Vitentur omnia ſolutiva fortia.Nota, vina medicata ex abſynthio,ſpleneticis &c. deſcripta in capite de liene,& de quartana.

Eraſtus: Melancholici, moroſi & delicati, opus habent ſuavibus medicamentis, frequenter ſumendis ad eductionem flatuum Melancholicorum; qualia ſunt ſequentia: ℞ Turpeti,folior. Senæ,ana ℥. j. Bulliant in vaſe duplici in Aqua. In colatura diſſolvatur poſt coctionem ʒ.j. Diagridii,& evaporando inſpiſſetur inſtar alicuius extracti. Deinde ℞ poma acida,nu.8. Cocta exprimantur cuius expreſſi ℞ lib.*j*.adde Mivæ Cotoneor.℥.*ij*.ß.ſacchari ℥.*j*.ß. Coquantur lento igne ad conſiſtentiam gelati cotoneor. Adde poſtea partem dimidiam extracti ſupra dicti, & inſpergantur Macis. Nucis moſc. Cinamomi, ana ʒ.ß. Ligni Aloes, Zinzib. ana ℈ß. Miſce & calida indantur ſcatulæ.

Altera pars extracti lentè coquatur cum ℥.*iiij*. Puſſularum ad intumeſcentiam, ita vt totum imbibant extractum. Siccatæ irrorentur ℥. ß. Roſaceæ.Siccatis probè inſpergatur ℥ *j*.ſacchari,vel q.ſ.

Electuarium ſuaviſſimum Caryophyllatum, eiuſdem, vide infra, Cap.de affectibus lienis,vina, cum aliis Medicamentis ſpleneticis.

Contra Maniam & Phantaſiam, ab Abbate Bretingenſi:

℞ Mithridatii ℥.j.ß.Specier. Aromatici Roſati ℥.j. Rhabarbari electi ʒ.j.Miſce,manè & veſperi parum ſumat cum vino,inſtar fabæ.Tempora, ſoluta in Vino Camphora inunguntur.Fiat lixivium per Menſem, decoctum cum fragaria.

Rulandi Empirici Hypnoticum: ℞ Aquæ Roſar.℥.x.Opii ʒ. ß. Croci ℈ß. Applicetur fronti & temporibus, ac aliquot guttæ inſtillentur naribus Huic reſpondet Hollerii Frontale: ℞ Olei de Mandragora vel papavere ʒ.*ij*.Aceti,Pepuleonis, ana ʒ.*ij*. Miſceantur. Vel ℞ Opii croci ana ℈j.diſtéperentur Vino albo & Roſacea,& applicentur. Aut ℞ vnguēti Populei ℥. *ij*.Olei roſati,Papaverini, violarum, ana ʒ.*ij*.Aceti, Opii ana ʒ.j. Miſce. Potio ex Aqua flor.Nympheæ, violariæ,Lactucæ,Papaveris albi, cum ſyr.ſimilibus.

In Melancholia mirachiali, Curtius Papienſis Conſilium dedit, vt ſemel omni Menſe provocen-

vocentur Hæmorrhoides, pro evocatione humoris Melancholici, vnde ſedabitur ille tumor & fluctuatio quæ percipitur in latere ſiniſtro. Dolor capitis & ſibilus auris. Quod ſi noluerit admittere, laudavit funtanellas, quæ fiunt in crure, præſertim in ſiniſtro, in parte ſylveſtri per 3. aut 4. digitos infra genu, quæ conſervetur aperta, vt inde quotidie emanet virus. Hyberno verò tempore bis in Menſe vtatur Pilulis ſequentibus: ℞ Pil. Arab. Ind. ana ʒ.j. Epithymi, Stœch. Arab. folior. ſenæ, corticum Ellebori nig. electi ana gr. v. Miſce cum Syr. de Stœchade, & fiat paſta, de qua accipi poteſt poſt cœnam d. ℈j. vſque ad ʒ.j.

Electuarium Doct. Elidæi, in Melancholia Myrachiali:

℞ Tripheræ de Epithymo, Diaſenæ lenit. ana ℥.iiij. Limaturæ Chalybis cum Malvatico præparatæ ℥. j. cum ſyrupo de Pomis fiat Electuarium, de quo alternis aut ſingulis diebus manè capiat ℥.ß. & ſi vult, ſuperbibat pateram brodi de pullo. Purgentur cum Epithymo, cum Manna aut Elleboro vt ſupra.

Fumanelli: ℞ Senæ ℥. ij. Epithymi ℥.j. Polypodij ℥.ß. corticum rad. ellebori nigri ʒ.v. Zinziberis ʒ. ß. Aquæ Borag. Lupulor. fumi terræ, ana ℥.viij. Coquantur & dentur decocti ℥. vj. ſummo manè, donec totum bibatur.

Bellocati: ℞ Epithymi ℥. ß. folior. ſenæ ℥.ij. Corticum rad. Ellebori nig. ʒ.j. folior. Boraginis, cichorei, ana M. ß. flor. Boraginis, Buglosſæ ana p.j. ſem. Aniſor. ʒ.j. Bulliant in ſ.q. Aquæ ad dimidium, Cujus ℞ ℥.iiij. adde ſyr. de Epithymo ℥.j. ß. ſyr. roſarum ſolutivi ℥. j. Detur per ſingulos 4. dies, eſt enim bene.

Quidam commendabat frequentem vſum Pulveris Anagallidis in triſtitia & metu inſolito. Hominibus, qui in ſomno operantur, more vigilantium, grana Pœoniæ bibita proſunt.

MEMORIA.

Pulvis præſtans, Imperatoris FRIDERICI, ad Memoriam:

℞ Aniſi, Carui, Apij, Ameos, fœniculi, Naratri, Bethonicæ, Cymini, calamenti, Pulegij, Hyſſopi, Spicænardi, Piperum, ana ʒ.j. Maioranæ, folij, Balſami, ocymi, Cardamomi, Galangæ, liquiritiæ, ana ʒ. j. ß. Sacchari clariſs. lib. j. Miſceantur pulveriſata.

Memoriam confortat Euphragia pota in Vino.

Electuarium Pici Mirandulani:

℞ Roſar. rub. ʒ. iij. Calami Aromat. ʒ. ij. Zedoariæ ʒ. j. Corall. rub. ʒ. ß.

ʒ.ß.Nucem moſchatam j.conditam, Myrobal , Chebulor. Emblicor. cond. ana ʒ.j. ß. Sachari Roſar. Veteris ʒ.j.ß. Terræ ſigillatæ, ʒ. ij. Miſce omnia bene , ac cum ſaccharo albo fiat miſtura, ac fiat Electuarium cum theriaca electa.

Electuarium Doct. Elidæi:

℞ Myrobal. Indor. Emblicor. Bellor. ana ℥.j.ß.Piperis, Macropip. Olibani, Hyſſopi, Acori, Spicæ, Cyperæ, ana ℥.ij. ß. Mellis Anacardini,℥. iij. Mellis q. ſ. fiat Electuarium, de quo quotidiè capiat quant. Caſtaneæ dimidiæ. Et Veſperi capiat parum de ſequenti : ℞ Diacori, Mithridati , ſacchar.Roſar. ana ℥.j.Miſce. Iturus cubitum cervicem inungat circa ſedem memoriæ, ℞ Mytridati opt. ℥.ij. ſucci Mentæ ℥.iiij. Miſce pro linimento.

Ex Altomaro: Modica memoriæ amiſſio , eſt quaſi torpor Cerebri ex refrigeratione vel ſucco Melancholico. Si vnà & ratio pereat (vulgo fatuitas μώρωσις dicta) cauſa quoque eſt intenſior.

Curationis ſumma conſiſtit in victu calefaciente. Evacuetur , ſi peccet, pituita concocta, remediis vſitatis , capitalibus Pilulis. Fiant revulſiones & particulares Cerebri evacuationes,per Maſticatoria, Errhina. Roboretur Cerebrum cum Caſtorio, Ameo, Rutæ ſucco , confectionibus magnis , Aurea Alex, Diambra , Diamoſcho dulci, Theriaca.

Ab extra Embrochæ ex capitalibus procurentur juxta ſuturam coronalem,nec non inunctiones occipitii cum oleis Aromaticis, & ſacculi applicandi. Vltimum erit ſinapiſmi vſus.

In ſucco Melancholico, & frigida ſiccaque Cerebri intemperie ſimiliter digeratur talis humor & evacuetur cum infuſo Myrob.Senę, Boraginis , lupuli. Capri, & ſimilium. Topica magis inclinent ad humidum quàm ſiccum, præſertim inunctiones & irrigationes.

Oblivio extremæ ſenectutis non curatur, ſint ſola victus ratione contenti & Diæta refectoria. Similiter fatuitas tentetur, an curari vel mitigari poſſit, idque validioribus pro ratione intemperiei prævalentis.

Ex Nono, Medico Græco:

Τῆς μνήμης ἀπώλεια fit ex poſterioris ventriculi & Cerebri frigiditate & humiditate. Caput eſt exiccandum, & alvus purgetur Hiera & medicamentis Sternunatoriis. Caput etiam perfricetur Oleo & ſinapi, ſeu pyrethra &c. Ad idem facit Memphis dicta Antidotus.

ACHORES ET TINEÆ.

& ſimiles Cutanei Affectus Capitis:

Doct. Elidæi Bononienſis, ad Tineam Capitis:

℞ Myrrhæ, Ellebori nigri, ana ℥.j.ß. Lithargyrii ℥.ij. Olei Laurini, ℥.ij. Miſce Item ℞ tineam piſcem, à ſquamis mundetur, ac in Oleo Communi ſufficienti bulliat. ℞ Saponis nigri, Butyri, Mellis, ana ℥.j. Abſinthij, Rutæ, fœniculi, ſempervivi, Hederæ, Salviæ, ana M.j. Bulliant in Oleo dicto ad ſufficientiam, colaturæ adde Camphoræ, ad quant. fabæ maioris, Ceræ novæ ℥. ß. Viridæris quadrantem. Lavetur alternis diebus cum lixivio, & extractis pilis cum forpicibus, caput rurſus inungatur & veſtiatur veſica.

Alio modo: Inungatur Caput cum Axungia porci & pelline, & ſtet ſic per dies 3. fricetur Caput petiis, vt tinea cadat, & locus madefiat Succo ſempervivi, Plantaginis, Aceto forti, & Vrina, ana ℥.j. Si non ſanatur, rurſus vngatur, fricetur & madefiat vt prius.

Vnguentum præſtans ex Succo Chelidonij, cum lardo eliquato, ana ℥.ij. Ellebori albi vel nigri pulveriſati. q.ſ. pro incorporatione.

Aliud præſtans: Caput inungatur ſero ad cruſtas mollificandas cum Terebinthina & adipe porci, mane lavetur lixivio dulci decoctionis Malvæ, hordei, Capni, ana M.j. idque bis vel ter. Deinde ordinabat ſanguiſugas ad aures.

Lucæ Chini: ℞ Therebintinæ, butyri recentis, Olei Amigd, dul. pingued. Gallinæ, ana fiat vnguentum. Curat Achores in infantibus, ſpatio 4. dierum. Laventur poſtea lixivio decoctionis Malvæ, Hordei & fumariæ.

NB. Vnguentum ad omnem tineam, ſcabiem, Malum mortuum, Morphæam, omnibus aliis præferendum, recitat ex Gordanio Valeſius, Cap. 34. de tinea, tractatu Chirurgiæ, ex Elleboro, ſulphuris Mercurii Victrioli Salis, &c.

Lucæ Chini, ad Exanthemata: ℞ Thuris ℥.ij. pul. Malicorij, Cort. granator. Nitri; ana ℥.j. Pulveriſata & Aceto macerata adfricentur.

Valentiora fiunt ex Cinere, flore æris, ſpuma argenti p. Vide Paulum & Ætium.

Vega Hiſpanus: Corpore exquiſitè purgato hoc eſt probatiſſimnm: ℞ Olei Myrtini ℥.iij. Aceti acerrimi ℥.j. Pul. folior. Myrti ℥.ij. Sulphuris, Lithargyrij, ana ℥.ß. Miſce. Caput deraſum ablua-

abluatur prius lixivio vel decocto lupinorum.

Porrigo, *Tinea*, Erbgrindt:

Elidæi Doctoris Bononienſis : Expurgetur primò Caput optimè per intervalla cum Hieris majoribus, pil. de Elleboro, cum fœtidis, aut de fumo terræ. Poſtea caput lavetur cum lixivio, in quo ſint decocta Malvæ & Aſari folia, emolliunt enim, diſcutiunt & aperiunt. Veſperi inungatur Oleo de Lacerta viridi aut ex ſerpente, vivis ſc. impoſitis Oleo, ad Solem per 40. dies. Angues ſumantur cum nigris aut albis maculis, tales enim ſunt minus venenatæ.

Apertis inficiatur Atramentum

Fallopij, *ad Sirones*: Apertis veſiculis prodeſt Caput abluere decoctione ſalitorum, vt halecum, aut cum Aqua multum ſalita decoctionis Cancror. præſertim Marinorum. Prodeſt & Succus Hederæ terreſt. aut folior. mali perſici inunctus. Aliquando tangimus loca iſta, gutta Olei de Calchante aut Aqua ſulphuris, aut ſuffumigetur membrum cum ſemine porri aut Hioſciami.

In Alopecia: ℞ Surculor. Vitis, rad. Arundinis, Amigd. amar. Abrotani Thapſiæ, Euphorbij, vngulæ caprarum: Miſce, & cribrentur, fiatque cinis, ex quo Lixivium, in quo bulliant Roriſmarini, verbenacæ, Corticum Raphani, ana M.ß. Oleum: ℞ Euphorbij, Thapſiæ, Caſtorei, ana ʒ. ij. Olei Laurinæ ℥.j.ß. Aceti parum. Miſceantur.

Ad Phthiriaſin, ſeu Tineam *capitis antiquam, Montani:*

℞ Lixivii dul. q. ſ. pro vna vice, Ariſtol. rot. Panis porcini, ana ℥.ß. Gentianæ, Rhapontici, ana ʒ. iij. Centaurii ʒ. ij. Decoquantur omnia ad caſum partis tertiæ Lixivii, cum quo caput bis in ſeptimana aut ſemel lavetur (corpore prius evacuato) & exiccetur, capillis vſque ad cutem detonſis. Poſtea inungatur ſequenti oleo magiſtrali: ℞ Ireos ʒ. ß. ſquillæ ℥.j. Centaurii min. ℥.ß. Myrtillor. Ol. amigd. amar, ana ℥.j. Caryophyllor. ℥.j. ß. Ponantur omnia in Vaſe vitreo ſimul, benè obturato, bulliāt in Bal. Mariæ lento igne per hor. vj. Poſtea reſervetur Oleum in Sole, removendo in Nocte & tempore nubilo. Et eo inungatur Caput in introitu lecti, poſt lotionem.

Ad Pediculos : Aliqui vtuntur Argento vivo, cum lardo extincto, pro inunctione. Sed lædit Cerebrū. Cape Alumen vſtum cum Aqua, quod linias ſupra Caput, occidit enim eos, lendes & Cimices. Item pulvis ſtaphiſagriæ capiti aſperſus. Item ℞ Vnguenti Matris ſyl. q. v. & cum eo permiſce Aluminis Rochæ combuſti 4. partem. N. Succus rad. Colchici, Narciſſi autumnalis. Lixivium decoctionis Naſturtii.

Vallopij: Si Pediculi ſint circa pudenda, ſitque malum diuturnum, apponunt genitalibus per aliquot dies cingulum latum 3. digitos, ſequenti vnguento inunctum ℞ Olei communis ℥.iij. Ceræ albæ, ℥.ß. Diſſolvantur ad ignē, & addatur in Mortario Argenti vivi ſaliva extincti ʒ. j. Si ſint in Barba; poteſtis miſceri aliquid Argēti vivi extincti cū vnguēto

Roſato M. ß. vel pulpa pomi dulcis cocti, & inungere mentum in duobus aut tribus locis. Aut fricare partem pannis Aurifabrorum, vel pedibus leporinis. Si in toto corpore, inunganturpulſus & thorax.

Vallopius: Lava caput aceto bene ſalito, aut decocto radicis Altheæ.

Curantur talia animantia cum detergentibus, & ex alto evocantibus materiam detentam & putreſcentem, vt ſunt: Sandaracha G. Nitrum, ſem. Staphiſag. trita cum pulvere Iridis, aſperſa Comis, aut ſi locus cum pannis iis aſperſis fricetur Veratrum album, Aqua marina.

Ad pediculos latos in genitalibus vel barba, macerentur *iiij*. grana Staphiſagriæ in Aqua per horas *ij*. qua Aqua locus abluatur. Aut inungatur ſapone nigro per dimidiam horam, & poſtea abluatur. Valentius eſt Argentum vivum, vt ſupra.

NB. Aqua Mellis, quater Alembicata, necat Pediculos, & capillos reddit pulcherrimos. Idem facit Nucis cortex aduſtus, cum Vino & Oleo miſtus.

Lucæ Chini, ad omnem Scabiem & Puerorum Tineam:

℞ Terebinthinæ lotæ ſepties cum decocto Hordei, Malvæ & Rumicis, butyri recentis, loti ſimiliter, medullæ cruris vituli ſimiliter lotæ, Olei amygd. dul. Styracis liq. ana partes æquales, & miſceantur. Pro Tinea, omitte Styracem, & pro medulla vituli pone adipem Anſeris vel Gallinæ. Expurgantur cum Diaſena.

Cura Tineæ Puerorum: ℞ Syr, Acetoſ. Citri, de lupulis, ana ℥. *iij*. Mellis roſ. colati ℥. j. ß. Miſce, de quo quotidie ſumat mane ʒ. vel *iij*. Cochlearia. Octava die purgetur. ℞. Troch. de Violis, ℈*iij*. Sacchari ℥. j. diſſoluti Aqua Capri, cum ſacch. fiant confect. in rotulis. Fiat ter & quater, augeatur & minuatur quantitas pro ratione ætatis & virium.

Corpore purgato, Pili qui corrupti ſunt evellantur cum Novacula, vel tali Medicamento: ℞ Therebintinæ ℥. *ij*. Caryophyllor. ℥. j. Bulliant, donec guttula ſuper lapidem aut ferrum proiecta ita dureſcat, vt friari poſſit. Huius Medicamenti ad ignem liquefacti pars aliqua cum baculi extremitate loco ſuper ducatur, deinde violenter auferatur, non facilè pilos adhærentes evellit. Caput ſic perpurgatum à pilis corruptis illinatur quotidie hoc pacto ℞ Agrimoniæ M. j. Chelidoniæ Rad. Lapatii acuti, rad. Ariſtol. rot. ana M. ß. Mille folii, Bellodis maior. Fuchſii, ana M. *j*. ß. Rad. Ellebori albi, Amigd. amar. Lupin. pulveriſat. ana ʒ. *vij*. pingued. Piſcis Tincæ in ſartagene decoctę, aut in teſta clauſa, ſine aliquo liquore, ℥. *vj*. Olei amigd. amar. recentis, ping. porcinæ, ana ℥. *iij*. Sulphuris ʒ. *ij*. Tartari vſti ʒ. *iij*. Vini albi optimi Canth. *j*. Contundenda contundantur, miſtaq; omnia bulliãt lentè vſq; ad vini conſumptionẽ. Colaturæ cũ expreſſione

one factæ adde pulver. Thuris ℥. ß. ceræ parum, & fiat unguentum ß. a. Singula verò ſeptimana abluatur lixivio, facto ex decocto lupinorum, betæ, chelidoniæ, fumi terræ & modico aluminis. Quo facto abluatur urina pueri imbubis. Et ſic fiat alternatim inunguendo & ſingula ſeptimana abluendo, donec ſanitas reſtituatur integra.

Aliud Linimentum præſtans : ℞ fructuum ſeu frutices chelidon. min. ℔.ij. abſinthii recentis M. ij. axungiæ veter. porcinæ ℔.iij. miſce in olla, adde vini albi ℔.v. bulliant per hor. 12. ad caſum vini, quo facto, adde urinam hominis ſani, & facta ebullitione, percolentur cum expreſſione valida, adde expreſſioni ceræ parum, & fiat Linimentum ß.a. quo, ut ſuperiori utatur.

Montani ; Expurgato corpore aliquoties cum Elleboro, ℞ Lixivii dul. q.ß. pro una vice, cui incoquantur Ariſtol. rotund. panis porcini, ana ℥.ß. Gentianæ, rhapontici, ana ℥.iij. centaurii ℥. ij. Coquantur ad caſum partis 3æ. Cum eo lavetur caput bis vel ter in ſeptimana, deinde inungatur hoc oleo : ℞ Ireos ℥.ß. Squillæ ℥. j. centaurii min. ℥. ß. myrtillor. ℥.j. caryophyllor. ℥.j.ß. oleum amygd. amar. ℥. j. ß. In vaſe vitreo poſita bulliant in Bal. M. per horas 6. ſervetur in Sole. Cum quo caput inungatur in introitu lecti, quotidiè.

Ad Scabiem : Caput aceto ſalito ablutum inunge axungia veteri, vel inſperge pul. cineris quercini; præſertim ſi fluat Scabies.

Ex Herbario Anonymi:

Den Erbgrind kan man von Grund auß nicht vertreiben/weder allein mit dem Pflaſter von dē Stengeln deß Hewheckels gemacht/allezeit ſaftig übergelegt/ſo bald es will trucken werden. Es zeucht die Stefften herauß/vnd heilets von Grund auß/vnd macht auch ſchön Haar wachſen/welches von andern Artzneyen gar nicht geſchicht.

Ex Antiquo, zum Erbgrind : Calcis vivi, & cineris cla. ana coquantur in aqua, & poſteaquam clarum eſt factum, defundatur à reſidentia, in quo coquatur ✱. Malvæ, Oxylapati, ana M.j. cum colatura caput bis lavetur, & ſiccatum inungatur ℞ vngeleutert Schmaltz/eines Eyes groß/ vitelles ovorum iiij. coquantur in fartagine ad nigredinem & diſſolutionem ovorum.

So es geheilet iſt / inungatur cum mellis puri p. j. ſucci caparum p. ij. Blut von einer Barg/p. dimid. coctis ad dimidium.

Aliud probatum : ℞ Rheinberger Schmer vngewäſſert Schmaltz/ ℥.j. piperis ℥.ß. Sabinæ M.j. alba ovorum iiij. ſalis M.j. fuliginis, tantundam, coquantur ſimul per quartam partem horæ.

Aliud præſtans : ℞. Olei roſ. ol. ex ligno Juniperi, ana ℥.vj. ſtercoris columb. ſulphuris, floris æris, ana ℥.ß. ceræ q.ß. pro unguento.

Ex Germanico tractatu:

Ad Porriginem ſeu capitis Tineam (vulgò der Erbgrind.) curandam, procedatur ſecundum Johannem de Vigo, kombt von böſem faulen Geblüt/ Item von Mutter-Leib/ oder von ſtinckender Feiſtigkeit auff das Haupt fallent/ & ex mala Diæta, Iſt mancherley/ furfurea, ſicca, humida, ulceroſa, viſcoſa. Eſt contagioſum malum. Purgentur cum cochiis, pil. de capno, aggregativis, roſato, hamech, diaphenicone.

Per quatriduum lavetur caput bis quotidiè cum lixivio decocto cum fragaria, rad. alth. oxylappathi, furfurum, chamemeli, ſemlini, & fabarum.

Inungatur poſtea per triduum ſequenti linimento, & à linimento extrahantur radices: ℞ Adipis porci, butyri Kamp Schmaltz/ Rinder-Marck/ ana ℔. quart. part. olei maſticini, ℥.j. Terebinthinæ ℥.j.ß. Laurini ℥.ij. Succi capni, oxylapathi, hederæ, braſſicæ, ana ℥.j.ß. Coctis ad caſum ſuccorum, & tepentibus adde aluminis ℥.ß. ſulphuris ℥.ij. Ellebori albi ℥.ß. Imperatoriæ ℥.vj. ceruſſæ ℥.ij. agitentur ad conſiſtentiam.

Si morbus eſt contumacior, cum ſquamis totius capitis, ſcarificatione extrahatur virus, & poſt prædictum lixivium, inungatur unguento fortiori, quale ibi deſcribitur ex ☿. *Si etiam his non vult cedere fortiora uſu pentur* mundificativa, et. ulcerantia, ut ex Auripigm. cantharidibus. Die Kolben ſoll man darneben allezeit mit einem Zänglein außrupffen/ oder mit einem Bechpflaſter.

Pro reſtauratione pilorum: ℞ Kamb-Schmaltz/ ℥.iiij. Mellis deſpumati ℥.iij. Pulv. Imperatoriæ ℥.j. fœnugræci ℥.ß. ℥.ij. Rad. Perſonatiæ ℥.ß. Ex his fiat unguentum, quo valentiſſime inungatur calvities.

Ex Characterio:

Der Erbgrind iſt ein geſaltzener Schade/ von innen/ nicht von auſſen herauß. Liegt allein in der Haut/ darff auch keines herauß reiſſens/ oder keiner Bechkräntz/ ſondern wird bald vnd von Grund geheilet durch Eybaum Laugen/ wol ſtarck gemacht/ daß aller Grind hinweg geht/ (oder Eichen Laugen/) hernach trückne das Haupt mit alten Tüchern/ doch zuvor das Haar auff das kürtzeſte hinweg genommen. So es trucken iſt/ waſche das Haupt mit Tüchern in Braunwurtz Safft genetzt/ binds warm zu/ daß es in der wärme trucken werde/ alle Tag zwey Mahl. *Idem facit* klein Klettenkraut vñ Wurtz-ſaft.

Es geſchicht vnd heilet bald.

STRU-

STRUMÆ.

Aqua optima ad Strumas:

℞ Olei laurini ℔.j. Thuris maſ. Maſticis, Gummi Arabi. Terebinthinæ claræ, ana ℥.vj. Deſtillentur, ac addita ℥.j. cineris quercini, rurſus deſtillentur. Aqua hæc gutturi inuncta ſæpius, bocium curat.

Magius: Bdellium emollitum Saliva aut aceto.

Electuarium Arnoldi aut Montagnanæ. Pil. ℞ Succi Ireos, Euphorbii, ana, fiant Pil. & da ℈.ß. de tertio ad tertium. Prius purgato corpore cum pulv. de Thurbith. aut Pil. cochiis aut agarico trochiſcato. Item ℞ Scrofulariæ, polypodii, bryoniæ, arthemiſiæ, ana ʒ.j. ſacchari albi ℥.iij. fiat electuarium ß.a. Doſis ad caſtaneæ quantitatem. Ex iisdem poteſt & emplaſtrum fieri. Laudatur & aqua marina deſtillata quotidiè bibita per horam ante cibum, ad quantitatem dimidii Cyathi.

NB. Quidã curabat omnes Scrophulas foliis agrimoniæ, deſuper ponendo axungiam. Emplaſtrum ex pice & pipere indico inungatur manè vino ardenti.

Unguentum ad Strumas, ex nucibus Cupreſſi, deſcribitur à Rondeletio, de externis Medicamentis, fol. 99.

Ad Strumas, Ramicem gutturis, Parotides & omnem duritiem ac œdemata: Folia Cupreſſi vino aſperſa involvantur, Struma hoc inducitur, & tertio die ſolvitur. Locus contactus debet digito exprimi, Idem repetatur, ſeptimo ad ſummum decimo die Strumæ miraculoſe abolebuntur.

Strumas ſolvit & curat ſedum maius, cum ſevo ovillo tritum, & cum ſale æquali pondere impoſitum.

Aliud: Pulvis ſpongiæ uſtæ ponatur ſub lingua ſæpè & quotidiè, donec evaneſcat Struma. Item fac emplaſt. ex ſedo, ſevo ovillo & ſale.

Doctoris Elidæi Bononienſis: Pulvis ſpongiæ uſtæ, cum pipere, ſpodio & oſſe ſepiæ, ſi bibatur cum aqua ſalviæ, exiccat bocium. Talis eſt & apud Johannem de Vigo (ſumendus poſt Pilulas cochias) de quo etiam ſæpè teneatur ſub lingua.

Emplaſtrum Doctoris Falloppii, quod Strumas concoquit & maturat, tumores etiam Duros:

℞ Diachylonis magni, communis, ana ℥.ß. Pinguedinis galinaceæ veteris, Porcinæ, ana ʒ.ij. Miſce pro emplaſtro.

Ex Vetula quadam: Optima paratur potio pro ſtrumis ex ſpongia & aqua, & datur per octiduum quotidiè, wann der Mond ſich gar verlieren will.

Aliter:

Aliter: Pulvis ſpongiæ uſtæ ponatur in vino ardenti, de quo, ut dictum bibat. Poteſt addi ſalvia. Audivi ſæpius eſſe probatum.

Aliud Medicamentum ad Strumas:

℞ Rockenbrod / ſpongiam novam, Fiſchbein / Hechtkieſel oder Wangen / ana ℥.j.ß. In olla nova, clauſa, urantur in furno panis. Doſis dimidium cochlearis.

Ex Matthiolo. Spongiam novam & Milii indici inter nodiorum medullam extractam, uſtis & tritis, adde piperis nigri gran. xij. Farinæ triticeæ ℥.j. Cum albo ovi fac placentulam, & coctam, in 6. partes divide, ac diebus alternis ante ſomnum comedat ☽ decreſcente, absque potu. Repetatur hoc altera & tertia ☽. Hoc enim Medicamento plures ſanati ſunt.

NB. **Rettich-Safft / Saltz / Wein / Eſſig vnd Seiffen / vermiſcht wol durcheinander / vnd alle Abend vnnd Morgen den Kropff damit geſalbet / verſchwindt den Kropff.**

Medicamentum Coburgenſe, ad Strumas.

℞ Spongiæ, lap. ſpongiæ, ana ℥.ß. ſalis Gemmei ʒ.ij. gran. Juniperi, cinamomi, Zinzib. albi, agarici, macis, ana ʒ.j. miſceantur & f. pulvis ſ.a. Doſis ʒ.j. Mane & veſperi, Luna decreſcente.

Emplaſtrum ad Strumam:

℞ Scrophulariæ, lapatii acuti, ana ℥.j.ß. farin. orobi, terræ nidi formicarum, calcis vivi, ana ℥.j ſaporis veneti, axungiæ, ana ℥. iiij. Miſceantur ſ. a. pro emplaſtro.

Pilulæ ad Strumam:

℞ Pilular. alephanginar. cochiarum, de agarico, ana ℈. ij. trochiſ. alhandal. diagridii, ana gran. vij. cum aqua Betonicæ fiant Pil. numero 42. omni triduo 7.

Ad Strumas ſecretum Antonii Chalmetæi:

℞ Bryoniæ, cyclaminis, cucum. ſyl. althææ, lilii cœleſtis ana ℥.ij. cocta in vino albo perfectè terantur. Adde ammoniaci, aceto ſquillit. ſoluti, bdellii, opopanacis, ana ℥.j. ſolutorum in oleo ſeſamino, ſtercoris columbini & caprini, ana ℥.j.ß. ladani, ſtyracis calam. ana ℥.ß. Picis navalis q.ß. fiat maſſa pro emplaſtro.

Aliud emplaſtrum, emolliens omnem tumorem durum, & diſcutiens:

℞ Sinapi & ſtercoris columbini, ana ℥.iij. micæ panis albi ℥.iiij. mellis ℥. iij. aceti ℔. ß. coquantur ad craſſitiem emplaſtri.

Diachylon cum pul. Ireos, vel ex farina lupinorum, cocta cum lixivio acri, vel oxymelite. Stercus bubalum, aceto coctum. Cortex ſambuci. Crebro expurgetur cum Pilul. de Agarico, ut pituita abſumatur.

Luſi-

Luſitanus Cent.6.Curatione 100. In curatione vulnerum capitis procedendum cum ſiccantibus, ex ſententia Celſi, à principio usque ad finem, niſi obſtet ex contuſione dolor, ſtatim enim adhibenda ſunt blandientia, ut oleum roſaceum, vel digeſtivum ex ovi luteo cum roſaceo & terebinthina, ut ſcilicet celerrimè caro detrita putreſcat, & nova ipſi ſuccedat. Si maiori opus ſit mundificatione, addimus farinam hordei, cum melle roſac. oleo ovorum, ſuperponendo unguentum cephalicum, quale eſt dictum de Betonica, vel Matriſylva, gumi Elemi, Gratia Dei. Item unguentum aureum. Hæc poſtea & loco oſſis cicatricem corpoream procreant.

OCULORUM AFFECTIONES.

Montani, in Ophthalmia ex ſanguine bilioſo: Secta vena pro ratione plenitudinis corporis, purgetur corpus cum infuſione Rhabarb. ʒ. ij. additis ℥.iiij. Syr.Roſar.ſolutivi. In corpor. robuſtiſſi. addatur electuar. roſ.Meſ. ʒ.v.aut de Pſilio ʒ.iij.

Decoctum optimum repercutiens, ſimul & digerens per halitus, ſine aliquo incommodo, fit ex roſis, myrtis, rubo, lentiſco, ſem.lini, chamemelino, malva, althea, parthemo, & ſimilibus moderatè digerentibus, in aqua ſimplici aut Plantaginis. In eo decocto pannos lineos molliſſimos complicatos macero, & oculis admoveo, æſtate frigidos, hyeme calidos, ſæpius renovando, ne areſcant. Tale enim ſuper omnia præſtat ſine gravitate, ut ſolet fieri, ſi applicetur pomum cum Zucharo ſub cineribus, quo quidam malè utuntur.

Prodeſt & albumen ovi cum bono lacte mulieris optimè conquaſſatum, ut nil viſcidi remaneat. Si fluxio perſeveret, applicentur hirundines poſt aures, fiant ibi ſacrificationes, tandem & vena frontis ſecetur, pro divertendo. Intercipientia etiam medicamenta poſſunt fronti adhiberi, ut Cataplasma ex albo ovi & aceto, bolo armeno, terra ſigillata & ſanguine Draconis vocato.

Dolore urgente, addimus decocto dicto aliquid Hyoſcyami, ſem. papaveris nigri, pomum mandragoræ, in parva Doſi, aut diluimus in eo aliquid ex collyriis opiatis.

Defluxu ceſſante, fomentis ex ſolo fœnu græco & ſeminibus lini, ſimilibusque utendum eſt. Tunc enim balnea dulcia competunt, & vini potus erit utiliſſimus.

NB. Aquam famoſam der Herzogin von Wirtenberg / ad telas & fluxus Oculorum, ex Tutia, Mace, & Nuce moſchata, tuſis optimè & rigatis cretico.

Gewiſſe Cura Phædronis Chymici: So einer zum Auge geſchoſſen oder geſchlagen wird : ℞ Ariſtol. rot. rad. ℥.iij. Herbarum Pyrolæ, Pervincæ, Plantaginis, Chelydoniæ, Agrimon. Conſol. med. ana M.j. Baſylici, Maioranæ, ana M. ß. Coquantur in ſ. q. Aquæ Lavendulæ & Euphraſiæ, more noſtro. Exprimat. & expreſſ. liquoris ℥. v. Olei Victrioli guttas iiij. Miſce, fiat Potio.

Oleum Hyperici calidum circumponatur frequentiſſimè. Aqua Euphraſ. inſtilletur frigidè ſæpiſſimè.

Ex M. de G. Venetiis. *In Ophthalmia:* facta phlebotomia, factisque evacuationibus per alvum, nec non particularibus, fronti applicentur repercutientia, materia fluente per venas frontales (quæ etiam poſſunt ſecari vel uri.) Si per intrinſecas, frequens fiat evacuatio. Dolore ſtante, fomentetur locus cum aqua tepida. Si dolor non remiſerit, factis novis evacuationibus, apponantur in materia calida, lactuca, portulaca. Petia infuſa in lacte. Infrigida: lac cum decocto fœnugræci, vel camomillæ. Oculo inſtilletur lac mulieris cum mucilagine Pſillii, facta cum aqua roſata, conquaſſatum. Pulveris ſacchari candi, optimè abſtergit oculum & cofortat. In materia calida valet licium, Item tutia præparata, (lota vel nutrita) cum gummi vel tragantho, vel albo ovi vel amylo. His non ſufficientibus, deveniendum eſt ſtupefacientia. Domeſticum eſt: album ovi conquaſſatum cum aqua decoctionis papaveris, Item Sief album diſſolutum lacte, fricando ſuper cotem. In declinatione laudatur balneum & potio meri. Pro reſolutione materiæ coniunctæ laudatur evaporatio cum decocto fœnu græci vel meliloti, vel cum aqua calida Sief de ſpica in calida cauſa valet, oculis ſi inſtilletur. Infrigida, pulvis citrinus Iſaac. Collyrium ex aloë, ſola, vel cum aqua ſacchari, vel ſimili abſterſivo. Ultimo ad vivificationem ſpirituum & confortationem oculi, dentur cibi boni nutrimenti, facilis digeſtionis, & paucæ ſuperfluitatis, cum confectionibus cerebralib. calidis vel frigidis, ſecundum exigentia, ſimul admiſtis ocularibus ſem. fœniculi, euphraſia, ſeſeleos ſem myrobalan. chebul. roſis, &c.

Ad ulcera oculorum: Valet p. Sief thure, maturat & confortat materiam ad extra. Si fiat dolor ob materiæ attractionem, remittatur id cum Sief albo, aut miſceantur cum albo ovi (ſi eſt intentio mitigationis doloris & repreſſionis fluxus) aut cum lacte mulieris, ſi ſc. eſt intentio abſterſionis, materia iam fluxa. Apoſtema ruptum abſtergatur cum aqua mellis vel Zuchari, vel aqua hordei, vel decoctionis ſem. lini cum Zucharo & Hordeo. Conſolidat poſtea Sief de plumbo, ut ſimilia ſiccantia ſine morſu. Si metus ſit, ne inflammatio tranſeat in ulcus, fiant crebræ evacuationes & diverſiones, ut noſti.

Falloppius Optimi ſunt myrobalan. citr. triti in cote cũ Roſacea, pro cicatrice inducenda. N. Tutia omnium eſt optima.

NB. Alba ovor. 20. vel plura ponantur in vaſe plumbeo vel ſtanneo, ad Solem. Exiccatum contunde cum ſaccharo roſar. candi. Siccat ſine roſione, & eſt expertiſſimum ac rarum.

Ad

Ad veſtigia relicta poſt ulcera valent: Evaporatio cum decocto fœnugræci, palearum hordei & rad. althææ, pro mollificando. Deinde abſtergatur cum ſaccharo & aqua mellis, aut cum aqua deſtillationis florum roriſmarini, quæ mirabilis eſt.

℞ Sacchari candi, ſpumæ maris, ana ʒ.j.ß. fiat pul. ſubtiliſſimus, & inſuffletur. Item ℞ mellis electi ℥. vj. ſtercoris hirundinis ℥. ß. Euphraſiæ, acori, recentum, ana ℥.j.ß. Sublimationis aqua reſervetur. Vide Fallopium de cicatricibus Oculorum poſt vulnera.

Montani, ad oculos ſordidos & caligantes:

Factis univerſalibus nec non caputpurgiis, decoque rad. althææ 6. vel 8. mundatiſſimas cũ iij. ℥. fœnugræci optimè præparati, in aqua clara decocti expreſſi ℞ ℔. j. adde Aloës in aqua violari lotæ puriſ. ʒ. ij. Rurſus ad ignem lentum acapnon coque ad mellis conſiſtentiam, & in phiala reſerva, de quo illinantur oculi manè. Corroborat oculos, mundificat, abſtergit & confortat.

Alibi, Conſ. 67. ℞ Rad. althææ, ſem. fœnugræci, ana ℥.iij. mundentur diligenter ab omni ſorde, & fiat decoctio diligens ſine pulvere & fumo in aqua fontis ℔. iij. donec remaneat ℔. j. Colaturæ expreſſæ adde Aloës optimæ ʒ.ij. ut ſupra.

Si oculi mordicantur, abluat lacte recenti, aut aqua roſacea diſſolutionis ſacchari candi. Galenus comendat fœnum græcum, nam coquit materias inſidentes, ſine attractione, calorem corroborat & difflare facit.

Electuarium ad oculos ophthalmiſantes, & ſuffuſionem ſpirantes naturaliter:

℞ Nucis moſchatæ, macis, canellæ, ana ʒ.j. caryophyllor. ℈.ij. ſem. aniſi ʒ.iiij. thymi ʒ.j. ſacchari roſar. optimi ex roſis rubeis ℥. vj. moſchi, ambræ, ana gr.ij. cum modico Julep. fiat miſtura.

Similiter poteſt fieri electuarium ex ſucco euphragiæ, roſarum, fœniculi, cum ſacharo. Nec non ſucco ſalviæ, betonicæ, verbenæ.

Ad Chemoſin: Ophthalmiam, in qua Palpebræ quaſi in verſæ apparent, & oculus totus rubore ſuffuſus eſt, quod ſæpè ſequitur papulas pueriles, gutta adipis piſcis Aſchæ (Thymali) quotidiè inſtillata multis diebus, ſanat. Dioſcorides uſurpat cum melle.

Ad ſuffuſiones, factis univerſalibus: ℞ Succi fœniculi depurati ℔. ß. ſucci rutæ. chelidonii, maioranæ, ana ℥.j. Mellis deſpumati ℔.j. miſceantur & ad ſpiſſitudinem reducantur, adde pul. euphraſiæ ℥. j. ß. ſem. fœnic. ʒ.ß. macis, cubebar. cinam. piper. lon. Caryophyll. ana ʒ.j. miſce. Sumatur frequenter ante ſomnum, poſt cœnam parciſſimam.

Collyrium optimũ Montani: ℞ Aquar. fœnic. rut. maioran. chelid. ana ℥.ij. croci ʒ. ß. aneti ʒ. j. coletur per filtrum, croco in aquis diſſoluto. Gargariſet hieram in aqua calida, aut Oxymel ſquilliticum in aqua calida.

Electuarium præſtans Manardi:

℞ Sem. fœnic. nuc. moſc. aut myriſticæ, caryophyll. ana ʒ.j. ſuc. fœnic. ʒ. ß. mellis roſ. q. ß. pro elect. Doſis ʒ. ij. vel iij. hora ſomni poſt cœnam levem, factis prius univerſalibus.

Laudatur etiam uſus mellis deſtillati, facta prius mollificatione, ut dictum, idque fiat per menſem. Poſtea ℞ Aquar. roſ. fœnic. ana ℥. iiij. pul. antimon. ʒ. j. deſtillentur per filtrum, & oculo imponatur. Fortius erit, ſi imponetur zinzib. vel ſpumæ maris, ʒ. j.

Si his non cedat macula, deveniendum erit ad rhaſis medicamentum, cap. prop.

Ad prurientes palpebras & ſcabioſas: Factis univerſalibus & diverſionibus, fiant evaporationes, ut proximè dictum, poſtea applicetur Sief rubeum. Si anguli pruriant, fiant orbiculi ex endivia tenera piſtata, oculus in circumferentia liniatur oleo violato vel roſaceo.

Ad oculos lachrymantes:

Poſt univerſalia, evacuantia, & divertentia, fricationes, ventoſas, lotiones extremitatum, veſicatoria & ſimilia, ponatur repercuſſivum circa frontem, in materia acuta, cum albumine ovi conquaſſato, cum bolo armeno, & in petia extenſo. In frigida cum thure vel maſtiche. Immiſta ex cinere lanæ ſuccidæ, non lotæ, trito cum albo ovi. Similiter in frigida valent: Spica, ſquinanthum, nux moſc. &c. In calida, laudatur tutia præparata cum aqua roſ. In frigida, thus cum penidiis, ſi ieiuno ſtomacho manducentur, & ponantur in angulo oculi.

Laudatur à Matthæo ex Avenzoar, aqua roſacea extinctionis thuris accenſi ſexies, poſita in angulo. Ultimò oculus confortetur cum alterantibus intemperiem ſtantem.

Aqua ocularis optima Mithobii:

Ein Lot weiſſen Vitriol gepulvert/ Campher einer Erbeis groß/ diſſolvantur in aqua fœniculi & roſarum, vel fontis, ana ℥. ij. & reſerva. Tingantur anguli digito minimo. Vel ſimpliciter diſſolvatur vitriolum album inſtar Piſi in fontana, quantum capit teſta ovi.

Galtzen-Stein ℥. ß. coquatur in quartario aquæ, ad dimidium, vel in roſacea & euphragia.

Aqua ocularis præſtans Doctoris Mithobii, pro Principe Hennenbergenſi, Georgio Erneſto:

℞ Cinamomi, nucis moſc. Zinzib granor. paradyſi, ana ℥. ß. ſalviæ, euphraſiæ, anthos, lavendulæ, maioranæ, meliſſæ, betonicæ, ana M. j. Cubebar. cardamomi, galangæ, ana ʒ. ij. Vini optimi ℔. viij. Stet horis 24. & poſtea deſtilletur. Guttula una infundatur angulis domeſticis, in fluxu frigido. In hebetudine oculorum, ſuffuſione & Pterigiis, poſt evacuationem univerſalem.

N. Aqua deſtillata ex prunellis agreſtibus, nondum maturis, tuſis cum nucleo.

Ad oculos Lippientes, præmiſſis univerſalibus: ℞ Tutiæ opt. præparatæ, cor-

tæ, Corticum, pul. Aloes optimæ, ana ʒ.j. Involvantur in paño lineo, & fiat pila, ac in Aqua fœniculi infundantur ſuſpenſa cum filo. Ea pila ſæpe in die exprimatur in oculos.

Aqua ad malam diſpoſitionem Palpebrarum & Ophthalmiam antiquam.

℞ Aquæ Plantag. lib. iij. floris æris ſubtiliter triti ℥.j. Boli Armeni, ſang. Draconis, Aloes, ana ℥.ß. Camphoræ ʒ.ij. Miſce & elambicetur.

Valet & ad Gangrænam, vlcera virgæ & oris.

Pulvis Doct. Elidæi Domeſticus, ad Oculos humidos, quem à cænaper Annum commodè quis vſurparit:

℞ Euphraſiæ cimarum, Betonicæ, ana ℥.iiij. ſem. fœniculi, Aniſi Cinamomi, ana ℥.ij. Caryophyllor. piperis, ana ℥.j. Macis ℥.ß. Sacchari, ad pondus omnium, fiat Piperata.

℞ Coriandri præparati, ℥.ij. Aniſi, fœniculi, ana ℥.j ß. Cinamomi ʒ. iij. Euphraſiæ ſiccæ ʒ.ij. Pul. Diacydon. ſine ſpeciebus ʒ.ij.ß. Pul. ſenę ʒ. Maceris ℈iiij. ſacchari ad pondus omnium.

Electuarium Docto. Elidæi:

Euphraſiæ, Betonicæ, ana ʒ.j. ſem fœniculi ʒ.ij. Cubebarum, Maceris, Caryophyllor. Cinamomi electi, ana ʒ.j. Succi Rutæ depurati ℥.j. Mellis depurati lib. j. decoquatur Mel & Succus & in fine adde pulveres, ac fiat Electuarium molle, de quo quotidiè manè ſumat magnitudine avellanæ.

Electuarium optimum Elidæi, ad præſervandum viſum:

℞ Succi verbenæ, fœniculi, Roſarum, Rutæ, Chelidoniæ, Euphraſiæ, ana ℥.iiij. Purificentur ß.a. & cum ſaccharo fiat Electuarium Aromatiſandum Moſcho vel Ambra.

Pfaffen Futter / *ex Germanico, confortat viſum, Cor, & omnia membra:*

℞ Caryophyllor. elect. Macis, ana ʒ.ij. Zinzib. Cinamomi, ana ʒ.j, flor. Euphraſiæ, ℥.iij. Fœniculi, Coriandri præparati, ana ʒ.iiij. Aniſorum, carvi, ana ʒ.j.ß. Liquiritiæ raſæ & inciſæ, ſacchari albiſſimi, ana ℥.ß. Incidantur omnia, & fiat Pulvis, qui à Cœna ſumatur in parvo cochleari, manè & præſertim Veſperi.

Gabriel Fallopius Mutinenſis, Anatomicus Patavinus, ſequentia ordinabat pro Ortolpho Marobdo, Patavij, Anno 1553.

℞ Aquar. Roſarum, fœniculi, Euphragiæ, ana ℥.iij. Succi Rutæ, ſalvię, ana ℥.j. Pul. Myrobalan. cit. tutiæ, ceruſſæ, ana ℥.j.ß. folior. Lauriviridium ℥.ij. Vini Malvatici ℥.ij. ſacchari candidi: ℥. Miſce optimè & ſerva ſub ſole octo diebus, poſtea cola & parte lympida vtere.

Bellocati ad ſtigmata & albugines oculorum, exiccat vlcera, remittatur eius acrimonia cum Aqua Rubi, modo non adſit inflammatio: ℞ *Vini Malvatici acerbi* vocati, ℥. vj. Aloes Epat. ℥. vj. Sacchari albiſſimi ℥. j. Cepæ Roſæ ℥. iij. Mellis deſtillati ℥. *ij.* Macerata in fimo equino diebus 10. deſtillentur poſtea in Vaſe duplici, adde Aloes ℥. j. Tutiæ præparatæ ℥. *ij*, Sacchari Candi ℥. iij. Miſce & reſerva.

Lucæ Chini, pro oculis tenebroſis:

Electuarium: ℞ Conſervar. Anthos, Roſar. ſatureiæ, Euphraſiæ, ana ℥. *ij.* Diamoſch. dul. Aromat. Roſati ana ℥. j. cũ ſyr. de corticib. citri fiat elect. ℞ Cineris ſtipitũ fœniculi, hirundinum, Euphraſiæ q. ß. fac Lixivium pro oculis. Ablutio frequens cum vrina pueri.

NB. *Pro Lippientibus*: ℞ Aquarum Euphraſiæ, Roſarum, Plantaginis Chelidoniæ, fœniculi, fumi terræ, ana ℥. j. ß. Tutiæ præparatæ & diligenter pulveriſatæ, ℥. ß. Camphoræ ℥. ß. vel ℈ *j*. Boli Armeni ℈. ß. Aluminis ℈ ß. Bulliant parum, colentur & ſerventur in Vaſe vitreo, pro Lippientibus.

Montagnana: Multas gentes à ſcotomia & Imaginibus oculorum ſanari cum pulvere Euphragiæ, cujus ℥. *ij.* addantur Macis ℥. *iiij.* Doſis ℈ *ij.* ante cibum, ſæpè, cum modico brodij vel Vini. Maſticet Cubebas vel radicem Ireos, odoret Maioranam, & folia comedat maſticando.

Hollerius: Purgentur ſæpè per Hieram S. & Diacolocynth. Semel in Hebdomata ſumat de conſerva Betonicæ & Anthos, cum Mithridatio. Collyria ex melle, ſucco fœniculi, & aliorum ocularium.

Infantium oculi ſæpè nutricis inſpiratione halitum excipiant, ipſa mandente aliquid oculare Aqua deſtillationis Mellis, præſertim ſquillitici, in qua aliquid ſacchari Candi liquandum eſt. Inter deſtillandum poſſunt miſceri & ocularia alia.

Validius erit: ℞ Therebintinæ lib. ß. ſulphuris vivi ℥. *ij.* Mellis Roſarũ ℥. iiij. Plantaginis, Arnogloſſæ, ana M. *j.* deſtillentur.

Aliud: ℞ Fabarum freſarum M. *ij.* Mellis lib. *ij.* Terebintinæ ℥. *ij.* Gummi Elemi ℥. *j.* Succi fœniculi, Marrubij, ana lib. *ij.* fiat deſtillatio. Præſcribatur parciſſima cœna, pulveres à paſtu, cauterium poſt aures, in cervice. Setaceus funiculus in occipitio.

Barbari ad claritatem viſus aures perforant, immiſſo annulo. Decoctum Guaiaci cum Euphraſia, Ruta &c. Commendatur Aqua Anagallidis phœniceæ, qua mulier quædam plurimos curavit Lutetiæ, quæ poteſt deſtillari cum melle. Sequentia etiam probantur ad viſum obtuſum & cataractam: pulvis baccarum lauri, teratur cum vrina pueri impubis, & facta forti expreſſione cum mucilagine Gummi Arabici vel Traganti, fiat illitus.

Linimentum: ℞ Rad. Iridis recentis ℥. *j.* Agitatur fortiter cum Succo fœni-

fœniculi depurato per reſidentiam, addito modico ſacchari Candi, & mucilagine, fiat linimentum.

℞ Frumenti, craſſiuſculè conquaſſati, hordei, ana M.j. Lapidis calaminaris, ℥.ij. Sulphuris ℥.j. Salis ℥.ß. diſtemperentur in æneo vaſe cum Aqua fœniculi & plantag. & Succo granatorum, deinde fiat fortis expreſſio. ℞ Succi Chelidoniæ & coryzæ ana ℥.j. Mellis ℥.ij.

Electuarium opticum Adolphi occonis, Auguſtani, in omni imbecillitate viſus, & ſuffuſionibus:

℞ Specier. Pléreſarchont. Sem. fœniculi, ana ℥.j. Macis, Cinamomi, Cubebar. piperis longi, Caryophyllor. ana ℈ß. Euphragiæ ℥.ß. Succi ſalviæ, Rutæ, Chelidoniæ, ana ℥.j.ß. Sacchari clarificati, ℥.j. Mellis Roſati ℥.v. Coctis ad ſpiſſitudinem, addentur arida.

Tragœa.

Duciſſæ Würtenbergenſis zu Abnehmung deß Geſichts / von wegen deß Alters / oder Gebrechen deß Gehirns.

℞ Bethonien Bletter / Fengel / Rauten / Erdbeer Kraut / Himmel-Schlüſſel / Liebſtöckel Bletter / jedes 4. Loth / Fengel Samen / Eppig Samen / Peterſilgen Samen / jedes ein Loth. Galgan Zimmet / Jngber / jedes ein halb Loth / Spicæ Indicæ ℥. j. Caryophyllor. Cardamomi, Croci, ana ℥.ij. Optimè miſceantur. Davon genoſſen vor vnd nach dem Eſſen / vnnd in der Speiß. Es erhelt das Geſicht / vnd macht ein rein geblüth.

Aqua Aurea præſtantiſſima, ad oculorum ruborem:

℞ Aquar. Roſarum, fœniculi, verbenæ, Chelidoniæ, Rutæ, Euphraſiæ, ana ℥.iij. Leniter bulliant, adde Tutiæ præparatæ, lapidis calaminaris, ana ℥. j. Aloes Epat. ℥. ß. Thuris albi ℈j. Corallor. rub. Margaritar. ana ℈ß. Camphoræ gr.iij. Omnibus ſubtiliſſimè pulveriſatis & adjectis, vtere aqua. Confice modicum Aloes cum Succo fœniculi, ac in Vaſe æneo expone Soli per 20. dies pro Collyrio. Ex panis in affuſo Vino, deſtillata Aqua, mirifice cum eſſe dicitur.

Mithobius: Lapilli thermales, ex thermis Carelinis in Bohemia, ad oculorum dolores, Aqua Roſacea infecti, mirificè conducunt.

Matthiolus: Rubeis & purulentis oculis conferunt, Electrum cum albo ovi, pulvis liquiritiæ ſubtiliſſimus. Roſacea in qua trigeſies extinctum eſt thus ardens, duobus cochleariis adde vnum Lactis muliebris, pro Collyrio.

Collyrium optimum Doct. Langij pro Ophthalmicis:

℞ Mucaginis Sem. Pſyllii & Tragacanthæ, factæ cum ℥.ij. Aquæ Biſmalvæ, liquoris ovi, ℥. j. ß. Croci ℈ß. Camphoræ gr.vj.

Ad

Ad principium Aquæ: ℞ Spicænardi, ℥.v. Agarici ℥.j. ß. Cinamomi ℥.viij. Maſticis ad pondus omnium, confice cum melle bono, & detur quotidie. Aqua mellis deſtillati guttatim impoſita manè & Veſperi. Item ℞ Aquæ Roſar.℥.iij.in qua extingue Aurum quinquies, adde Thuris, maſticis, Aloes, Lithargirij, ana ℥.j. Bulliant ad caſum partis tertiæ, coletur, & vtere quater in die.

Rondeleti: Vnguentum ex amurca & Omphacio inunctum, pellit cataractas ſine morſu & periculo, conſtringendo & ſiſtendo fluxum. ℞ Elect. Humani, Mithridatij opt. ana ℥.ij. cum Succo fœniculi fiat Electuarium.

Montani: ℞ Nucis moſc. macis Cinamomi, ana ℥.j. Caryophyllor. ℈ij. Sem. Aniſi ℥.iiij. Thymi ℥.j. Sacchari roſati ex Roſis rubris, ℥.vj. muſci, Ambræ, ana gr.ij. cum modico Iulepi fiat miſtura.

Pulvis Doctoris Elidæi, præſtans ad Scotomiam & Imagines:

℞ Macis ℥.ß. Euphraſiæ ℥. ij. fiat Pulvis ſubtiliſſimus, Doſis, factis debitis evacuationibus, ℥.ij. *Hoc multi ſanati ſunt.*

NB. Ocularia medicamenta præſtantiſſima recenſet Arculanus in Rhaſen.

Magij Bononienſis, ad oculorum Caliginem:

Succus Aſari cum Pompholyge, Alcæa, Euphraſia cum Vino. Decoctum Calami aromatici ſeu Acori, Iecur Caprinum (teſte Math. de G.) Sepia lota, Myrobalani citrini fricati ſuper lapidem cum Aqua Omphacij, vel Roſar. vel Succo fœniculi. Humiditas cochlearum cum Aloe, Myrrha & thure, accepta ante ſomnum. Lixivium Capitale, Gypſum cum albo ori & pilis Leporis adſtringit fluxum, Pulvis Caryophillor. inſperſus ſuturis. Confectio & Vinum Euphraſiæ, ſarcocolla nutrita in lacte per V. dies. Pinguedo piſcium fluviatilum ſole liquata, cum modico mellis, Saccharum Candi, lapis inventus in felle ♉ Caryophylli comeſti. Succus Chelidoniæ cum melle coctus in Vaſe æreo. Sagapenum cum Succo Rutæ, vel felle avium rapacium. Succus Marrubij cum melle. Comeſtio Betonicæ, & Vinum. Cinis Cochlearum. Cortex thuris, fel Leporis cum ſaccharo. Sepia vſta & lota. Cornu cervi vſtum & lotum.

Mathioli: ℞ Fimi accipitris ſicci ℥. j. Succi fœniculi ℥.ß. fiat Alcodol, de quo manè angulis apponatur parum.

Linimentum Elidæi:

℞ Aloen cum lacte fœminæ matris maſculi, Rad. & Succum fœniculi, ac thus, ana, fiat linimentum, quod & Anodynon eſt.

Oculare optimum, cujuſdam thraſonis von der Naumburck:

℞ Victrioli albi ℥.j. Camphoræ inſtar piſi; teratur cum amygdalo, Aquæ fœniculi ℥. j. ß. Miſceantur opti-

optimè, ac colata reſerventur, & de hac inſeratur ante ſomnum duobus angulis.

Vnguentum Oculare: ℞ Aluminis vſti, Victrioli albi, Lap. Calaminaris, tutiæ præpar. Zinzib. albi, fellis vitri, Baccar. lauri, Corallor. alb. ſolutorum, ana ℥.ß. Camphora, Margaritar. nig. ana ʒ.j. Trita ſubtiliſſimè & ſatacenta, miſce cum melle Virgineo, pro vnguento molli. ℞ Aquæ cichorei vel ſcabioſæ, adde 3, Meſſer Spitzen de vnguento, optimè prius circumducto. Probè agitentur, & cum penna vel digito auriculari inferatur.

Duciſſæ Hennebergenſis Oculare optimum, zu Roten vnd Auffgeblaſenen Augen:

℞ Aquar. fœniculi, Roſar. ana lib. j. Aloes ʒ.j. Angulis imponātur aliquot guttæ, Oculo ſuperpone folium Roſæ autumnalis, madefactum aqua flor. Sambuci, ante ſomnum.

Aliud: ℞ Tutię præparatæ, ſumach, Aloes, ana ℥.ß. Aquæ Roſarum ℥.j.ß. Aq. fœniculi ℥.ß. miſce.

Elidæus Bononienſis: Ad oculorum debilitatem & aquoſitatem, & ferè cæcitatem à materia valent: Brodium carnium viperæ præparatarum, decoquendo ſimul fœniculum. Similiter & carnes, in parta quantitate. Decoctum Guaiaci cum ſua diæta. Dutia in commiſſura Coronali aquæ ocularium herbarum cum modico Antimonij, ſervatæ in Vaſe æneo. Vrina cum Vino (in hyeme) aut Aqua Roſarum in æſtate. Saliva hominis jejuni maſticantis fœniculum, Rutam & verbenam, mirè abſtergit. Elect. Humajn. Caput purgium ex Succo Cyclaminis.

Papa Innocentius III. Miſit hoc Electuarium cuidam Abbati Piſano, Centum Annorum, quo viſum ferè amiſſum recuperavit.

℞ Sem. fœniculi lib. ij. Sileris montani lib. j. Chamed. Rad. Chelidoniæ, ana lib. j. Sem. Apij, Aniſi, Petroſelini, Pulegij, flor. Borrag. Iſopi, ſaxifragiæ, Iuniperi granor. ℥.iij. Euphragiæ lib. ß. Omnia ſubtiliter trita incorporentur cum melle aut ſaccharo q. ß. & vtere manè & Veſperi.

Pilulæ præſtantes, Doctoris Leonelli, ad viſum:

℞ Euphragiæ, Sem. fœniculi, rutæ, ana ℈ij. Pilulæ Lucis, ʒ.j ß. Agarici trochiſcati, ℈iiij. Aloes loti cum decoctione ſpecier. Alephang. ʒ. iij. cum Succo fœniculi fiat maſſa pro Pilulis.

Elidæus, pro oculis Caligantibus: ℞ Aquar. Roſar. Chelidoniæ, fœniculi, Rutæ, ana ℥.j. Sacchari albi ℥. ß. fel Lucij nu. j. Miſce.

Ad acuendum viſum: Rad. Valerianæ quotidie inſtar fabæ comeſtas, mirificè acuebat viſum cuidam aurifabro, qui integrum ♌ in acu deſtracta ſculpebat herbi poli.

Aliud Collyrium Doctor. Magij:

℞ Succi agreſtæ ℥. ij. præparatæ tutiæ ℥. j. Bulliant parum, & vtere. Idem facit Succus plantaginis ſub Sole exiccatus, & deinde pulveriſatus, pro Collyrio ſicco. Item fuligo picis, niſi adfuerit inflammatio, myrobalani citrini perfricati cum aqua Roſar. vel Omphacij, aut Succo fœniculi.

Ad Lachrymantes fiſtulas optimum eſt Oleum nucum, præſertim per ſublimationem factum. Cinis adianthi, pulvis herbæ Ægilops dictæ, Myrtus.

Elidæus: Ad oculos lachrymantes, fac Linimentum ex Succo Rutæ, albumine ovi, & melle, pro inunctione ſero & manè, ablue cum vrina pueri. Corallus etiam validè deſiccat & abſtergit, & cicatrices curat. Lippitudini etiam confert ſarcocolla nutrita in lacte Aſinæ per dies quinque.

Collyrium Elidæi ad conſervandum viſum:

℞ Aquarum aut Succi fœniculi, Euphraſiæ, Roſar. ana ℥.j. Sarcocollæ ablutæ, tutiæ præparatæ, Sacchari Candi, ana ℈j. fellis lucij ʒ.j. foliorum Auri num. v. Margaritar. non perforatar. ʒ.j. Miſce, & bulliant in Balneo Mariæ, & fiat Collyrium. Item ℞ folior. Camomillæ, Fœnugræci, Roſar. rub. ana M.j. Miſce, & in Aqua communi bulliant, ac cum ſpongia parva oculis fiat fomentatio.

Item ℞ pil. Lucis, ſine quibus, Rhabarbari electi pulveriſati, ana ʒ. j. Cum Succo caulium aut fœniculi fiant Pil. nu. xv. poſt cœnam horis duabus ſumantur V. Item ℞ Aquæ primæ ſublimatio[illegible] ℥.ij. Sacchari Candi ʒ.ij. Miſce, pro oculis & eorum maculis. Multum valet ℥. ß. Elect. Humayn. cum Vino ſumpta, ituris cubitum.

Aqua ocularis optima, Abbatis Breitingenſis:

Weiß Kupffer Rauch / ZZ. Negelein vnd Lorbeer / trita infunde in aqua fluviali, ſtent hor. 24. Colatura ſervetur pro angulis oculorum rigandis.

Vnguentum Abbatis Breit. **zu den Fellen der Augen:**

℞ Adipis piſcis Aſchæ vel thymali ℥.j. Iuniperini ℥.ß. Olei nucis moſc. ʒ.ß. vel ʒ. ij. Ol. Caryophyllor. ʒ. j. fiat vnguentum. Deraſis pilis palpebræ ſuperioris, die Obern Winprecht / quotidiè inungatur, & eſt ſæpiſſimè probatum.

Ein gut Augenwaſſer: ℞ Roris Majalis recentis, ſextarij dimidium, Roſaceæ tantundem, Vitrioli albi ℥. ß. Miſceantur optimè, & cum digito madefiant anguli oculorum, ante ſomnum. Vt fiat minus acre, addatur plus de Roſacea.

Ein anders: ℞ Aquar. fœniculi, Roſarum, ana ℥.ij. Tutiæ præparatæ ʒ.j. Agſtein ʒ. ß. Croci ʒ. ß. Vitrioli albi, tantundem, miſce trita, &c.

Ein

Ein anders: ℞ Aquæ Roſ. Sextarium dimidium, ſacchari fini, cochlear j.

Secretum oculare præſtans cuiusdam

Empyrici: Fac ſtratum ſuper ſtratum ex albis ovorum coctorum in aceto, per horas ij. & inciſis, cum vitriolo albo, tantundem, & aquam deſtilla, quæ præſtans eſt ad oculos rubeos.

Ein köſtlich Augenwaſſer / *Ducißæ noſtræ*, zu dunckelem Geſicht:

℞ Cantharum boni vini, Caryophyllos xij. Baccas lauri excorticatas, x. Zinziber. albi ℨ.ß. Camphoræ tritæ, ℨ.ij. Coquantur ad caſum partis tertiæ, & cum refrixerit, per pannum lineum coletur & aſſervetur. Ein Tröpfflein auff die Nacht in die Augen gethan.

Alia: ℞ Nihili albiſſimi ℔. j. ß. Aquæ vitis quart. iij. Piperis ℨ. ij. Deſtilletur, & impone Tutiæ non præparatæ, mundiſſimè tritæ ℨ. j. & per annum reſerva.

Graf Albrechts von Mansfelds Augenwaſſer:

℞ Ceruſſæ ℨ. j. ß. Lithargirii ℨ. j. Salis Arm. ℨ. ij. Perlarum optimar. ℨ. ij. Pompholygis lib. ß. Camphoræ in mortario, in quo amygdalæ recentes ſunt tritæ, contritæ (vocant camphoram mortificatam) ℨ. j. camphoræ non mortificatæ ℨ. ß. Mellis virginei cochlear. j. Vini ardentis pro duobus nummis, Aquar. Cichorei, (hnilåufft) Solani, Chelidonii, ana ſextarium dimidium. Miſceantur, & per pannum non rarum exprimantur. Si craſſeſcit, diluatur Roſacea, & cum digito anguli oculorum rigentur ante ſomnum, poſt unum atque alterum diem.

Aliud, Fratris: ℞ Tutiæ præparatæ, pondus coronati dimidii. In vitro parvo affunde Roſaceam, pro complendo vitro dimidio, nec non liquorem ex albugine ovi duriter cocti expreſſam, guttatim veſperi & imponatur oculo, & oculus teneatur clauſus, donec Pater noſter recitetur.

Ad debilitatem viſus: Præter annuas expurgationes prodeſt ſingulis ſeptimanis ſumere prima vigilia tres harū pilular. pondere ℈. unius: ℞ Pil. aſſairet ℈. ij. lucis, alephang. ana ℈. j. cum ſucco fœniculi fiant pil.

Pulvis pro ferculis: ℞ Acori, maioranæ, ana ℨ. vj. cinamomi optimi, ℨ. iiij, aniſi, Caryophyllor. ana ℨ. iij. ſacchari albiſſimi, ℨ. iiij, M. Hyeme inſtilletur aqua fœniculi, vel de collyrio ex una parte mellis, & dimidio ſucci rutæ & fœniculi, ana.

Zu den Waſſerfellen / *nebulas cæruleas oculorum, rubedinem & fluxiones ſiſtendas*:

℞ Galmey lib. j. (ſoll gebleicht ſeyn vnd mit roten Sprenglin / wenn man ſie bricht / vermengt) Tutiæ ℨ. iij. Corallo-

rallorum, ℥.j.ß. Integra in olla aperta urantur novies, ſemper extinguendo cum vino. Terantur, & adde matris Perlarum ſubtiliter tritæ, ℥.j.ß. ac miſce. Simul optimè terantur in marmore duro, adde parum Gingiberis, & ſimul omnia per denſum Setaceum agitato. Manè & veſperi **ſoll man deß Pulvers ein wenig in die Augen mit einem Streubüſchlein ſtreuen/ſtopffet dir Flüß/vertreibt auch die Röthe vnd Waſſerfell.**

Aqua ocularis optima, Pontificis Piſcatoris:

℞ j. **Nöſel** vini ſinceri, camphoræ, ℥.j.ß. **Gallitzenſtein** ℥.ij. alba ovorum durorum fracta numero 6. coque ad dimidium. Si oculi non ſunt prorſus mali, ad tertias, colatura imponatur oculo ter quotidiè, & ſtet æger per horæ quartam ſupinus.

Augenwaſſer / *ex libello Nicolai de Metri:*

Dimidium ovi cocti, exempto vitello, reple cum pauco ſaccharo & victriolo, & ſuprapoſito altero dimidio (cortex adhæreat) dempto poſt dimidiam horam cortice, teratur ovum, & exprimatur, cuius tantillum oculo iniiciatur, **davon werden die Augen hell und lauter.**

Oculare paratu facilè: ℞ Aquar. Roſarum, Plantaginis, ana ℥.j. Liquoris ovi contuſi optimè ℥.ß. Croci granor. 6. vel 8. Miſce probè levigata.

Ad maculas oculorum, Doctoris Magii:

℞ Aquæ mellis primæ ſublimationis ℥.ij. ſacchari Candi ʒ.ij. Miſce. Fel leporis cum ſaccharo. Sæpia combuſta & lota. Cornu cervi combuſtum & lotum. Folia oleæ ſylveſtris combuſta in furna Figuli, in vaſe lutato, mirabiliter. Fuligo butyri, ſuccus tuſſaginis, pulvis violæ camenſis, quod aſſimilatur doplio, eſt mirabile. Myrrha vera. Quæ ferè omnia & ad ſuffuſiones plurimum valent.

Montani: Album ovi cum ſaccharo Candi Roſ. in vaſculo ad Solem exicco, contundo, ac in mortario tero, de hoc pulvere oculis inſpergo, vel cum modico delecti fœnugræci diluo, & collyrium paro, abſtergit ſine morſu, & ſiccando confortat, ne nova materia recipiatur. Alii laudant Tutiam, ſed rectè præparetur, ne mordicet.

Elidæus: Quidam aiunt Percelliones ſub hydriis cum aqua fluviatili ad cochlear bibitos manè, ſanare. Item ſi fiat linitio ex melle & lacte ficus. Aut accipiatur in ovo recenti album illud, quod ſperma galli dicitur, & intus ponatur, & claudatur, per dies 14. & 15. ſanat.

℞ Tutiæ ʒ.ij. ſanguin. dracon. ʒ.j. ſacchari ʒ.ij. terantur ſubtiliſſ. & parum immitte, eſt ſecuriſſimum. Item ℞ Succi acori, fœniculi, ana, ponantur aliquantulum ad Solem, deinde cum pulvere ſubtiliſſimo abſinthii fiat

fiat collyrium. Optimè abſterget, ſi parum mellis addatur.

Elidæus, ad plerygia : ℞ Oleum ex ſulphure, in quo bombacem intinge, & applica. Temperatur verò ſulphuris acuitas lachrymis oculi, ut Magius cenſebat.

Ad ungulam valet pulvis tenuiſſimus ſalicis, poſitus in oculo, Item Sal Armoniacus.

Ad ſanguinem mortuum valet Sal cum melle impoſitum, ſed ſit expertus Medicus.

Ad ungulam Matth. de Gr. Factis univerſalibus imponatur primo collyrium de thure. Poſtea Sief rubeum, deinde viride, factis prius fomentationibus cum decocto Camomillæ, meliloti, fœnu græci, altheæ, &c. Si ſupervenerit dolor, mitigatur cum vitello ovi & oleo roſato, per duos dies dimittendo Sief. Si hæc non ſuffecerint, ferro utendum.

Doctor Martinus Lutherus : Telam araneam dicitur certiſſimè tollere radix Cyami, ſi collo geſtetur tanto tempore, quanto illa antea crevit. Similiter ſurculus vel caulis flammulæ ♃ ſi collo equi ſuſpendatur, idem facere dicitur.

Montani, ad ſuffuſos, poſt univerſalia : ℞ Rad. Altheæ minutim incifarum, numero vj. fœnu græci ℥.ij. mundata optimè coquantur in aq. pura, ad caſum part. ſecund. Colaturæ adde pul. aloës optimæ ℥.j. Bulliant ad ſpiſſitudinem mellis, & ſervetur in vaſe vitreo obturato.

Ad oculorum ruborem : ℞ Aloën & camphoram, infundantur in aqua roſarum, & utere.

In rubedine oculorum, corpore benè prius purgato, maximi faciebat Elidæus ſequens : ℞ Unguenti Roſati Meſ. ℥.j. Tutiæ præparatæ ℈.iiij. vel ℥.j. miſce, & utere ungendo.

Pilulæ, pro fluxionibus calidis: ℞ Rhabarbari electi; Pilul. aurearum, ana ℥.ß. Cum Succo Roſar. fiant Pil. numero 5. Prodeſt imponere verbenaceam tritam cum albo ovi. Confert ex ſarcocolla nutrita in lacte per 5. dies.

Ruborem extrahit caro bovis recenter mactati appoſita. Item fol. lil. alborum macerata in aqua aut in albuminibus ovorum benè conquaſſatis diſſolvatur ſaccharum finum, & linea petia madefacta imponatur oculis. Album ovi fruſtulo aluminis agitatum probè, & cum petia triplici appoſitum per noctem aliquoties. Manè abluatur tepida.

Palpebrarum ſciſſuras ſanant ficus infricatæ. *Vide Galen. de lapide Hæmatite.*

Fluxum ad palpebras ſanat ablutio cum vino ſublimato quotidiè, eundo cubitum, humiditates exiccat, & oculos præſervat.

Hordeolum ſanat ſagapenum cum aceto.

Ad ſcabiem palpebrarum, Elidæi :

℞ Aloës Epatici, camphoræ, ana ℥.j. ſacchari Candi ℥. ij. muſci, gr. iij. camphora in partes ſecta diſſolvatur cum modica aqua roſarum in marmore, poſtea adde ſaccharum cum Moſcho, *Vide Montan. de pilis inverſis, conſ. 66.*

Moſcho, & optimè terantur. Deinde adde Aloën, ac cum modico aquæ roſarum terantur omnia in mortario, ut tota Aloë diſſolvatur. Deinde aqua roſat. ſufficienter. Ultimò reſideant, & reſidentiam ſepara in vitro. Iterum appone roſaceam, teratur reſiduum, quousque tota materia diſſolvatur. Ponatur in phiala, cave ne ſit nimis acutum, quod percipies lingua.

Ad catarractas ſeu ſuffuſiones (vulgò der Staar) *myſterium eſt, quod ſequitur:*

In Epiſt. Geſneri fol. 93. Ex fece olei ex Omphacio fiat unguentum, quod curat ſine morſu & periculo.

Fuchſius: Corpore univerſo purgato pilulis ocularibus & apophlegmatiſmis, ſcarificetur in occipitio; & oculis inſtillentur diſcutientia, quale eſt, quod ℞ Aquæ fœniculi ℥.ij. aquæ chelydonii, euphraſiæ, ana ℥.j.ß. Sagapeni ʒ.j. Pompholygis ʒ.ij. Miſcepto collyrio.

℞ Macis ℥.ß. Euphragiæ ℥.iij. fiat pulvis, cuius ſit frequens.

Ex Montano: ℞ Cinamomi, macis, nucis moſch. ana ʒ. j. caryophyllor. ℈.ij. ſem. aniſi, fœniculi, ana ʒ. ij. Thymi ʒ.j. conſer. roſar. vel euphragiæ ℥.vj. moſch. ambræ, ana gr.ij. cum modico Julep fiat miſtura.

Ex Fuchſio, Matth. de Gra. Fernelio:

In Pterygio (adnaſcentia membranoſa ſenſim increſcens usque ad Irim, & aliquando pupillam contegens, unguis vulgo) ſi ſit recens malum (inveteratum enim ſola manu curatur) curatur abſtergentibus, præmiſſis evacuationibus. Emolliatur unguis decocto malvæ, altheæ, lini, &c. Poſtea extergentibus repurgetur, ut ære uſto, calcantho, & ſimilibus. Commendatur oleum ſulph. ✱, collyrium de thure, Sief rubeum & viride. Dolor mitigatur roſaceo, cum ovi vitello) mel cum ſucco arthemiſiæ, atramentum ſutorium cum gummi, ana, vel ✱ cum gummi.

Ad Phlyctenas ſeu puſtulas: (quibus ruptis ſuccedunt ulcuſculæ) corpore probè expurgato, ſedentia inflammationem, quam molliſſimè applicentur, quale eſt quod ℞ Roſaceæ ℥. j. Licii, croci, ana ʒ.ß. Acaciæ ℈.j. fiat collyrium, guttatim inſtillandum & circumponendum. Poſt initiũ diſcutientia conveniunt & decocto ſem. lini, fœnugræci, meliloti, & ſimilium. A vino prorſus ſe abſtineant.

Iu ulceribus oculornm: (Quæ ſuccedunt ruptis Phlyctenis, vel à cauſa externa.) Secetur vena è directo, & corpus evacuetur. Averſiones etiam tententur, & ſtatim contra inflammationem pugnetur, cum ovi albo. Poſtea cum decocto roſarum & meliloti, fœnugræci, &c. adiecto, ſi adſit ſordities, melle. *Ulcus ſic perpurgatum*, glutinetur collyrio ex thure, & circatrix procuretur cum pompholygis collyrio, (Sief ex ♄ o) commendatur oleum abietis, ſuccus agrimoniæ, ſarcocolla, aloë cum roſacea, lap. Hematites.

In cura cicatricum & albuginum : (λεύκωμα ſeu nubecula in uvea impedit viſionem, fit ex humore lento illic effuſo, ſenſim concreſcente in cornea)proba vict⁹ ratione procuretur, & inſtillanda expurgantia & extergentia abſque excoriatione, talia ſunt: Aqua mellis,cum ſacch.candi, anagallidis ſuccus cum melle, Item mentę ſuccus,& centaurii min. Chelidonii, Fel leporis cum ſaccharo,fuligo Butyri,aloë,&c.

Ad telas & pannos equorum,vide in ſecunda parte horum collectaneorum.

Aqua ocularis, Luſitani, ad delendas oculorum nebulas :

℞ Mellis ex favo ℔.ij.cimarum fœniculi, foliorum ſambuci, euphragiæ, ana p.ij. ſacchari Candi ℥.iiij. Deſtillentur in vaſe vitreo per Balneum Mariæ, pro frequenti inunctione.

Vnguentum B. Conradini, in cæcitate ex panno, oculum tegente :

℞ Aquæ fœniculi,cochlear.ij. olei victrioli gutt. iij, cum penna inungatur manè & veſperi, aliquot diebus, & reſtituetur viſus.

Ad ſugillata : (Maculam oculi vocant recentiores, ex ictu contuſis vaſis, & ſanguineis punctis in oculo apparentibus) pro ſanguine mortuo diſcutiente, utuntur ſale cum melle, Decocto Hyſſopi, Abſynthii, Sanguine Palumbi, lacte muliebri cum Thure, decocto meliloti cum vino, croci, roſarum,folior.lilii,&c.Commendatur adeps piſcis aſchæ inſtillatus aliquot dies.

Νυκτάλωψ (Plinius vocat nocturnam cæcitatem, propter tunicarum & humorum oculi craſſitiem, inprimis ob capitis imbecillitatem, victu utantur tenui, & à ſuccis vitioſis expurgentur. Oculis convenit alumen cum melle,fel perdicis.

Valeriolæ, præſtantiſſimum ad aciem oculorum :

℞ Cinamomi electi ℥.j. Euphragiæ ℥.iij. Macis ℥.ß. Sacchari albiſſimi ℥. iiij. Uſus ſit per annum à cibo.

Ægilops, Phlegmone parva inſtar furunculi, inter radicem naſi & maiorem angulum,facilè in fiſtulam abiens, fit à ſuccis ibi collectis vitioſis. Rupto abſceſſu pus manat. Diſcutientibus utendum,non mordacibus, roſis, aloë, thure, corall. præparat. glaucio,croco cum ſucco parietariæ, ruta cum lixivio mitiſſimo. Si non contulerint, ad chirurgiam deveniendum.

Præſtans, auferens pannos & maculas,cuiusdam Chirurgi :

℞ Gentianæ ℥. j. maceratam in aqua horis 24. coque. Rurſus poſt triduum coque, ſic infuſam, ad mellis formam.

Ocularia Baltha. Conradini: In fervore & curſu lachrymarum cum dolore & rubore, imponatur oculo lac muliebre cum roſacea vel aqua cichorei,& inſtilletur ſequens: ℞. Aquę roſar.alb.cochl.ij.fœniculi coch.j. vitrioli Romani, camphoræ, ana gr.v. trita colentur.

Vel ℞ ſacchari candi ʒ.iiij. vitrioli albi ʒ.ij. tutiæ præparatæ ʒ.j. camphoræ ℈.ß.aquar.fœniculi, euphraſiæ,ana ʒ.ij.miſce.

In cæcitate: ℞ Aqua fœniculi,cochlear.ij.Olei victrioli rectificati gut.ij. cum penna inungatur aliquot diebus, manè & veſperi, & oculi tegantur ſerico nigro.

Oculare Doctoris Eraſti, pro Principe Hennenbergenſi, Georgio Erneſto:

℞ Aquar.Roſar.fumariæ,euphragiæ, Chelidoniæ, ana ʒ.j.vini optimi ʒ.ß.tutiæ præparatæ lotæ ʒ.ij.ſacchari puriſſimi ʒ.j.camphoræ ʒ.ß. Miſceantur. Item ℞ Sanguin.Draconis, ſacchari albiſſimi, ana ʒ.ß.tutiæ ſæpius lotæ ʒ.j.fiat pulv.ſubtiliſſimus.

Elidæi,ad ulcera oculi: ℞ Oleum abietinum, aut ſuccum agrimoniæ, qui ponatur in oculo. Similiter valet ſarcocolla in lacte aſinæ nutrita, aloë, ana ʒ.ij.cum Aqua Roſar.fiat collyrium.

Magius commendat cornu cervi combuſtum & lotum.

NB. Fiſtulas ſanat pulvis ſtercoris humani & bovini, ana, impoſitus aut ℞ farinam lilii,& miſce cum melle. Aut ℞ pulverem tithimali q.v.& pone in loco.

Montanus laudat tutiam,nec non ſacchar.candi, roſatum, tuſum cum ovi albuminibus, ad Solem,in plumbeo vel ſtanneo vaſculo ſiccatis.

De fiſtula lachrymali, vide Varignanam. *Matth de G. laudat* roſaceam, in qua multoties Thus ignitum extinctum fuerit. Vide ibidem,& Fontanonum, Gallum,&c.

Pandectarius ait, quendam in vulnere conjunctivæ magno ſanatum ex ſola appoſitione Burſæ paſtoris contuſæ,cum pellicula reperta in ovo.

Elidæi,ad oculi percuſſionem:

℞ Albumen ovi, benè agitatum pulvere abſynth. & impone cum foldella. Item verbena trita cum albumine ovi.

Archigenes: Ad tumores ex plaga circa oculos obortos, convenit fomentum aſſiduatũ cum molli ſpongia, ita ut poſtea ſpongia nova, aceto diluto, madefacta imponatur. Item ſinapi vetus ex aqua tritum. Similiter naſturtium, ſi aſſiduè poſt eorum impoſitionem, & ablutionem loci aqua calida foveantur.

Ad ſanguinem mortuum oculi valent: Sal cum melle impoſitum. Hyſſopus bullita in aqua, & impoſita. Abſynthium recens tritum cum albumine ovi & oculis ſuperpoſitum.

Ad maculas rubeas in oculo: In principio, factis univerſalibus, ponantur repercutientia circa frontem & in oculo. Vel lac muliebre, vel aſininũ, ſanguis columbinus cum terra ſigillata,

lata, cum albo ovi. In proceſſu valent: Sanguis pulli vel columbi inſtillatus, ſolus, vel cum lacte muliebri, vel thure.

Si ſit inveterata: facta mollificatione cum decocto camomillæ, fœnu græci, &c. procedatur cum leniter reſolventibus: ut cum vitello ovi, fruſto caſei recentis, parum ſaliti, &c.

AFFECTIONES ET NOCUMENTA AURIUM.

Ad ſurditatem: ℞ Olei avellanarum, ſucci rutæ, lactis humani, ana partes æquales, bulliant omnia in una coſta cæpæ albæ. Proiice in aurem, & deſuper ponas rutam piſtatam calidam.

Item valet fomentatio frequens ex Decocto baccarum lauri in Vino albo.

Ludovicus de Leon. in ſurditate forti: ℞ Aloën, pulpam coloquint. & euphorbium, diſtemperentur ſubtiliter trita cum felle vaccino, & fiat Sief, & permittantur exiccari. Cum opus fuerit, fricentur ſuper cote, & cum ſucco raphani imponantur auri tepida. Item facit fel bovis cum ſucco ſalviæ aut abſynthii, aut oleo amigd. dulci.

Doctoris Magii, ad Sibilum: ℞ Oleum Ben. oleum irinum, cum aceto & ruta, & nucibus amaris. Item mel cum ſale foſſili. Oleum cum Coloquinthite.

Ad ulcera valent: Pix liquida cum Roſ. Item Viſcoſitas cochlearum, cum Aloë, thure & myrrha, ſuccus florum ſpondilii, fella animalium, licium madefactum in mulſa, & poſtea in ſarcocolla mundatum. Scoria etiam ferri, ſi maceretur aceto acerrimo, demum coquatur, & in aurem ponatur, cui ſanies egreditur, longo tempore, mirabiliter operatur.

Galenus ibidem commendat collyria ex Glaucio, ex croco, & Roſis.

Expertum Elidæi, ad auris dolorem: ℞ Olei Roſat. ℥. ij. Aceti fortiſſimi ℥. ß. Bulliant ad conſumptionem aceti, & in fine adde philonii Romani, ʒ. ij. & utere tepido, eſt enim mirabile.

Item oleum ſem. Iusquiami albi cum modico croci & caſtorei. Item oleum Roſar. in quo bulliant lumbrici & ſcarabei, aut millipedæ, inſtillatum. Item oleum Roſar. cum pulvere aniſorum inſtillatum.

Matth. de Grad. ad Sibilum, ex ventoſitatibus cum materia viſcoſa, factis univerſalibus, fiat fomentatio cum decocto herbar. capitalium, in medietate vini & aquæ. Poſtea imponatur pulvis ex elleboro albo, croco & nitro, aut ex ſemine pomi, caryophyllis & muſco. Si ſit ex pura ventoſitate, fiat ſacculus ex milio odefacto, ſale, floribus camomil. anethi, & modico furfu-

furfuris. Iniiciantur guttæ ex oleo anetho, ruta &c. cum caſtoreo.

Doctor Eraſtus : Morbos cerebri, qualis eſt gravitas auditus, & ſimiles, optimè curabis ſuffitibus, qui penetrando & ſiccando cauſam ipſorum abſumunt, fiant autem cum lapidis molaris fruſto, vel pyritide, aſperſo Aceto cum pulveribus capitalibus vel Catharricis, capite optimè involuto.

Quædam vetula commendabat in gravi auditu ex ventoſitatibus, ſaponis fruſtulum miſtum albo ovi, & impoſitum. Aiebat ſe percepto maximo fragore convaluiſſe.

Pro ſurdis & ſurdaſtris commendantur ſternutatoria, errhina & ſucco bliti, maioranæ, cum dimidio olei amigd. lenis caſtorei cum moſc. cum oleo nardino, vel caſtoreo, vel rutaceo vel amigdalino amar. Altomari ex moſcho & ſemine porri. Aloëtica cum aceto ſcordiato vel ſimili. Fel tauri. vel leporis cum melle, item piſcium cum ſucco rutæ & aceto, oleum ſeminis anethi circa aurem. Oleum therebintinæ. Fomentatio vel ſuffitus ex Hyſſopo, ruta, thymo, ſabina, origano, maiorana, baccis lauri, raphano, guaiaco, maſtiche, ſinapi. Maſticet fabam inter ſuffitum. Oleum amygd. amar. cum oleo ſinapi. Succus rutæ, Hyſſopi, raphani. Aqua ſtillatitia reſinæ, item gummi deſtillati cum aceto. Venæ ſectio, veſicatio poſt aures. Succus ex cepa repleta cymino, & ſuper prunas cocta, expreſſus vel cum ſucco rutæ, rad. raphani, oleo rutæ.

℞ Aceti rutacei vel ſimilis ℥.j. mellis ℥.ß. Caſtorei, Nitri, ana ʒ.j. Bulliant.

Ex Alexio Pedemontano, ad ſurditatem 30. annorum, recepto intra aures ante ſomnum per ſemihoram vapore decocti parati cum vino, menta, ſalvia, pulegio, ſabina, ſinapi, mentaſtro, abrotano, centaurio, ariſtolochia, perforata, &c. (Fabas oportet mandere & expuere, ut meatus aurium aperiantur) duæ vel tres guttæ olei ſequentis infundantur calidè, ac obturatis bombyce dormiat.

℞ Olei antiqui ℥.ij. Porrorum ℥.j. amigd. amar. ſucci rutæ, ana ℥.ß. vini cretici ℥.j.ß. Bulliant lentè ad caſum vini, remotis ab igne adde ſpicæ nardi, colocynthidis, ana gran.j.ß. caſtorei, maſticis, ana gran.ij. Bulliant in Bal. tribus horis vaſe clauſo, & facta reſidentia colaturæ expreſſæ adde Moſchi granor.j.ß. ac probè miſceantur.

Vega Hiſpanus : Cepas duas conciſſas cum ℥.iiij. Mellis, & ℥.viij. Succi porri vel abſinthii, hyſſopi vel rutæ, deſtilla per alembicum. Hæc aqua in aurem emiſſa, miro modo ſurditatem & ſonitum curat.

Experire in ſimilibus, quale eſt, quod ℞ Cepas duas conciſſas, mellis ℥.iiij. ſucci porri, abſinthii, rutæ, hyſſopi, centaur. min. ſalviæ, ana ℥.j. vel aceti rutacei q.ß. pro rigatione. Deſtillentur, & in deſtillato infunde moſci aliquot grana. Poſſunt etiam addi ſuccus raphani, baccæ lauri, ſem. ſinapis, elleborus albus.

Fo-

Fomentetur Spongia imbuta liquore ſeu decocto ſequentium Betonicæ, Hyſſopi, Pulegij, calamenti, ſamſuci, ana M.j.Sem. carvj, ſinapis, Dauci, ana ℥.ij.Cyclaminis vel Bryoniæ ℥.j. Coquantur in aqua ad tertias, adde Vini ardentis triplum. Rurſus bulliant, vel non. Fiat hoc ter vel quater. Poſtea inſtillentur iij.guttæ Olei caſtorei cum Aqua ardent.ana, & lana ſupponatur ſuffita cum Caryophyl. & Mace. Inungatur & auris circum circa cum Oleo dicto. Eodem tempore manè detrahatur pituita, & caput quotidiè expurgetur probè.

Eraſti, ad Sibilum & Ventoſitates expertum:

Ferri & Chalybis limatura decoquatur Aceto vel Vino, additis Herbis capitalibus, & fumum accipiat per hirundinem.

Ad Surditatem diuturnam medicamentum Nobile reperies apud Alexium Pedemontanum fol.31. lib. 1. in Latino Codice.

Rondeletius: Corpore aliquoties expurgato leviter cum Hiera, Aſairet &c. poſtea cum fortioribus Pilulis, vtatur Theriaca vel Mithridatio. Poſtea commendantur, Oleum Raphaninum, Nucum, Oleum decoctionis cucum. ſyl. Colocynthidis, Oleum Laurinum, Petroleum, cujus pauca quantitas admiſceatur Amigd. amar. Laudantur ſternutamenta, Maſticatoria.

Commendatur ad Surditatem & tinnitus, quod ℞ Rad. Ellebori albi ℥.iij. folior. Lauri & Rutæ, ana M. ß. folior. Fraxini M. ij. Decoctio fiat in Oleo amigd.am. vel Nucum, ad caſum Vini, & iniiciatur.

Si ſit ex flatibus, conferunt ſternutationes. A paſtu hoc vtantur pulvere ℞ Carui, Cymini ana ℥. iij. ſileris montani, fœniculi, ana ℥. j. Cinamomi, Macis ana ℥.ij. Aniſi ℥.iij. Coriandri ℥.j.ß. Sacchari, ad pondus omnium. Capiat à paſtu cochlear.j.

Præſtans ad Surdos & tinnientes: ℞ Pul. Ellebori nigri, ℈iiij. Caſtorei ℈ij. ß. Olei amygd.am. Rutacei, Aceti, fellis ♉, Pingued. Gallinæ, ana ℥.ß. Miſta bulliant in vaſe duplici, & vtere. Veſicantia poſt aurem.

Quidam prædicabat ad Surditatem Oleum nucleorum Perſici, infuſionis florum ejuſdem. Oleum picis cum amygd.ana. Oleum abietis Iunioris.

Alius extollebat vrinam ex veſica Leporis, ſolam, vel cum caſtorio & moſcho. Inſtillentur iij. guttæ ante ſomnum.

B.Faventinus, commendat, præmiſſis vniverſalibus, infuſionem vini ardentis; Item vſum ſequentis Emplaſtri &c. Iſt ein langes Pflaſter / vide ibidem. Soll 15. Tag gebraucht werden. Item tenta ex rad. Cyclaminis, infuſam in melle & vino ardenti, aſperſo pulviſculo Nitri, & auri impoſitam. Poteſt & talis formari ex ſpongia.

Arculanus: Difficilè eſt bene metiri ea, quæ in aures iniiciuntur, vt ſc. obſervetur nocumentum & deſi-

 ſtatur,

ſtatur, vel juvamentum, & pergatur.

Ex convenientibus ſunt: Bombax moſchat. fruſtum Raphani, quadrans foramini, aſperſum caſtorio, moſcho. Suffumigia per trajectoria, ſuccus abſinthij cum ſale. Aqua ſalſa bulliens in vrceo, & fumus receptus per traiectorium. Olea inſtillanda, decocta cum Colocynthidis pulpa & Caſtorio. Pulvis Ellebori albi cum Aceto, vel Acetum infuſionis Ellebori, caſtorei &c. addito melle, ne mordicet. Quidam primò infundunt acetum acre, poſtea cum effluxit, oleum rutaceum, vel ſimile.

Pro Ioh. Wislero, Surdaſtro: ℞ Cepas ij. Inciſas, adde Mellis, Aceti Rutacei, ana ℥. ij. Succi porri, Raphani, ana ℥iiij. fel Tauri j. pul. Ellebori albi, Baccar. lauri, rad. Imperatoriæ, ana ℥. ij. Deſtillato impone moſchi gr. q. ß. Vtebatur feliciter, factis evacuationibus, decocto Rad. ſalſæ par. cum fœniculo.

Ad ſurditatem præſtantiſsimum: ℞ Sem. fœniculi, petroſelini, calamenti, Rutæ, ſem. Aniſi, ana ℥. ß. Olei amigd. am. ℥. ß. Terebintinæ ℥. ij. coque in vaſe duplici ad dimidias, & vaporem immitte.

NB. Oleum ſinapis, purgato capite, alternis diebus, guttula vna inſtillatum.

Elidæi, in Dolore Aurium: ℞ Succum Coriandri, & coque in cepa alba, & tepidè auri imponito. Item Nitrum diſſolutum in Vino & projectum in aurem.

Præſtans eſt in ſedando dolore Aurium, Oleum, in quo bulıierint ſcarabei & lumbrici terreſtres, Item oleum amigd. am. vel de vitellis ovorum.

Doctoris Magij: In doloribus aurium, aliis nil conferentibus, valet oleum Iusquiami cum Caſtorio & Croco. Sed prius ſunt alia tentanda, vt ſuccus baccarum lauri cum Vino veteri, & oleo roſaceo. Succus frondium ſalicis & corticis & Oleo Roſ. in cortice mali granati cocta. Item millipedes cocta cum oleo in cortice mali granati, nec non oleum coctũ cum colocynthide. Vſum Narcoticorum refert Galenus 3. de Camp. Local. j.

Leonis Præceptoris Elidæi. Vermes in auribus interficit Vinum decoctionis Ellebori albi, injectum. Item axungia Porcina, ſi ea repleatur auris & ſtet ad Solem, capite reliquo cooperto. Vermes enim in axungia extracta. Succus foliorum Perſici injectus. Evocat eos ſuccus expreſſus ex cepis excavatis, & oleo communi impletis, ac ſub prunis coctis. Item ſuffumigium ex ſemine porri. Pomum odorum coctum, & adhibitum.

Sanguinem exeuntem ſiſtunt, Renes taurini aſſati parum cum modico adipis ſaliti, & aqua eorum exprimatur in aurem.

Humiditates inde currentes exiccat, Alumen cum Succo virgæ paſtoris, dolorem vero ſiſtit ſal cum Aceto in morem Emplaſtri impoſitus.

Elidæi: Ad tinnitum antiquum auris, imple aurem aceto acerrimo tepido, quo evacuato, intromitte oleum

oleum noſtrum, præmiſſa purgatione ex cochiis.

Ad tinnitum & Surditatem: ℞ Ellebori albi Coſti Caſtorei, ana ℥.j. Rutæ, nitri, piperis longi, ana ℈ij, Euphorbii ℈j. Succi porri, olei nardini, amigd. amar. Chamemelini, Anethini, ana ℥.j. Coquantur omnia ad conſumptionem ſuccorum. De colatura pone duas guttas tepidas in aurem, & auris teneatur aliquando ſuper tabula cupreſſi calefacta, ſuperpoſitis foliis Origani &c.

Ad Ventoſitates & Gravitatem aurium, Ludovici de Leonibus, Elidai præceptoris.

℞. Ellebori albi, croci, Nitri, Caſtorei, ana ℨ. i. aceti, mellis electi, ana ℥. j. Bulliant ſimul, & cum Licinio ſæpius auri imponantur. Valet & oleum de ſinapi, Item Acetum decoctionis Ellebori nigri. Stent ibi iſta per hor. ij. & reiterentur.

Elidai, ad ſibilum & tinnitum: ℞ Ellebori nigri, ſubtiliter pulveriſati, ℈iiij, Caſtorei, ℈ij. ß. Oleor. amigd. amar. Rutacei, aceti, fellis tauri pingue l. Gallinæ, ana ℥.ß. Miſce, & bulliant in duplici vaſe ac vtere. Itē vapor decocti Hiſſopi cū ficubus. *Præmiſſa totius evacuatione, attrahat in nares, indito* Calamo, brodium pulli, cum ℥. ij. Succi Bliti, ſucci Maiorane ℥. ij. olei amigd. dul. ℥. j. Extracto phlegmate copioſo caput triduo poſt lavetur cum calidis & ſiccantibus.

Montani, ad Surditatem & Sibilum: ℞ Olei de pice amigd. amar. ana ℥. ß. miſce pro inſtillando frequenter.

Pontanus commendabat oleum abietis ſeu picis.

Ad oppilationem Narium, inſuffletur pulvis factus ex Caryophyl. pyrethri, ſtaphiſagriæ, Cardamomi, ana p. j. Sacchari, ad pondus omnium. Infantium oppilationes initio tollit inunctio inter Nares cum ſolo butyro.

Electuarium Doct. Clipeoli, ad ſurditatem Aurium:

℞ Cymini ℨ. iij. Nucis moſc. ℨ. ij. Piperis longi, ℨ. j. ß. Zinziberis Caryophyll. ana ℨ. ß. Specier. Diambræ ℨ. ij. Sacchari quart. j. Mellis deſpumati ℥. iij. Coquatur ſaccharum cum Aqua Bethonicæ ad ſpiſſitudinem mellis, & fiat Elect. in mediocri forma.

Item ℞ Aceti vini ℥. ß. olei amigd. am. ℥. j. ß. Rad. ellebori nigri ℈ij. ſem. Raphani, Caſtorei, ana ℨ. ß. coquantur ad conſumptionem aceti, & ij. aut iij. guttæ ante Prandium auri indantur. Coquatur pārum olei laurini cum pane, qui calens fractus Auri applicetur, per dies 8. vel plures. Vel alternis adhibe ſacculum ex Maiorana. Baccæ lauri purgatæ & fractæ, ac oleo Anethino cocto & amigd. am. conferunt, ſi illud oleum iniiciatur auribus. Debent hæc medicamenta ſtare per 10. horas, non vltra, infuſis iij. horis pro vice, in unamquamque aurem.

Oleum

Oleum Elidæi optimum, ad Tinnitum & Surditatem:

℞ Ellebori albi, Coſti, Caſtorei, ana ℥.j. Rutæ, ſalis Nitri, Piperis longi, ana ℈ij. Euphorbij ℈j.ß. ſucci Raphanelli, Porri, olei de Spica, Chamomill. Anethini, amygd. amar. ana ℥.ß. Vini albi ℥.j.ß. Bulliant ad ſuccorum & Vini conſumptionem in vaſe duplici, ad horas 5. Deinde ſuper inſpergatur parum cineris calidi, vtere vt folio hoc ſupra eſt dictum.

Laudat Matth. de Grad. Oleum de ſpica, in quo diſſolvatur, quantum eſt lens vna, caſtoreum.

Fœtorem narium tollit Caput purgium ex ſucco cucumeris aſinini, cum pauco lacte, educit ſuperfluitates cerebri.

Tinnitui & Pruritui Aurium confert decoctio caricarum cum ſinapi, proiecta in aurem.

Ad vlcera abſtergenda & exiccanda valent, Terebintina cum melle, fel ♉, vrina pueri, ſcoria ferri præparat. ſuccus foliorum olivæ, Praſii decoctio, præmiſſis tamen levioribus, vt aqua hordei in materia ſubtili, vel ſero caprino cum modico ſacchari, aut aqua vel vino cum melle, in materia craſſiori.

Conſolidantia, & Carnem generantia: Thus, Myrrha, Aloe, ſandaracha, cũ melle & vino. Pulverem immittimus cum licinio, aut cum ſucco abrotani vel foliorum olivarum. Succus Hederæ. ariſtolochię. Fortiora ſunt: alumen, Ariſtolochia, æs vſtum, flos æris, ſquama ferri præparat.

NE. *Pomum excavatum* reple lardo & cepa, inciſis ſimul, ac addito operculo, coque ad cineres, coctum, dempto operculo, adhibe auribus, & prodibunt vermes.

Vermes in aurem ingreſſos provocat Decoctum canabis, ſuccus nuchorũ Perſici infuſus, necat.

Ad Apoſtema: In omnibus apoſtem. partium nervoſarum confert album ovi, ſedat enim dolorem & infrigidat. Item Hyſſopus humida cum oleo amigdalino.

Ad humorem præcedentem ad maxillas, confert emplaſtrum & portulaca, cocta in aqua & aceto. *Si ſit vlcus*, lavetur bis in die auris cum vrina pueri impuberis ferè, demum iterum lavatur cum vino albo, in quo bulliat parum mellis.

Præſtans eſt ſequens Manardi, ad Sibilum Auris:

Cocta in vino cretico Maioranæ folia, abiice, adde partem olei rutacei, ac cum vino dicto, adiectis novis Maioranæ foliis, in vaſe duplici coque ad caſum vini. Efficacius erit ſuperaddita octava parte euphorbii, & tantundem ellebori. Ad idem valent, oleum vitelli ovorum, aut ſuccus cepæ inſtillatus.

Falloppij, ad Parotidas: ℞ Zinzib. conditi ℥. Amigd. dul. ℨ.ij. Turbith electi ℨ.j. Terantur, eſt enim præſtantiſſimum, etiam pro pueris vnius anni.

Matu-

Maturativum optimum: ℞ Rad. Altheæ ℥.*j*. Optimè tundantur in mortario, ſeminis lini, ſimiliter contuſi, ʒ.vj. Amyli, ʒ.vj. aut ℥.j. Decoquantur omnia in lacte caprino, & fiat maſſa inſtar pulvis, extendatur ſuper pannum, & applicetur.

Maturativum Lud. de ♌: ℞ Diachylonis magni ℥.j, pul. Ireos ʒ.*ij*. Miſce, & extendatur in corio, ſecundum formam loci.

Ad Sonitum Aurium, ex quacunque cauſa, diuturnum :: Altomari.

℞ Sem. porri, Caryophyllor. ana ℈j. moſchi gr.v. cum decocto ſampſuci ac rutæ, interim pauco vino albo dulci addito, inſtilletur. Vinum decoctionis Lauri ligni, vel ſimilis.

Doct. Bellocati, ad Parotidas:

Vtendum ab initio ſemper relaxantibus, vſque ad ſtatum, attractoriis etiam, ſi natura non cum impetu eò transmittat humores. Locus irroretur aqua calente, foveatur oleo Chamemelino, decocto Altheæ, ſem. fœnugræci, lini, &c. ℞ Rad. Altheæ ℥.vj. farinæ fœnu græci, ſem. lini, ana ℥.j. Bryoniæ, rad. Cucum. ſyl. ana ℥.*ij*. farinæ Lupinorum, ℥.iij. olei lilior albor. ℥.*ij*. Laurini ℥.j. Decoctis decoquendis miſce pro emplaſtro, quod emollit, attrahit, & dolorem ſedat.

Si durities adſit, laudatur diachylon ſimpl. Sin attrahendum, compoſitum, addendo, ad ℥. *ij*. eius, ℥. j. Empl. ſacri vel cervines. Poſtea pro maturando ℞ farinæ triticeæ ℥. vj. Decocti caric. ℞ ol. Chamomillæ, ana q.ß. Miſce, Aut fiat ex ovo, aqua & farina.

Aut ℞ Rad. altheæ, lilior. albor. malvarum, ana M.*ij*. bulliant in ß. q. aquæ. Contuſis adde farinæ triticeæ, fœnu græci, ſeminis lini, ana ℥. *ij*. olei amygd. dul. Axungiæ porci, ana ℥.*j*.ß. Croci ʒ.ß. optimè miſceantur.

Si materia ſit craſsior, adde fermenti ℥.j. aut j.ß. Purefacto, ſecetur abſceſſus, aut aperiatur cum cauſtico, ſi ſanies nequeat digni.

MANVVM AFFECTIONES.

Ad dealbandas manus.

Expertiſſimum eſt decoctum fol. & rad. vrticæ, quo manus optimè lavandæ.

Ad removendam duritiem manuum poſt Puſtulas:

℞ Malvæ, hordei non excorticati, ana M.*ij*. Aceti lib. *ij*. Decoquantur

ſimul ad conſumptionem medietatis. Super illo vaporentur manus & pedes mane & ſero per 14. dies. Poſtea abluantur cum decoctione furfuris & violariæ, ana, decoquendo ea ſimul. Membra abluta ſinantur ſpōtè exiccari, & ſingulis tribus diebus revocetur decoctio.

Valet idem in ſerpigine & Impetigine, eodem modo adminiſtratum.

Aut ℞ Arthemiſiæ, pyrolæ (Wintergrün) Sumitatum Iuniperi, agrimoniæ, conſolida ſarracenicæ. ana M.j. granorum lauri, nu. 50. Olei camomil. ℥.j. Mercurij ſublimati ℈j. Et poſtquam ſanitati eſt reſtitutus, omni ſeptimana laventur manus cum aqua in qua infuſa ſit Malva per noctem. Expertum.

Si vero remanent Sciſſuræ Lineoſæ & ſcabies fœda in volis manuum & pedum, poſt puſtulas: ℞ Hordeum crudum, & furfur, decoquantur in aqua ſimplici ſufficienter, deinde imponantur manus ad bonam mollificationem. Poſtea inungantur cum vnguento facto ex ceruſſa lota, pinguedine cervi, lithargirio, tutia præparata, cera alba ac axungia.

NB. *Vngues leproſos ſanat aqua* Aluminis. Eoſdem totos faciunt cadere, cantharides cum idoneo emplaſtro aut cerato impoſitæ, Gal. 11. ſinap.

Vnguentum ad Sciſſuras manuum, Labiorum & Mamillarum:

℞ Ceræ, adipis Gallinæ, ana ℥. j. Therebinthinæ ℥.ij. Tragant ℥.j. Gallarum ℥.ß. Liquatis liquandis fiat linimentum. Aliquando facit vnguentum populeon ſolum. Interdum facit vnguent. ex gummi Arab. Oleo amigd. dulci, pingued. Gallinæ, & cera q.ß.

So einem die Hände ſtättigs ſchwitzen / der nehme Spicam Indicam, vnd radicem iridis, vnnd ſiede ſie in einem Säcklein mit einem ſauren Wein/vnd halte die Hände daran j. oder ij. Stunde in einem Tage / & eſt optimum.

Ad Perniones Pedum & Manuum Magij:

Vernix cum oleo roſar. decoctum corticis mali granati, caricæ crematæ cum cera. Decoctum ceparum Dioſcor. Item valent ſordes olei Lucernarum illitæ, teſte Galeno.

Ad ſciſſuras Manuum, Palpebrarum, Ani, Virgæ, & aliarum partium, Secretum præſtantiſſimum.

℞ Lytargirii argentei, Myrrhæ, ZZ. ana pulveriſata ſubtiliter, cum cera q.ß. & oleo roſato, aut communi, & cum pauco mellis redigantur in vnguentum, quod labiis applicetur intus & extra, antea ſaliva madidis. Manè locus lavetur aqua tepida.

Item ℞ ſevi hircini, olei amigd. dul. recentis, ceræ albæ, ana q.v. diſſolve ſimul lento igne, & fiat vnguentum ß.a.

Radix Portulacæ ſiccata, & trita cum

cum melle, & impoſita labiis ſciſſis, citiſſimè medetur. Valet & inſperſio Aloes ſucco citrini Item tragantum Roſacea ſolutum ac per pannum expreſſum.

Ad ſciſſuras pedum vlceroſas, tempore hyemali, confert, ſi fundatur rapa interius, & ponatur in cavatura illa cera liquida cum oleo roſaceo, & calidos cineres calefiat. Ne patiantur à frigore pedes, laventur cum vino decoctionis ſeminis vrticæ, & poſtea exiccati inungantur oleo ſem. vrticæ.

Ad Vermem exedentem in digito: Suffumigetur locus affectus penna ex cauda pavonis. Item ſucco porri. Suffumigium cum pane, optime ſalito, extracto ex furno & per medium ſciſſo, vt fumus excipiatur. Emplaſtrum ex farina (Rücken) ſiliginis, Melle, Sale & albo ovi.

Ad vermem in omni loco.

Mthobius: Inflammatio hæc eſt in fine tendium, cum dolore maximo, qui mitigatur roſaceo cum ſucco liquiritiæ. Statim adiuvanda eſt ſupuratio, cum vitello ovi, micis panis, roſaceo, croco & opii modico. Roſaceum cum opio. In principio ſæpè mittatur digitus in acetum calidum.

Bellocati, ne incarnentur vngues: Fiat reſectio eorum, non ad vivum, nec forma rotunda, ſed ſuperficialiter & forma quadrata ſi contingat carnis excreſcantia. Vnguis cum cauſtico exuratur, munita prius carne vicina, vt putrefactus decidat, aut emolliatur cum decocto emolliente, & Diachilo impoſito; poſtea in medio radatur ad dolorem vſque per longum, finditur empl. & extrema recurrunt eo, caroque deſtituitur angulis illis &c.

Ad Paronychia: (hic ad inflammationes dig.) ſtatim apponatur ſequens: ℞ paſſular. Panis opt. ana ℥.ij. vel iij. pingued. Gallinæ parum. Panis maſticetur cum paſſulis & miſce. Celeriter concoquit abſceſſum, nam digeri nequit, ob naturam loci.

Aut ℞ Cymini, farinæ fœnugræci, ana ℥.iij. fermenti ℥.j. Butyri antiqui parum, miſce pro emplaſtro. Suppurat citiſs. & dolorem ſedat. Statim ſecetur, ne pus vngues corrumpat. Caro ſupercreſcẽs auffertur cum albumine vſto, vel cum præcipitato, vel ſquama æris; & ſimilibus.

Ad Verrucas Vulgares: Emolliantur cum Diachylo appoſito, per ij. aut iij. dies. Flaccidis apponatur Ægyptiacum, abſciſſis tamen prius, & ſanguine abſterſo cum aceto. Valent & Troch. Andronis, pulvis ſcorpiuri ſeu Heliotropii. Optimum eſt, calamo eas claudere, & in eo ponere abſumentia.

Ad Thymos: Si ſint penſiles, ſolvantur cum ligatura cum filo, vel pilo equino, vt locus conſtringatur paulatim arctius. Pro radice aſſumenda, applicetur medicamentum ex ſandaracha, diſſoluta in modico lixivii acris, facti ex cinere ſarmentorum ficus ſylveſt. Si verò baſi ſatis ampla hærent, exiccentur à ſuperficie vſque ad radicem cum ſucco Cucum. ſyl. Scalpetur prius verruca.

Valet & ſuccus Tithymali cuiuſcunque ad omnes verrucas, ſi in eo diſſolvatur modicum auri pigmenti. Si ſint circa pudenda, optimum eſt radicitus exurere cum ferro, aut cum cauſtico.

Verrucæ Gallicæ non ſanantur vnquam integrè, niſi prius corpus ſit incolume.

Vermem in digito necant: Emplaſtrum ex vitello ovi, miſto cum ſale, & ſuper patinam ferream toſto ad nigredinem.

Aliud probatum: Charta madefacta ſanguine talpæ, & ſiccata imponatur.

Ex Bayro: Panaricium eſt Apoſtema calidum in latere vnguis, cum vel ſine tumore, abſque ſigno exituræ, cum dolore intenſiſſimo, in quo, niſi ſubito provideatur, prima junctura putrefit, & cum oſſe deperditur, cum ſanie fœdita. Vulgò os fractum. Cura communis eſt, vt in principio applicentur frigida, ſi vero exitura apparet, maturantia. Statim ergo, facta corporis mundificatione & Phlebotomia, digitus ſæpe teneatur in aceto calido, & emplaſtretur cum mucilagine pſyllii, facto in aceto (ad prohibendam collectionem) cum farina hordei & modico Camphoræ.

In dolore fortiſſimo, addatur parum opii. Epithema ex Gallis contritis, cum melle. Applicatio frigidæ.

Si dolor, facta collectione, perſeveret, & nullum appareat ſignum exituræ, vera cura eſt, findere digitum lateraliter ab vngue, vſque ad os, & ſtatim ceſſabit dolor. Alioquin corrumpitur os, & perdetur Iunctura, poſtea curetur Apertio.

Paracelſi: Vermis panaricius curatur Narcotico vnguento, ex ranarum ſperniolo, quo ſacculus in formam digiti confutus madefiat, facto per ſperniolum refrigerio ter quaterve, curari poterit fimo porcorum, cum aceto cocto.

AFFECTIONES FACIEI.

Ad Lentigines: Succus Braſſicæ ſæpè inunctus. Sarcocolla, cum felle vaccino ſæpè inuncta. &c.

Falloppij: ℞. Farinæ cicerum & fabarum, ana ℥.j. Amygd. am. ℥.ß. pul. Iridis, ℥. j. ß. Cum albo ovi fiant Trochiſci ſiccandi in vmbra. Diſſoluti cum Aqua capni, inungantur.

Ad Puſtulas Faciei optimum:

Ova 30. cocta ad duritiem, abiectis vitellis, inciſa deſtilla, & infunde Camphoræ ℈j. Cum amygdalo vno tritum, diſtempera & Soli expone, pro inunguenda facie.

Pro Morphaea & rubedine puſtuliſque faciei, ex manuſcripto antiquiſſimo:

℞ Sulph.ſublimati, Gingiber.ana ℨ.j.croc.ʒ.j.ſevi cervini ℨ.ij.Fac ex his unguentum ad ignem. Deinde ℞ aceti deſtillati ℔.ß. aluminis calcinati ℨ.j.Sulphuris ſublimati ℨ.ß. Unguento inunge faciem, & manè cum aqua dicta rurſus ablue.

Ad coſſos & pannos: Balneentur ante ſomnum cum petia, (ibi ligato ſulphure) impoſita per noctem roſacea. Pręſtans eſt aqua deſtillata ex arantiis inciſis, ponendo pro quolibet denarium æruginis. Aqua ex ſale, alumine & ſaccharo.

℞ Malvaviſci, M.iij, Butyri, axungiæ antiquæ, ana ℨ.iiij. modicum ſalis, lactis muliebris maſculi ℨ.viij. contunde, & fiat emplaſtrum. ℞ Ireos ℨ.ij. farinæ ciceris & fabarum, ana ℨ.j. Miſceantur ad formam unguenti.

Ad maſculas faciei & ulcera: Factis evacuationibus, ℞ Olei abietis ℨ.j.ß. thuris maſculi triti ℨ.j.ſucci limonum ℔.j.Deſtillentur prius in duplici vaſe macerata. Aqua ablue faciem, & oleo inunge.

Ad colorem faciei triſtem & fuſcum:

Purgetur cum Hiera ſimp. ℞ Abſinthii, gentianæ, amigd.ana ʒ.j.aqua abſinthii ℨ.iij.Miſce, & tribus vicibus manè ſumat. Elect. limaturæ chalybis, vultus lavetur aceto & roſacea. Ovum, novem diebus maceratum aceto, facto foramine, emittit aquam præſtantem ad poliendam faciem.

Ad ruborem faciei, Doctoris Elidæi:

℞ Ceruſſæ pul. q.v. pone in aqua deſtillata albuminum ovorum & auricularis, vel miſce cum lardo, aut in pane exiccando in furno. Linimentum noſtrum ex aceto ſublimato & lithargirio cocto. Aliquando poſt appoſitionem hirundinum, & facta evacuatione, ij. albumina conquaſſentur roſacea, & pauco ſucco plantaginis & lapatii acuti, addendo parum ſublimati. Item ℞ Aceti cyathum, aquæ roſarum, dimidium, ſulphuris ℨ.ß. aluminis ℨ.j. Miſce, & bulliant ad caſum dimidii.

Doctoris Eraſti: Corpore evacuato, veſperi ante ſomnum aliquot diebus ſuffiatur facies decocto guaiaci, tecto cum linteo, & inungatur cum ceruſſa & aqua plantaginis, manè abluatur decocto furfurum & ſtraminis.

Trochiſci optimi ex lacte ficuum, farina fabarum & hordei, diſſolvantur albo ovorum, & noctu faciei illiniantur, manè abluatur facies decocto furfurum.

Aliud optimum: ℞ Roſaceæ ℔.j. aquæ flor.lilii cœleſtis, ℔.ß.ſulphuris ℨ.j.camphoræ, medullæ oſſis ſepiæ, ana ponde.denarii ij. Quotidiè agitentur in Sole. Vel ℞ ſucci limonum, cum quo tere vitrum uſtum igniendo & extinguendo 7. vicibus

in aqua frigida. Tollit ſerpiginem & lentigines.

Paratur & aqua cum Camphora piſtata cum nucleis Perſicorum & amygd. d. addendo Roſaceam q.ß.f. Emulſio.

Oleum mulierum Italicarum, ad dealbandam faciem & manus:

℞ Olei decies loti aqua pluviali, & bis in roſacea, infunde per noctem Iridis pul. ℥.j. In hoc oleo bulliant rad. cucum. ſyl. inciſæ, ita ut liquefiant. Colatura utere.

Item ℞ Ceruſſam, oleum roſ. pelliculos marinos, adipem gallinæ reſolutum, miſceantur. Ultimo adde ☿ mortificatum. Hoc tractu temporis nocet dentibus.

Maculas faciei & veſtigia variolarum tollit oleum Tartari. Pul. cucum. Aſinini cum melle. Deſtillatum arantiorum & æruginis. Ablutio cum aqua, miſta cum rad. cucum. ſyl. optimè trita.

Emplaſtrum Doctoris Carpi, ad maculas in facie, ex percuſſione:

Succi raphani, mellis, ana q.ß. aut vis, bulliant ſimul ad ſpiſſitudinem, adde deinde pul. cymini ʒ.j. fiat emplaſtrum, quod ponatur ſuper locum per noctem. Ad idem valent aq. deſtillata de limonibus, aut ſuccus de melonibus cum ſaccharo, aut aqua de medulla nucleorum melonum.

Ad puſtulas in facie: ℞ Gummi Arab. ℥.j. aceti ℥.iiij. ſtent ſimul per dies iiij. ℞ Olei myrtini, roſati, ana ℥.j.ß. lythargir. ℥. fiat unguentum in mortario. Deinde ℞ myrtyllor. ſumach. roſar. rub. gallarum, balauſt. ana ℥.ß. farinæ lentium, ℔.ß. ſummitatum vitis M.j. cum aceto miſce, fiat emplaſtrum. Inungantur puſtulę cum unguento, deinde apponatur emplaſtrum, per noctem, & ſi poteſt fieri, per diem. Si indureſcat, vino liquefiat.

Coſſi, ſeu vari in facie, fiunt ex humoribus ad uſtis, quorum vapores ob imbecillitatem & raritatem in facie excipiuntur. Si ſanguis eſt in cauſa, ſecetur baſilica. Si humores alii purga corpus.

Localia: ℞ Alumen & ſulphur, contuſa infunde aqua roſar. & plantag. cum hac aqua tange coſſos; & poſtea lava cum aqua fabarum, optimè enim exiccat.

Aut ℞ Sacchari opt. ℔.j. ſalis communis ℔ ß. aluminis ℥.iij. pulveriſentur & deſtillentur. Aqua cum ſtylo ponatur in coſſo, quem exiccabit, poſtea lavabis cum aqua fabarũ aut citri ſucco. Confert & in ulceribus Gallicis.

Ad nodos faciei rubeos & flavos, inſtar Leproſorum:

Pulverem cantharidum cum axungia porcina miſtum liga ſuper locum per noctem, & fac ſic fluere ulcus per diem unum aut duos. Poſtea conſolida cum Ægyptiaco & albo ſimul mixtis. Hoc probatum eſt in multis.

Vnguen-

Vnguentum optimum aliud : ℞ Sulphuris vivi ℥.j. Zinziber.albi ʒ.ij. gr. paradyſi ʒ.j. pingued. porcinæ non ſalitæ q.ſ. optimè miſta fiat unguentum pro manè & ſerò. In quatriduo ſanat.

Aut ℞ Sulphuris vivi ʒ.ij. Aluminis rochæ uſti ʒ.iij. Pulveriſentur ſubtiliſſ. & cum adipe porcino fiat linimentum.

Sanguiſugæ etiam, ſi naribus applicentur; maculas faciei rubeas & fuſcas attractu mirabili tollunt. Sic quidam curatus fuit Paravii, qui maculam in mento habebat fœdiſſimam.

Vnguentum excellens, Elidæi D. ad Guttam Roſaceam :

℞ Corticis Rad. lapatii acuti ʒ.ij farinæ fabarum, ſulphuris vivi, ana ʒ.j. Boracis, camphoræ, ana ʒ.ß. ſucci hederæ terreſtris & plantaginis, ana ʒ.j.ß. cum axungia porcina q.ſ. fiat unguentum, expertum ſæpiſſimè, factis univerſalibus.

Aliud unguentum præſtans, ad puſtulas faciei leproſas, à multis expertum :

℞ Lythargirii aurei ℥.j. dealbetur optimè, maceratione bidui in aceto, ter repetita. Deinde horis duabus aut tribus ſub Sole in mortario ducatur, affuſa viciſſim & aliquoties aceto puro & Oleo violaceo, donec craſſeſcat; tunc adde camphoræ pulveriſatæ ℈.j. & fiat unguentum. Manè abluatur facies cum decocto malvare, fumi terræ, laptii & violæ nigræ. Sanat 4. diebus, aut citius, evacuato prius corpore.

Ad faciei torturam ex paralyſi vel ſpasmo : *factis purgationibus* :

℞ Sinapis ʒ.ij. Coque cum aqua hyſſopi, ex colatura cum ſyr. acetoſo fiat Gargariſma, ante prandium, expulſis fecib⁹. Extrahit phlegma groſſum cum aquoſitatibus. Aut fiat ex decoctione rad. aſari, cum ZZ. nuce moſc. & cubebis in acceto, cum melle. Aut ex Oxymelle & decocto ſinapis vel Pyrethri. In ore teneat, præſertim in parte affecta, fruſta nucis moſc. vel acorum conditum, vel Pyrethrum.

Si ſit ob ſpasmum, utere oleo amygd. dulci, vel lilior. cum mucilagine althææ vel fœnugræci. Poſtea verò oleis calefacientibus & exiccantibus. Electuarium verò optimum parat rhaſis ex Zinzibero & acoro, tritis cum melle. Detur ad quantitatem nucis, manè & ſerò. Aut fiat ex tritis ſeminibus Juniperi, ac melle. Optimum eſt, fovere partem & parare evaporationes cum decocto calidarum herbarum in vino, vel aqua & aceto. Aut fiant ſupra lapides candentes in ſtupha, ut ſcis. Materia per ſudorem educetur, & pars roborabitur. Poſtea fiat inunctio, ut in paralyſi dictum.

Ad

Ad puſtulas calidas, faciei & aliarum partium:

℞ Tutiæ officin. ſalis ar. aluminis, maſticis, ana ℥. ß. aquæ fontanæ cantharum, pulveriſata & in petia ligata in aqua coquantur, donec cadat aqua ad tres digitos. Ubi refrixerit, adde camphoræ, quantum eſt avellana. Facies ituris dormitum lavetur cum iſta aqua, aut apponatur cum panno lineo.

Aqua præſtans, Georgii Zorns/ *Deſtillatoris Schleuſingenſis, ad nodos & maculas faciei rubeas, & impetigines:*

℞ Succi rad. vitis albæ, rumicis ſyl. leviſtici, ana ℥. ij. ſulphuris vivæ, ceruſſæ, lythargirii, ana ℥. j. ß. olei de tartaro ℥. ij. ß. ambræ ℈. j. aquæ roſar. recent. ℔. iij. lilior. alb. hyſſopi, ana ℔. ij. Miſceantur, & in vaſculo lapideo benè aſſervetur, pro abluendo loco manè. Apponetur loco emplaſtrum Gryſeum, manè Ichores exeuntes hac aqua abluebat. Probatum in Principe Hennenbergenſi, Georgio Erneſto.

Aliud: ℞ Thuris, Maſticis, Myrrhæ, ana ℈. j. Sulphuris vivi, ℥. ij. Camphoræ ℈. ß. Aq. Roſ. lil. alb. ana ℥. j. ß. miſce, pro lotione.

Linimentum optimum, zu den Blattern der Naſen:

℞ Ceruſſæ ℥. iiij. myrrhæ, maſticis, lithargirii, ana ℥. j. affunde pulveriſatis ℥. j. ß. Roſaceæ & aceti boni. Agitentur probè in mortario, adde ℔. olei communis, & benè miſceantur. Sanat omnem ſcabiem & deformitatem faciei, inunctum.

Pro puſtulis & maculis, Eraſti, ex Conſilio Langii:

℞ Succi ceparum ℔. ß. mellis deſpumati, ℔. j. ß. Coquantur ad caſum ſucci, & adde Zinziberis pulveriſati ℥. j. ß. camphoræ ℈. ij. Inunge, & intra ſtupham ſudet, lavet.

℞ Piperis, Zinziberis, boracis, ana pro libitu, tempera cum melle & ſucco ceparum.

Aqua præſtans Matthioli, ad faciem puſtuloſam & rubeam:

℞ Camphoræ, ſulphuris, ana ℥. iiij. myrrhæ, thuris, ana ℥. ij. pulveriſatis affundatur cantharus roſaceæ, & ſtent ad Solem in vitro clauſo. Inde rigetur facies, & ſponte ſiccetur.

℞ S. Ammoniaci ℥. j. camph. ℥. ij. affuſa roſacea digitum ſuper eminente, exponantur Soli, & ſiccentur. Huic adde ceruſſæ, & miſceantur probè in marmore, terendo cum olei communis modico, vnd ſtreichs dünn an mit einem Finger.

Alphonſi Ferrei, aqua optima, ad puſtulas rubeas:

Bis in die madefiant hac aqua j.
℞ Sumach, fructus tamariſci, thuris, maſti-

maſtichis, ana ℨ.j. Tartari vini rubei ℨ.ij.ß. ceruſſæ ℨ. ij. ß. ſublimati pulveriſati gran.iij. (aut loco ipſius) aluminis ℨ.ß. Aquæ roſarum, plantaginis, ana ℥.j.ß. Succi limonum maiorum, ℥.j. Bulliant lento igne in vaſe vitreo,ad caſum partis iiij.& coletur. Hæc aqua puſtulas rubeas,præſertim Gallicas, tridui ſpatio curat,ut & linimentum ex albo ovi unius agitato cum tribus granis ſublimati pulveriſati. Oleum Tartari,paſtulas delet,& maculas fœdas prohibet.

Der Margrávin von Anſpach bewerthes Waſſer / *ad puſtulas faciei rubeas*:

℞ Lythargirii argent.℔.ß. Pulveriſata decoquatur in duabus ℔. aceti albi optimi ad caſum libræ, ſemper cum ſpatula miſcendo, deinde per filtrum deſtilletur, ac ſervetur in ampulla. Rurſus ℞. Camphoræ ℨ.iiij. aluminis,Jameni, Boracis, ana ℨ.vj. muſci gran.iiij. Tritis adde olei tartari ℥.j.ß. Aquæ Roſar.℔.ij. Bulliant ad caſum partis tertiæ, ſemper commiſcendo. Deſtilla per filtrum. Facies fricetur cum gutta utriusque aquæ mixta. Spiritus confortat, & mirabiliter albedinem inducit.

Aqua D. Stephani Gygnæi optima, zu den Blátterlein:

℞. Tartari calcinati ℔.j. Thuris ℥.ij. camphoræ ℥.j. ſubacta cum albo ovi deſtilla in balneo, cum hoc madefiant frequenter.

Commendatur aqua ſtillatitia flor. Verbaſci, cum modico Camphoræ.

Vnguentum Luſitani, ad papulas exedentes & Ichoroſas:

℞ Vitelli ovorum ij. Butyri recentis,olei roſacei,ana ℥.ij.ſucci duorum limonum, ſublimati ℨ.ß. Miſce pro linimento.

His & ſimilibus, aut aqua ex alumine, tartaro, ſublimato, nitro, &c. confecta eradicantur.

Ex Pudendagra Augerii: Maculas & puſtulas omnes delebis in triduo hac miſtura: ℞ Album ovi recentis, agitetur donec ſpumeſcat, adde ſublimati & camphoræ, ana granor iiij. Rurſus concuſſa miſceantur, pro unguento.

Quidam utuntur ſuffitibus ex Thure, Borace, Marchaſita, Styrace & ſublimato. Puſtulas in declinatione Oleo Balamino vel Tartare inunge, ne fœdas cicatrices vel maculas relinquant.

HÆMORRHAGIA NARIUM

Ex Matthæo de Grad. Sanguinem è naribus fluentem ſiſtunt, (præmiſſis univerſalibus & diverſionibus) aut incraſſantia ſanguinem talia ſunt frigida valdè, ut ſuccus lactucæ, folia ſalicis, plantaginis, ſem. Jusquiami, cammphora, portulaca, alimenta refrigerantia. Syr. roſatus, oxalidis, cydoniorum, omphacii, limonum, acetoſitatis, citri, cum aqua plantaginis, roſarum, oxalidis, ſolani, & cum ℈.ij. ʒ.j. Trochiſ. de terra ſigillata, aut de electro. Hæc naribus poſſunt etiam immitti tuſa, & fronti applicari.

Ramæ uſtæ aquaticæ pulvis in petia lligetur, ac cum petia tingatur locus.

Aut rubigo aheni benè uſti in linteolo alligetur loco.

Succus urticæ impoſitus, aut ſuccus millefolii.

Si neceſſitas urgeat, opium, opiata recentia, quibus verò cautè eſt utendum, à mitioribus incipiendo.

Validiora ſunt, ſi ſalus ſit deplorata: Athanaſia recens, Philonium, à ʒ.ß. ad ʒ.j.

Aut conſtringentia vias & tunicas patentes ſeu rarefactas, ſeu inciſas eroſasve, ut: ℞ Roſæ, gallæ, baluſtia, malicorium, rhus, hypociſthis, gypſum, acacia, lens excorticata, alumen, cytonia, myrtus, &c. Lapis Hematites.

Aut meatus obſtruentia & coagulantia, ſeu glutinantia, ut tela aranearum, bolus arm. aloë, mucilago pſilii, pulvis molendini, ſuccus dactylorum immaturorum & juiubarum, album ovi, caſeus recens, gypſum, mucinagines, aloë cum thure, cum albo ovi ſubacta, & pilis leporinis excepta. Et hæc viſcida commiſcenda ſunt cum ſtipticis, nam faciunt ea adhærere membris conſtringendis.

Aut Eſcharotica, quæ hiatui vaſorum operculum gignunt ut ſunt: chalcitis, vitriolum, calx, Æs uſtum, flos æris, arſenicum, ſed his non utendum, niſi in neceſſitate ultima.

Aut agentia proprietate occulta, ſeu à tota ſubſtantia, ut ſunt ſtercus aſini & porci, aqua & ſuccus mentæ, burſæ paſtoris, baſilici maioris, ſuccus porre, cirebella gallinar. in cibo, pulvis bufonis uſti, ſuccus urticæ, ſeu eius folia trita, pulvis ſanguinis, columbæ aut limacum cum teſta aſſatarum, inflatus, aut cum albo ovi ſubactus. Jaſpis. His omnibus, ex conſilio Meſues, poſſimus uti ante divertentia, ſi acuitas ſanguinis vincat eius copiam, ſecus verò, ſtante contrario.

Ad amiſſionem odoratus eiusdem:

Si ſit ex intemperie frigida, valent aro-

aromatica odorata. Inprimis laudatur ruta. Deinde moſch.ambra, lignum aloës, ſpica.

Si ſit ex calida: Roſæ, aqua Roſar. cum aceto, poma aromatica, camphora, violæ.

Si ſit ex materia oppilante, primas tenet nigella preparata infuſione aceti inſufflata & odorata. Valent & aromata calida.

Fortiora ſunt: Caſtoreum, euphorbium, cum ſucco maioranæ, ſuccus ſinapis, pyrethrum, piper.

Si inde excitetur dolor, mitigetur cum oleo ſalicis, vel lacte mulieris, vel aqua tepida iniecta, vel ſuffumigata.

Ad fœtorem narium: Facta mundificatione humoris putridi, abluatur naſus aromatico vino, & imponantur lycinia, ex myrrha, amomo & cinamomo, pulveriſatis, & oleo de Spica.

Caputpurgium fiat ex pulv. Xylobalſami cum ſucco maioranæ. Aut ex ſucco calamenti vel mentaſtri, vel ex urina aſini, pro villanis & cyclopibus.

Ad tollendam carnem ſuperfluam narium, valet pulvis aluminis uſti naribus attractus, vel coquatur vino alumen, & attrahatur.

Luſitanus: In Hæmorrhagia rebelli, venæ in fronte vel temporibus, ſi tumeant, numismate vel fabis per medium ſectis intercludere cum faſcia, extremum eſt remedium. Sic aliquando vaſciculis digito compreſſis ſanguis ſiſtitur,

Emplaſtrum ex albo ovi concuſſo, gipſoque ſtupa exceptis, vel ex luto figilino, albo ovi & aceto.

Ad fluxum ſanguinis narium, valent cortices ovorum combuſti, ſtercus aſini, cum mumia, bolo armeno & pilis leporinis, faciendo tantam intinctam in aceto aut ovi albumine, aut in ſucco urticæ. Fiat & emplaſtrũ ex rebus ſupra dictis. Phlebotometur cephalica bis aut ter aut primo ex Saphena, deinde ex Baſilica eiusdem lateris, ℥.iiij. pro vice, parum pro vice extrahendo. Poſtea pone ventoſas ſuper epar aut lienem, pro ut fluit ſanguis.

℞ Trochis, de carabe ℥.j. fiat pulvis, & cum penna inſuffletur, aut fiant lycinia intincta in ſucco plantaginis, aut albumine ovi, & in eo pulvere intincta indantur. Similiter capiat ℈.ij. Philonii perſici, ſuperbibendo ciathum aquæ portulacæ. *Similiter valet pulvis ſanguinis proprii exiccati, & inflati.* Fronti apponatur emplaſtrum ex albumine ovi agitato cum gipſo argilla aceto rigata, olfacta. Valet & aqua panis porcini tracta per nares. Commendatur tenta ex Goſſipio incenſo, ac frigida extincta, ſi ſcil. fiat ea cum aliis rebus ſtipticis.

Commendantur & ſequentia: Radix Malvæ ſylveſtris, Siegmarſkraut/ optima ad fluorem ſanguinis ex quocunque loco, comeſta. Cinis bufonis, cinis lanæ parvæ arboreæ, ſuccus burſæ paſtoris, cinis flor. & radicum rutæ, ſuccus urticæ, fronti temporibusque

busque panno lineo adhibitus, cinis ſpongiæ novæ imbutæ pice liquida & combuſtæ. Sanguis humanus uſtus cum lap. Hematitis partibus æquis. Pulvis ex aloë, calce viva cum albo ovi. Panis torrefactus. Succus rutæ temporibus ſuperpoſitus. Oſſiculum capitis carpii piſcis, naribus immiſſum, donec ſponte decidat. Pulvis corallorum cum vino vel aqua bibitus. Pulv. ſuberis, cum ſucco Plantaginis. Radix Symphiti, aut ſuccus eius, ſi naribus inſeratur. Pulvis betonicæ uſtæ, cum pilis leporinis. Pulvis corallii cum ſucco ſanguinariæ. Vitriolum uſtum, bombix florum ſalicis, pulvis & ſuccus millefolii. Aqua panis porcini bibita aut appoſita. Inprimis Philonium & lapis Hematites. Folia perſicæ pulveriſata. Lycium ex albumine ovi, & faba torrefacta. Succus porri, ſtercus porci. Emplaſtrum pro fronte ex albumine ovi & gypſo, niſi ſit ſenex & adſit catharrus. Aloë cum ſanguine draconis. Pulvis antimonii. Pulvis nucis combuſtæ cum cortice. Stercus aſini cum mumia & bombyce uſta, æquis partibus. Stercus aſini vel porci odoretur recens, aut aridum aceto aſperſum.

Inter omnia remedia primas tribuebat Belocatus Patavinus, tentæ ex aſini ſtercore, vel ſucco Plantaginis. Aut trahatur naribus ſtercus hoc vel porci, diſſolutum aceto.

NB. Leimen von einem alten Backofen / aceto ſubactus, & naribus apppoſitus, iſt eine gewiſſe Artzney.

ORIS AFFECTIONES

Pilulæ ad fætorem oris:

℞ Pul. cinamomi, & cum ſtorace liquida calam. fiant Pilul. quæ degluttiantur evacuato corpore.

Item iris maſticata, vel apium Alexandrinum, ſeu oluſatrum.

Item acetum, in quo pluries aurum ſit extinctum, & in quo bullierint Caryophylli.

Item Aurum in Ore detentum. Collutio cum aqua Plantaginis & aceto decoctionis aromatum cum maſtiche & thure, ac ſandalis.

D. Magi: ℞ Rad. Ireos, & bene maſticetur. Item Galanga in ore detenta. Item decoctio citri, ibidem retenta. Zedoaria tollit odorem allii. Ruta maſticata.

Elidæus: Fœtorem oris removet ablutio cum alumine, comeſtio calami aromatici.

Item ℞ pul. carui M.j. vini malvatici, octale j. bulliant ad conſumptionem

nem partis tertiæ, bibatur manè & ſerò calidum, prodeſt tàm ſenibus, quàm Iuvenibus.

Ad Vvulam deſcendentem & inflammatam:

℞ Alumen, cum ſucco granato, aut cum vino bullitum, pro Gargariſmo. Aut f. ex balauſtii, cortice Granato Acetoſo, ſem. roſar. Gallarum, Cinamomi, piperis, piretri, ſalis Armoniaci, ana. Inprimis laudatur Sal Armoniacum & aqua eius.

Vtendum adſtrictoriis & diſcutientibus, & dolorem mitigantibus. Pul. exterioris corticis Iuglandium. Decoctio nummulariæ in vino. Item Caryophylli cum melle.

Ad Palati & Oris exulcerationes, ſeu Alcolam:

Bulliant Alumen & ſaccharum, ana, in Aqua Plantaginis, & cũ modico Diamoron fiat potio, pro collutione. Item ſyrupus Myrtinus aut Dianucum, aut Diamoron cum Aqua Plantaginis, gargarizatum. Lac etiã, & ſuccus lactucæ. Aqua ſublimata ex ſale, Alumine & ſaccharo. Item ℥. j. Aluminis rochæ bulliat in aqua plantaginis, cum foliis eius.

Si ſint Apoſtemata fraudulenta & gangrænoſa: Abluatur os Aceto & alumine, cum ſucco Granatorum & Alumine, & manè & ſerò fricentur dentes & gingivæ vnguento Ægyptiaco, caute tamen, ne deglutiatur. Item Mel Roſarum & Diamoron, cum Aqua Plantaginis & Alumine. Purga, & pone ventoſas in ſcopulis.

Confirmantur Gingivæ cum Sale gemmæ, ærugine ferri, cum ſandaracha & gallis decoctis in Aqua Plantaginis, pro collutione.

Aqua Optima.

Luſitani, ad Aphthas Puerorum:

Roſar. rub. Myrtillorum, Balauſtiorum, folior. Quercus, ſumach, lentiſci, Plantaginis, ana M. j. Aluminis ℥, ß. Aquæ lib. iij. Decoquantur ad rubedinem. Lotas, inunge Sequẽti vnguento: Mellis roſati colati, Thuris, Maſtichis, cum duplo Aluminis vſti.

Ad Vlcera ſordida, præſertim oris, Aqua Optima:

℞ Aquæ Plantaginis ℥. iij. Roſarum ℥. j. Æruginis ʒ. ß. Miſce, & bulliant parum, addatur & tutia præparata ad ℈iiij. & frequenter cum Goſſypio applicatur. Quidam addunt Aquis Plantaginis & Fragariæ modicum Ægyptiaci.

Gargariſmus præſtans: ℞ Balauſtiorum, ſumach, Cimarum Rubi, folior. Plantaginis vel ſophiæ, Roſarum, ana M. j. Thuris, Maſtichis, ſarcocollæ, ana ℥. ß. Aquæ communis lib. iij. Decocto adde Mellis Roſati colati, & ad ignem rurſus bulliant, pro frequenti collutione.

Ad Caſum Vvulæ, Rulandi:

Ter quotidiè ſuffietur electro, &

Vertici imponatur latitudine manus latæ ℥.j.fermenti,aſperſo electro.

Ad Vlcera Oris & Faucium Gallica deſcripta Remedia ex Augerij Pudendagra, vide in ſecunda parte horum collectaneorum Medicinal. Cap. de vlceribus.

Commendatur & ſequens: Aquar. Roſar, plantaginis, Prunellor. ſyl. ana ℥.j. Aceti, aquæ vitæ, ana ʒ. vj. Diamori, Mellis Roſar.ana ʒ.iij.Boli Armeni, Theriacæ, Aluminis, ana ʒ.ij.Leviter bulliant, & colentur. Procurentur & ſudores cum ligno Guaiaco,

Pulvis præſtans, Off. Auguſtæ, ad Gutturis Vlcera, præſertim Gallica, vſitatus in Noſocomio Gallarum:

℞ Sulphuris vivi℥.ij.Aluminis rochæ, Myrrhæ, ana ℥.j.Thuris, Maſticis, ana ℥.ß.Pyrethri ʒ.ij.fiat pulvis, cuius ℥.j.miſceatur cum vini ſublimati lib.j.

Aqua ad vlcera Gutturis, Augerij:

Pudendagræ: ℞ Aquar. Roſarum, Plantaginis, prunellor.ſyl.ana ℥. ij. Aceti, aquæ vitæ, ana ℥.j.ß. Diamori, mellis roſar.ana ʒ.vj. Theriacæ, Boli Armeni, Aluminis, ana ʒ.iij. ſtent aliquot horas ſine ebullitione, ſuper prunas, poſtea colantur leviter.

Doct. Elidæi: Oris torturam ſanat oleum de Andacoca, id eſt, trifolii. Oleum Nucis muſcatæ, ipſa nux in ore detenta. Aut nucis muſcatæ fruſtulum oleo coſtino vel ſimili rigatũ. Purgetur cum Agarico. Caputpurgium ex aqua mellis & Succo Cyclaminis. Lavetur facies ſæpè cum aceto, in quo bullierit ſinapi. Vide ſupra Cap. Paralyſi.

Pulvis Mag. Rueckeri, ad Columellam laxatam.

℞ Zinzib. Cinamomi, piperis nigri, Pyrethri, ana ʒ.ß.Balauſtiæ, corticis Granat.folior.roſarum, ana ℈ij.Thuris, Ammoniaci, ana ℈j.Aluminis ʒ.ß.Albi græci ʒ.j. Fiat pulvis ſubtiliſſimus. Vel ℞ Piperis, Cinamomi, ℈ß. Cort. thuris, Gallarum, ana ℈j.Roſar.rub. ſiccarum ʒ.ij. & miſceantur pro pulvere.

Ad Sciſſuras labiorum: vide infra cap. de naribus.

Cataplaſma Clipeoli, ad Puſtulas & vlcera in Ore:

℞ Rutæ M. ij. Zinzib.albi ʒ. ij. Aluminis vſti, ʒ.iij. Nucis muſcatæ torrefactæ ʒ.j. Aceti vini ℥.j. Mellis deſpumati q.ß. fiat cataplaſma ß.a.

Vnguentum Montani optimum, ad vlcera Narium & Gutturis, ex defluxu ſalſo & acuto:

℞ Tutiæ præparatæ ℥.ij. Olei roſati, ſucci ſolatri, ana ℥.ij.In mortario plumbeo ducantur ad bonam conſiſtentiam, poſtea cum modico

ceræ liquefactæ fiat vnguentum molle.

Item ℞ Aquar. Plantaginis, ſolatri, Endiviæ, ana ℥.vj. ſyr. Roſati ex infuſione roſar. ℥. ij. Violati ℥.j. Miſce.

Pulvis præſtantiſſimus Bellocati, ad vlcera Oris, præſertim Gallica:

℞ Cornu cervi vſti, pul. ſcabioſæ, Boli Armeni, ana ℥.j. Miſce optimè, qui pulvis inſpergatur, facto prius Gargariſmo cum decocto ſcabioſæ & Agrimoniæ. Si adſit inflammatio: ℞ ℥.ij. pul. dicti, & miſce cum ℥.iij. Diamori, de quo in ore teneat. Aut ℞. Antimonii, Pompholygis, Cadmiæ ana ℥.ij. Mellis deſpum. ℥.iij. Miſce pro linimento.

Linimentum Lucæ Chini, ad Gingivas tumentes & putridas:

℞ Mellis roſati q.vis, olei vitrioli parum, vt mel aceſcat quaſi, & hoc inungantur Gingivæ.

Manardi, ad Linguam ſciſſam: Lac, præcipuè caninum. Lupini ex amylo cum ſaccharo & Aqua roſacea. Vide infra in fine libri, von dem Schwerhang.

Vlcera Oris, præſertim Gallica: Factis vniverſalibus, Alumini vſto & vino auſtero extincto, adde pari pondere maſtichen, thus cyperum, pro pulvere, aut cum melle roſato, pro linimento.

Si vlcus ſerpit, addito ad cuiuſque aliorum pondus æruginem, & vlcus aceto ſtillaticio ablue. Pulvis Gallarum cum myrrha. Vltimum eſt, combuſtio Gingivarũ cum oleo vitrioli.

DENTIVM AFFECTIONES.

Principis Bopponis Hennebergenſis, ad Gingivas putridas:

℞ Aceti optimi, mellis, ana lib.ß. Aluminis triti ℥. j. ß. Gallarum ℥. j. Coquantur ferè ad dimidium, pro collutione.

℞ Gallar. immaturar. Alumini ſciſs. ana ℥.j. Cyperi optimi, Rad. Iridis, ana ℥.ij. Corticis Arantior ℥. iij. fiat Pulvis, vel cum ſyrupo myrtino fiat electuarium, quod Gingivis affricetur poſt lotionem. Oleum Nucis moſc. cum melle roſato.

Acetum decoctionis Arantiorum corticum, Gallarum & Aluminis, vel in aceto pulverem ſcriptum pone, & vſurpa manè & ſerò.

Pulvis Falloppii, ad Vermem Dentium:

℞. Vitellum ovi, abiecto albo, & ſuper-

ſuperpone vitrioli Romani q. ß. miſce, & coque ſub cinere, donec ingreſcat. Fiat Pulvis, & ponatur ſuper dentem. Scis enim, oleum vitrioli omnes vermes occidere. Aut ſuccus porri cum cera. Aliquando ſufficit in educendo verme ſuffumigium ex ſemine porri. Item opopanacum in cavo dentis dimiſſum.

Nota, de vermiculis repertis in ſpongiola cinorrhodi tritis & affricatis denti. Frangere etiam dicuntur dentes, non ſolum vermes interficere, ſed vicini dentes muniantur fermento appoſito. Suffitus ex ſemine Alkekengi, miſto cum cera, necat vermes.

Experimentum praſtans, ad Dentes denigratos & Viſcoſos:

℞ Maſticis ℥. ß. Terebintinæ ʒ. j. ß. Cum cera q. ß. fiant Pilulæ, ad quantitatem ciceris rubei, quæ maſticentur ſæpè ſub dentibus, per horam vel vltra. Mundificat & dealbat dentes mirabiliter.

Facile paratu, & domeſticum: ℞ Farinam hordei & Salem, adde mel, ac vrantur involuta in chartam, in ſartagine figulina. Rigetur pulvis iſte cum ſapa, vt fiat inſtar pulticulæ, quæ cum panno affricetur dentibus.

Docto. Eraſti, ad Gingivas humidas & putridas: Folia pruni ſyl. vel fructus immaturi cum Roſis rub. Coquantur in vine nigro auſtero, ad dimidias, pro collutione.

Aut cum Succo Prunellor. ſyl. miſce corallos tritos, Cornu cervi vſtū, & cum ſaccharo, ana, clarificato, fiat vnguentum cui adde aliquid olei odoriferi. Aut dicta iam duo arida cum Cinamomo, aut Iride, & ſaccharo in vino ſupra dicto bulliant ad caſum vini. Pulvis ſiccetur ad Solem, quo fricetur gingiva, & poſt horam abluatur vino auſtero.

℞ Cornu cervi vſti, Corallor. tritorum, ana ℈ij. Succi Prunellor. ℥. j. Sacchari clarificati, ana, miſce.

Decoctum praſtans, ad dolorem intenſum genarum, & tumorem ex dolore Dentium:

℞ Viridem corticem ſambuci, quem coque in vino, quod decoctum tene calidiſſimè, vt poteris, in ore, & ſtatim iuvabit intra horas tres.

Acatia Gingivis affricata, ſtringit dentes commotos.

Ad dolorem Dentium:

℞ Parum lupuli exiccati frica in manibus, poſtea pone in Aceto forti, & decoque parum. Cum colatura collue os & Gingivas, Aliud: ℞ Zinzib. Tormentillæ, Pimpinellæ, ana ʒ. ij. Coque in vini rubei ℥. iij. & adde Aceti hauſtum. Cocturę cape cochlear vnum, quo facto, reponas de inlatus affectum, donec ibi infrigidetur hauſtus, cuius loco alium ſume.

Aut ℞ Aquæ ardentis ʒ. ij. Philonii Rom. ʒ. ij. Diſſolvatur, & colluantur eo dentes. Decoctum Hyſſopi, cum Aceto vel Oxymelite.

Kauppen zerquetſcht / vnd an den Zahn geſtrichen / facit cadere dantem.

Dentes dealbans.

℞ Rad. Ireos ℥.ß. Cinamomi ℨ. ij. ß. aceti fortiſſimi ℥.vj. exponantur radiis Solis per biduum, deinde hoc ipſo colluatur os omni matutina. Probatum.

Aliud, dealbans & incarnans Dentes:

℞ Vitrum, in tenuiſſimum pulverem aut pollinem tritum, ligatum in petia, fac bullire in Aceto, donec acetum totum evaneſcat. Extractum ſicca & repone in vaſe vitreo, quo vſurus, ante fricabis ſale gingivas, donec ſanguis exeat, tunc pulverem ſuperpone.

Aliud, ad Gingivas fœtidas & ſanguinolentas:

℞ Brancas Cancror. fluviatilium ℥.iij. Maſticis, olibani, ana ℥ j. Petiæ laneæ combuſtæ, Galangæ, Caryophyll. Cynamomi, Spicæ, ana ℨ. ij. Brancas dictas ſiccari facito, tritis ſubtiliſſimè, facias Pulverem, quo iturus cubitum Gingivas infrica, loto prius ore cum vino.

Doctoris Elidæi In maximo dolore dentium cuiuſdam Matronæ Italicæ, ventoſas duas ſcapulis applicabat, & ℨ.j. Philonij Romani aceto dilutam in ore tenere iubebat. Hoc enim eſt præſtantiſſimum.

Magius: Dentes commotos firmat collutio oris cum muria olivarum. Abſtergit cinis Purpuræ & buccinarum, nec non cochlearum Ariſtolochiæ rotundæ, lapidis ſmirij.

Ad dolores eorum. Decoctum Rad. Ireos, Tamariſci ſeu Myricis, corticis & frondium mari. Lac ficulneum poſitum in dente perforato. Item lac Tithymalorum, cum cera aut raſura panni. Galbanum intromiſſum. Item Radix Tithymali cocta, ad dentes eroſos cum dolore. Cruca trita, & vermis Spongiæ Cynorrod. Oleum populi nigri.

Ad Dentes dealbandos, Leonis, Præceptoris Elidæi.

Dentes dealbat aqua fortis, ſi cum ea imbobace dentes, ſed caute tangantur. Aut fiat pulvis ex oſſibus ſepiæ, conchulis vſtis marinis albis, ſpuma maris, Nitro, Alumine, ſale gemmæ, ſulphure vſto, Radice Ireos, Ariſtolochiæ & comarum vſtarum.

Dentes commotos ſiſtit collutio oris cum Myrrha, vino & oleo. Prohibet corroſionem & exiccat. Item Alumen miſtum aceto & melle.

Dentem facit cadere, ſi radici eius applices radicem Iusquiami nigri, fortiter calefactam: Aut amurcam olei cum aqua agreſtæ, coctam ad mellis ſpiſſitudinem, pro Linitione.

Si doleant propter Vermes: Impone fruſtulum Gentianæ, aut fac ſuffumigium ex Iusquiamo aut ſemine porri, aut ieiunus maſticet radicem Marrubii aut Malvaviſci, coctam in a-

in Aceto. Aut colluatur os cum aceto decoctionis ſalis combuſti: Aut vino decoctionis vrticæ. Corallus tritus, & denti corroſo impoſitus, eum eradicat, & Gingivam optimè confortat.

Pulvis efficaciſſimus Doct. Elidæi, ad Dentes firmandos & incarnandos:

℞ Oſſium dactylorum & olivarum combuſtor, & pulveriſator. pulv. Cancror. fluviatilium aduſtorum in furno ana ʒ.ij. Thuris, ſang. Draconis, Aluminis aduſti, ana ʒ.j, Pulveriſentur ſubtiliter.

Aliud: ℞ Farinæ orobi ʒ. vj. Mellis q.ſ. & fac Trochiſcos, quorum ſuper tegula torrefactorum ℞ q.v. & adde ſang. Draconis, Thuris, ana ʒ. iiij. Ariſtol. rotundæ, Rad. Ireos, ana ʒ. ij. & fiat pulvis ſubtilis, quam conſice cum melle & aceto ſquillitico, ad formam vnguenti liquidi, quo vtere ſuper dentes, prius abraſos, ſi eſſent immundi. Et collue os cum aceto ſquillitico, & remove putredinem cum vnguento Ægyptiaco, fricando Gingivas.

Acetum vſtum cum aceto & melle.

Contra Dolorem Dentium: Allium tuſum optimè impone cum teſta Iugulandis pulſui manus lateris dolentis, per horas 24. Non redit dolor amplius.

Matthioli: Piper nigrum ſeu Æthiopicum menſum, dolores dentium demulcet.

Ex antiquo Codice: Semen Iusquiami in ſartagine toſtum & in mortario tuſum, dat oleum, quod cum cera liquefacta miſce, & cum elichymio forma candelam, quam in ſcutellam, Aqua affuſa, impone, ac ardere facias, ore aperto fumum dente dolente excipe, & dentium vermes in Aquam cadere videbis. *Idem facit ſemen juſquiami Carboni* impoſitum, & per infundibulum ſuffitum, parcendum tamen dentibus ſanis.

Schwartz Eberwurtz/ein Stücklein heiß gemacht / vnnd mit einem Pfriemen offt an den Löcherichten Zahn gehalten / macht jhn zerfallen.

Cortex interior Populi albæ, Sæpè impoſitus denti dolenti, ſeu Gingivæ, dolorem ſedat veſicando. Exterius inungatur ſucco Cucum. ſyl. probatum ſæpiſſimè.

Decoctum herbæ Myrtillorum rub. cum vino auſtero.

Gargariſmus optimus, ad dentium Dolores:

℞ Radj. Pyrethri, Acori, Ligni tamariſci, ana ʒ.ij. Granor. Alkekengi, flor. Balauſtior. Roſarum rub. Corticum Pſidiæ, ana ʒ.j. Herbarum Piloſellæ, Plantaginis, ana M. ß. Inciſa vel contuſa decoquantur cum vini albi lib. j. ß. & in colatura diſſolve Philonij Romani ʒ.ij. pro Gargariſmo.

NB. ℞

NB. ℞ *Opij part.j. Caſtorei part.ij.* cum modico Ceræ fiat Capſula pro dente recipiendo. Philonium per interius, ad ℨ.j. cum modico vini. *Poſſumus aliquando* & Auribus iniicere reſolutiva, vt Oleum de amygd.amar. de nucleis Perſicis &c. ſed caute.

Vltimo laudatur Cauterizatio dentis, ſeu decoctio cum acu intincta in oleo reſolvente aliquo: Aut extrahatur dens, ſi vitium in eo conſiſtat.

Si ſit ex vermibus: Valet ſuffumigium ex ſemine porri, & cepæ & Iuſquiami.

Ad corroſionem interius, Ponatur ſal uſtum, vel cornu cervi vſtum, pulvis Nucis Indicæ, cum Maſtice vel ſandaracha, aut dens impleatur ex Galla & Cyperis aut Galla ſola.

Ad dolorem dentis corroſi: Præſtans eſt cera cum Sale ſubacta, & applicata.

Dentem corrumpunt & cadere faciunt: Adeps Ranæ Arboreæ, Lac ficus, ſuccus Rad. Chelidoniæ, formetur capſula pro dente cum cera & eruca trita. Epithema ex fecibus Aceti acutiſſimi. Camphora impoſita. Radix mori decocta.

Expertum, ad dolorem Dentium, ex Libro Doct. Mart. Lutherj:

℞ Lingni ſancti ℥.ß. Rad. Altheæ num. ij. Miſceantur & bulliant in ſ.q. Aquæ communis, & calido irrigentur dentes.

Aqua optima, mundificans.

Dentes: R Salis gemmæ, Salis ammoniaci, ana ℥.iij. Aluminis, Zuchari, ana ℥.*j*.ß. Deſtilla in alembico, aut impone aquæ fontis lib. ij. per dies 8. cola & dentes frica.

NB. Emplaſtrum ex albo ovi, pipere, Thure, & fabis vſtis, imponatur genæ dolenti.

Ad dolorem: ℞ Calcis vivæ, farinæ triticeæ, Piperis nigri, ana ℨ.j. opij. gr. xxij. Pulveriſentur ſubtiliſſime, & cum modico Melle Roſaceo, fiat Maſſa, ac denti imponatur, cavendo tamen magnopere, ne deglutiat.

Dentes Cavos expurgant, & Dolorem ſedant: Pulvis Biſtortæ, Pyrethri & Aluminis vſti, ana, cum melle inſtar piſi impoſitus. Succus Peucedani, ſuccus Angelicæ.

Montanus: Dentes abluantur Reſina Cedri, vel Iuniperi cum Aceto.

Si dolor ad aures pertingat, mitigatur laxantibus, vt ℞ Olei Roſati ℥.ß. Ceparum inciſarum M. j. Vini dulcis q. ß. Decoquantur inſtar pultis.

In forti Dolore addatur ſem. Lini, & fiat Emplaſtrum. ℞. Pil. cochiar. ℈j. dimidia hora ante cœnam. Vltimum eſt cauterium poſt aures.

NB. *Dentes dolentes* Sanat puls ex

farina ſiliginis, Aceto & lacte Thytimali. Auricula inungatur ex parte vtraque donec contrahat veſicam vel exulceretur, vt aquoſitas exeat.

Montanus Conſil. fol. 9. Expertus ſum Cedria cocta, vel diluta aceto, dolores dentium ſedari (vocant ſandaracham, quæ eſt gummi Cedri. Credo autem Iuniperum eſſe veterum cedrũ) Comam etiam Iuniperi in Vino vel aceto, ſedare eoſdem dolores. Decoctum rad. Iuniperi.

Si dolor ad aures pertingat: ℞ Olei roſati ℥.ß. Ceparum inciſarum M. j. vini dulcis q.ß. Coquãturinſtarpultis & in dolore vehementi addatur ſem. Lini. His non convenientibus, fiant cauteria ſecundum aurem vtramque. Vtatur pil. cochiis, hora dimidia ante cœnam.

Zäpfflein zu den zähnen vnd dem Zahn-Fleiſch/ *Duciſſæ Würtebergenſis*:

Pumicis, Iridis, ſilicis albi calcinati, ana ℥.j. Corallor. rubrorum tritor.. ʒij. ſanguinis Draconis fini, ʒij. Oſſis ſepiæ, ʒ.iiij. Canellæ ʒ.ij. Moſchi gr. ij. Trita cum roſacea mucilaginoſa ex Traganto, formentur in paſtam & glandulas.

Ad dolorem, ex frigidis: Sæpè vtatur Apophlegmatiſmo. Scarificatio in ſcapulis, & ſub mento, atque ſtatim poſtcubitum vtrumque exterius. Venæ eiuſdem lateris ſub lingua apparentis ſectio, aliquando mirabilis. Fricationes brachiorum frequentes. Pulvis cum mica panis ex Aromatibus, rigatis ardenti vino ac incenſis, cinis calidus imponatur Suffitus ex Iuſquiamo, Styrace, &c.

Ad dolorem & Rheuma: ℞ Vini boni albi ℥.iiij. Vernicis ſcoritorum ℥.ß. Bulliant ad caſum partis tertiæ, pro collutione aſſidua. Si in eo erit Philonium Rom. erit bonum.

Ad dolorem & Corroſionem valent: Decoctio Gallarum in aceto, Item Bethonicæ in Vino, ad conſumptionem partis tertiæ, cum aliquot foliis Plantaginis. Galla corroſo denti apposita. Similiter ſtaphiſagria & Borax. Lapis cerveliuspulveriſatus inflatus. Pulvis Corallor. rub. inflatus.

Ad dolorem Dentium, à materia frigida.

Evacuetur cum Cochiis. Calefactorium fiat ex Milio, Camomilla, Anetho, Abſinthio, Sale. Collutio cum Vino aut Aceto, bullitionis Sandarachæ, Pyrethri, Calamenti, Origani, Piperis, Synapis.

Dens dolens liniatur cum Theriaca, Mithridato, Philonio Romano, fiat etiam collutio cum Aceto, bullitionis Colocynthidis, aut Alliorum, aut Saxifragiæ, aut corticum Rad. Capparorum. Theriaca feris applicata maxillis, optimũ eſt remediũ. Cauterizetur dens ferro candenti. *Item* ℞ *Gallarum*, Cupreſſi, Gallæ, Biſtortæ, ana ʒ. ij. Thuris, ſandarachæ, ana ʒ. Bulliant in lib. j. ß.

Vini Pontici, ad conſumptionem medietatis. Colatura calida teneatur in ore. Tollit dolorem & confortat, ne materiam recipiant dentes & gingivæ. Valet & unguentum de alabaſtro.

Pulvis præſtans, Saluſti, dentes dealbans, gingivas confortans, & malum odorem corrigens:

℞ Aluminis Rochæ uſti, ℥.ß. ſarcocollæ, terræ ſigillatæ, ana ℥.j. Mirobalanor. citrin. corallor. alb. ana ℥. miſce pro pulvere. Oleum vitrioli ex conſ. Montani conſ. 83.

Aliud dolorem gingivarum ſedans, & dentes confirmans:

℞ Rad. Ireos, cort. cappar. ana ℥.j. Iſopi ſiccæ M.j. Bulliant in ℔.iij. aceti, ad conſumptionem medietatis, colentur, quo tepido os colluatur. Item oleum ſulpuris.

Deſtillentur aluminis parte ij. cum part. j ſalis.

Ad dealbandas dentes: ℞ Sacchari albiſſimi ℔. j. Salis ℥.vj. aluminis rochæ ℥.iij. Ponantur ſimul contuſa ad alembicum, de qua cum bombyce tange dentem, & ſtatim dealbat eos. *Valet & ad ulcera Gallica:*

Ad commotos dentes:

Fiat collutio oris cum vino decoctionis myrrhæ, gallarum, folior. olivæ, & modici maſticis. Item alumen miſtum cum aceto & melle. Item ſtoracis ℥. j. Ponatur in dentis radice mundificata. Colluatur os aliquot diebus aceto ſquillitico, deinde dentes vacillantes fricentur hoc pulvere: ℞ Pulv Iridis, thuris maſc. ſang. draconis, ana ℥.ij. miſce pro pulvere. Poteſt addi, ſi adſit putredo, aloë. Idem facit collutio ex decocto cypariſſiæ.

Dentifricium optimum:

℞ Nitri albi, oſſis ſæpiæ, myrrhæ, maſticis, ana ℥.ij. cyperi, cornu cervi uſti, cinamomi, gallarum, ſalis armoniaci, aluminis, ſandaracæ, ana ℥ ß. fiat pulvis, quo poſt cibum dentes fricentur, & poſtea vino abluantur.

Item ℞ Aluminis rochæ combuſt. ℥.j. ſacocollæ, terræ ſigillatæ, corticum citri, corallor. rub. ana ℥.ij. Miſce, & f. Pulvis.

Item: ℞ Oſſium dactyl. uſtor. oſſiũ olivar. uſtor. cancrorum fluviatilium uſtor. ana ℥.iiij. ſanguin. dracon. thur. is, aluminis uſti, ana ℥.iij. fiat pulvis.

Collutio oris, ad dolorem dentium: ℞ Pyrethri. ſem. apii, maſticis, roſar. ana ℥.ij. Bulliant in aceto fortiſſimo, & adde, ſi vis, ſeminis Jusquiami gran. viij. pro collutione. Similiter inunge dentem cum oleo de ſulphure aut aqua vitæ. Si dens eſt corroſus, cura eſt, eradicare. Item decoctio Iridis levat. Item alumen cum viſco quercino bulliat in vino rubro.

Dentifricium præſtans, ordinatum Duci Mauritio Saxoniæ, à Doctore Nævio:

℞ Oſſ.ſepiæ, corallor.albor.Margaritar.ana ℥.j. cornu cervi uſti ℥.j.ß. Punicis, Ireos, ſandarachæ, ana ℥.ß. Ariſtol. rotund. ℈.j. corticum citri ℥.j.muſci gran.ij. ligni aloës ℥. ß. macis ℈.ß.pulveriſata diligentiſſimè miſceantur pro pulvere.

Collutio ex familiaribus, ad Dolorem dentium:

℞ Herbæ bethonicæ, hederæ terreſtr. ana M.j. bulliant in aceto q.ß. quo calido colluantur dentes, & teneantur in ore. Aut tene in ore acetum decoctionis Pyrethri, aut vinum calidum, in quo parum theriacæ diſſolutum eſt, zu einem halben Seidlein/ein Haſelnuß groß.

Fumus herbarum digerentium, & aceti, aperto ore exceptus, extrahit pituitam, doloris cauſam.

Si fiat à Catarrho, inunge auriculam eiusdem lateris cantharitibus diſſolutis in macro iure pulli, excitatur enim veſica, qua aperta, materia exibit, quæ ad dentes fluebat.

Vt dens per ſe cadat: Lavetur amurca olei, quæ cum aqua agreſtæ tam diu bullierit, donec fiat ſicut mel. Item pulvis radicis mori celſi ſiccatæ ad Solem, denti perforato imponatur. Aut in aqua coque ranas arboreas, & adipem ſupernatantem collige, quo dens inungatur. Lac tithymali vel lathyridis malaxatum cum paſta frumenti ac modico aceti, aut cera, corrodit dentem. Idem facit radix Jusquiami nigri, aut herba fortiter calefacta, & denti adhibita, cave tamen, ne ſanos tangas.

Fex aceti optimi aliquot diebus inuncta. Armoniacum cum ſucco Hioſciami inungatur Denti, & cadet.

Doctoris Langii, pro dentibus: ℞ Origani M.ij.roriſmarini, flor.tapſi, ana M.j.rad.Pyrethri ij. Inciſa groſſè decoquantur.

Aut ℞ vini ardentis ℥.j.ß.theriacæ ℥.j. mellis roſati ℥. ij.ſem. Jusquiami ℈.j. Opii gran. iiij. Aquæ Plantaginis ℥.j.Miſce.

Dentes putridos abſterge cum bacillo ligneo & panno intincto in oleo vitrioli & melle Roſar. Os eluatur frigida, poſtea bis in ſeptimana dentes illinantur cum dicto melle vitriolato.

Falloppius: Dentes corruptos, abraſos, cum oleo ſulphuris vel vitrioli ſiccamus, & à putredine præſervamus.

Secretum præſtans, Fallopii, in maximo dolore dentium:

℞ Op. ℈. ß. Salis gr. v. Olei roſati ℥.j.ceræ albæ ℥.ß.Miſceantur optimè pro unguento, quo locus imbuatur cum goſſypio.

Rondeletius: Dolor dentium ex defluxu humoris frigidi, cohibendo fluxionem per pilulas curatur. Poſtea imponatur emplaſtrum pro rupturis, vel comitiſſę aut ex pice ſola. Collutio in principio: ℞ folior.ſalicis M.j.rad. Pentaphylli ℥.j.Gallar.℥.ß.Decoquantur in vino ſtiptico. Siſtit fluxionem & dolorem ſedat.

Decoctum ligni S. cum melle & alumine.

Corpo-

Corpore purgato, maſticet Pyrethrum. Dentes fricentur Theriaca & Mithridatio. Fumigatio cum decocto Satureiæ. Dentes corroſi extirpandi ſunt aut evellendo aut adurendo cum aqua forti.

Cera ſubacta ſale, alumine & myrrha, inſeratur cavitatibus. Rubra commendatur, ut & viridis, quæ ob æruginem vehementer ſiccat.

Nota: De dolore dentium, ſtatim ſanato per frequentem ſternutationem. Item per decoctum maſticis & thuris, cum aqua, quibus diſſolutis inſpergitur Terra Sigillata germanica, factaque ſolutione colentur, eſt præſtans in omnium partium nervoſarum doloribus.

Ad commotos & infectos dentes, ex pudendagra Augerii:

Confirmantur & abſterguntur dentifricio ex æqualib⁹ partibus aluminis uſti, aceto extincti, & cornu cervini, ſimiliter præparati.

Abſterguntur etiam aqua forti mitigata aceto & aquis adſtringentibus. Confirmantur alumine rotundo, cũ duplo ſale, adiecto corallorum & roſarum pulvere.

Elidæi, à far bianchi gli denti:

℞ Vitrioli ℔.j. ſalis gemmæ ℥. vj. cinebro ℥.iij. bagna collaqua roſata, ſtilla & adopra. Item ℞ Pumice ℥.j. coralli roſſi ʒ. ij. canella ʒ. j. ſaccharo fino ʒ. j. & di tutto fa pulvere non troppo ſottile, per frigargli denti.

Aliter: ℞ Aluminis rochæ, ſalis nitri, mellis roſati, ana ʒ.j. aquæ roſar. ℥.j. Miſceantur ſimul omnia in olla ſuper ignem, & liquefiant, de quo cum petia madefacta fricentur dentes, & erunt albiſſimi.

Trochiſci optimi, ad abſtergendos dentes, & præſervandos à putredine, Doctoris Montani:

℞ Oſſium dactylor. ʒ.ij. corallor. rub. ʒ.j. Farina lupinorum, ʒ.iij. Scyllæ aſſatæ ʒ.vj. rad. Iridis ʒ.iij. contuſa miſceantur cum melle, & fiant trochiſci in umbra ſiccandi.

Uſus tempore, diſſolve in aceto ſquillitico, aut vino albo, & eo liquore quotidiè manè foveantur dentes putridi, & abluentur, fricando prius eos panno albo & mundo.

Aliud: ℞ Pulv. Corticum oſteocorum combuſtorum, ʒ.iij. vernicis ſeu ſandarachæ ʒ.iiij. rad. Iridis ʒ.j. Rad. Ariſtologiæ, gentianæ, centaurei maior. ana ʒ.ij. Similiter ut antea fiat trochiſci parvi, quibus dentes fricentur, abluti aceto ſquillitico, ut diſſolvantur, ut ſupra. Aut prius frictis dentibus lineat eos ſola gutta Olei vitrioli, & poſtea fricentur panno aſperiori, ſtatim enim omnes ſordes decident.

Cedria etiam laudatur, ſi haberi poſſit, cuius loco poſſumus uti oleo deſtillato ex vernice ſeu ſandaracha.

Trochiſci, præſervantes dentes à dolore & corruptione, & commendantes anhelitum:

℞ Ori-

℞. Origani Montani ℥.ij. Hyſſopi, Parietariæ, Piperis, ana ℥. iiij. Salis triti & uſti in olla ℥.iiij. Tere, cribra, & miſceantur cum melle, pro dentibus & gingivis.

Dentifricium Rhaſis, faciens os dignum ad Reges, & præſervans optimè dentes:

℞. Succi Origani, Myrrhæ, Savinæ, Spicæ, Nucis Cupreſſ. ana q.j. Torantur & fricentur dentes & gingivæ.

Ad dolorem dentium, Matth. de Gradibus, Venetiis:

Si ſit ex intemperie calida: In principio valent, ſuccus Portulacæ, Coriandrorum, ol. ra. cum aceto, aqua roſata cum camphora.

In frigida: à principio teneatur in ore maſtix ſeu alumen, aceto infuſum, aut ſandaracha. Decoquantur in vino pro collutione, cum Pyrethro, & Gallis recentibus, & modico aceti, vel cum vino acetoſo. Factis prius evacuationibus & diverſionibus. Et hæc etiam valent in intemperie cum materia, (à proprietate valent dentes anteriores leporis, ſi dens læſus tangatur, dolorem enim remittit.) Si autem ſit ex intemperie ſicca, ut in ſenibus, fiat inunctio cum butyro, vel adipe gallinæ.

Si ſit ex apoſtemate ſanguineo, ſecetur vena, & evacuetur humor cholericus:

Sin ex pituitoſo, purgetur cum Pil. de Iera, & cochiis, vel de Hiera maiori, vel agarico præparato. Fiant & diverſiones cum ligaturis, frictionibus, cucurbitulis, lotione calida extremitatum. Veſicatoriis & ſimilibus. Ut, ſi teratur allium, & ponatur in vola manus directæ. Poſtea factis repercuſſivis dictis, in proceſſu, ſi materia ſit frigida, valent: Decoctio camemeli, anethi, myrrhæ, thuris, maſticis, pyrethri, in vino potenti vel aceto. Item ſtorax, calamentum, opoponax, galbanum. Ultimo Tithymali vel Colocynthidis decoctum. Si ſit intentio ad materiam iam fluxam, valent anodyna, evaporationes ex camomilla, anetho, mililoto & radice roſarum, decoctio lilii albi, rorismarini, hyſſopi & roſarum. *In materia ventoſa valet*: Decoctio ſeminis rutæ in vino, aut colocynthidis, ſi acetum in ☍ bulliat, pro collutione. *Aut coquatur ſpolium* ſerpentis in aceto. Maſtix cum Pyrethro vel Nigella maſticetur, etiam in calida, cum cera vel tragantho. *Pro materia digerenda* interius fiant ſacellationes cum ſale & malvis, vel cum anetho & furfure, vel cum milio, & ſimilibus.

Experimentum Matth. de Grad. Fiat cooperculum dentis ex cera alba, miſta cum ſale tenuiſſimo optimè.

In ultima neceſſitate adhibeantur Narcotica: Semen Papaveris, Jusquiami, cum ſem. urticæ, porri, nigellæ, cæpæ, cum adipe gallinæ inſtar avellanæ, pro ſuffumigio, necat enim & Vermes. Laudatur ſandaracha cum aceto. Item ſuffumigatio eius.

Item

Item ſuffitus ex decocto Alkekengi. Suffumigatio reſolutiva fit ex granis colocynthidis & ſinapis, miſtis ſimul. *Laudant & ungulam Aſini ſuffumigatam: optimum Narcoticum.*

In ſtatu, ſi reſolutionis ſit ſpes, fiat Gargariſma ex decocto paſſularum, Ficuum, Dactylorum, Camemeli, Fœnugræci, Croci, cum melle roſato vel diamoro comp. Valet pul. myrrhæ, cum croco vel cinamomo. Exterius fiat linimentum ex camemelino, liliorum, amigdalino, cum farina ſem. lini, fœnugræci, vel cum nido hirundinum. Laudatur & pulvis hirundinum, ut & humanum ſtercus, & caninum ex oſſibus album, cum melle, vel in pulvere.

Filum purpureum ſtrangulationis viperæ, collo circundatum, aut filum multum in cinere vel lixivio coctum, calensque. Aſa fœtida, Piper, Mentaſtrum, Mirrha, & ſimilia trita & inſufflata.

Si Apoſtema ſuppurantibus ſit concoquendum, comendantur, decoctio ficuum, malvarum, paſſularum, camomillæ, fœnugræci emplaſtrum ex iiſdem, cum camemelino vel butyro, vel adipe gallinæ, & modico croci. Aut ex farina ſem. lini & fœnugræci. *Rupto abſceſſu, cum digito aut ferro*, vel durioris panis fruſto, ulcus tergendum melle roſato & aqua hordei, glutinandumque bolo armeno, thure, & ſanguine draconis.

Ad dolorem magnum valent: In *calida materia*, inunctio cum dialthæa & mucilagine Pſylii & fœnugræci, cum oleo violato parum. Malvæ cum oleo violato, & adipe gallinæ & modico croci.

In frigida: Butyrum ſine ſale, cum adipe gallinæ. Mucilago ſem. Althææ & fœnugræci, cum oleo liliorum lana ſuccida infuſa in oleo lilior. & camomil. Ex iiſdem fiant & emplaſtra, additis farinis. Evaporatio cum aquis calidis, & ventoſæ, poſt mundificationem corporis. *Si nequeat cibum deglutire*, tempore cibationis apponatur ventoſa ſpondylo ſecundo colli.

Si ſit metus ſuffocationis, & ſyncope frequenter accidat, ſecetur vena ſub lingua, apponantur ventoſæ mento & collo. Item apponantur veſiccantia. Suffitus per infundibulum ex decocto folior. quercus cum vino.

Pilulæ præſtantes, Montani, ad ad vitandum Catarrhum Hyemalem:

℞ Agarici electi ℥. vj. Aloës opt. Caryophyllor. Nucis moſc. ana ℈. j. Pulveriſata infundantur in ſucco roſarum puro, & exiccentur. Idque ſepties. Poſtea cum ſyrupo de ſtœchad. fiat magdaleon pro pilulis. Quotidiè ante cibum bis ſumat ℥. j. aut ℥. ß. ſacchari roſati, nam confortat omnia viſcera.

Ex Matth. de Grad. Catarrhum ſiſtunt calidum, camphora, pſyllii mucilago, aqua hordei fracti, lactucæ aqua, Pil. Bechicæ cum camphora & bolo arm. Formulæ cum ſem. Papaveris vel lactucæ & Pſilii mucilagine paratæ. Hæc ore detenta proſunt. Deglutiantur verò ſyrup. de Papavere, de

re, de Neuphare, Lohoch de papavere, diacodion. Odorent roſas frigidas furfur, aceto prius infuſum, fabas toſtas & aceto infuſas. Camphoram. (His utendum erit priùs ferè evacuata materia tota, poſt digeſtionem & evacuationem, niſi neceſſitas ob periculum ſuffocationis urgeat, vel ob nimiam tuſſim. Evacuatur pilulis cochiis vel aureis, ſi ſumatur ʒ.ß. veſperi, & tantundem manè.) Valet & ſyrupus de myrtis, & teſticuli infrigidentur cum oleo de nenupharo, & ſimilibus. Lohoch de Pino, cum camphora & bolo armeno laudatur.

Frigidum Catarrhum ſiſtunt grana iij. thuris vel maſticis deglutita, ſpica ore detenta, nigella torrefacta. Sulphur, ſtorax & myrrha, aceto infuſa. Pilulæ ex thure, maſtice & ſpica: Lohoch de Pino cum maſtice & thure.

Tam calidum quàm frigidum ſiſtunt: Dialibani ℥.j. ſumpta in introitu lecti, cum aqua plantaginis, in cauſa calida. In frigida, cum aqua hyſſopi. Siſtit catarrhum, prohibet tuſſim, ac dormire facit. Semen lini toſtum, cum aceto & ſandaracha, ſi inde paretur ſuffumigium.

His nihil proficientibus, ſtante tuſſi aſpera, cum vigiliis, dentur Pilulæ de cynogloſſa Meſues.

In Gallia, ad retinendum Catarrhum, utuntur hoc medicamento, ad tempora, pollicis latitudine:

℞ Maſticis ℥.j. Styracis ℥.ß. Olei myrtini q. ß. pro miſtura emplaſtri mollis. Loco dolenti applicetur emplaſtrum ex pulpa pomorum, lacte muliebri, & pauco croco.

Eraſtus, in literis ad me ſcriptis:

In doloribus dentium ſæpè recurrentibus; præſertim ex frigido humore aut flatu collecto intra dentis radicem & nervum, (talis ſæpè contingit in capitibus generantibus hunc humorem, ſi is caliditate liquetur & deſcendat.) Si tales dolores ſunt vehementes & frequentes, optimum eſt, phlebotomo carne dempta, ita ut dens pateat, eum eximere. Caro diſcindenda eſt primo leviter, poſtridie magis, atque hoc ſæpè, & quantum hoc fieri poteſt, abſque dolore ſaltem longiore. Tum eximendus aut occidendus. Hoc ſi fieri nequit, ſcarificatio fiat, non in ſudatorio, ſed lecto, in ſcapulis & mento, atque ſtatim poſt cubitum utrumque exterius in brachiis. *Conſiliũ pro Principe Hennenbergenſi G. Erneſto.*

Frequenter humores ex capite eliciantur maſticatoriis. Venæ eiuſdem lateris ſub lingua apparentis ſectio, admirabiliter ſæpè profuit; & poteſt tutò ſecari. Coronali ſuturæ inſpergatur Pulvis ſine calore ſiccans & roborans, ex Styrace, Ladano, Roſis, Myrtis. Brachia frequenter fricentur.

Pro ipſo dolore ſedando, ſi frigidis minus iuvatur quàm calidis, infinita poſſunt componi. Præſtans eſt Pulvis ex Zinzibere, Pipere, Macore, cum

cum mica panis in vinum ſtillaticium impoſitus. Cum maduerint, accendatur vinum, & fæces relictæ calidè imponantur denti.

Paſtilli prunis imponendi, ut per infundibulum fumus recipiatur ſeu excipiatur dente dolente, fiunt aliquando præſtantes ex ſemine porri, cæparum, nigellæ, hyoſciamo albo, & ſtyrace, ana, cum ſucco hyoſciami.

Corpore evacuato, & miſſo ſanguine venæ capitalis lateris affect. & adhibitis ventoſis ad ſcapulas & cubitum. Crura & brachia fricentur pannis aſperiuſculis, ad ruborem usque. Genæ dolenti appone ſpongiam, cum lacte calido, ſæpè renovando. Ore teneat anodynon calidum, aut frigidum, pro cauſa & ægri tolerantia.

Si frigidus eſt humor, medicamenta calida vino decoque. Si calidus, frigida. Genæ applicetur veſica plena decoctio malvarum, chameli, aut lactis calidi, cum oleo communi plena. Dolore ceſſante, digerentia adhibe. Si ſenſus adeſt ſuppurationis, frequenter gargariſet. Aquam hordei, cum melle roſato & Rob Mororum immat. aut fructuum rubi cum ſaccharo. Exterior ſuppuratio chirurgo relinquenda, incantationi ſimile eſt, ſectio venæ ſub lingua lateris dolentis aut tumentis. Corpore prius evacuato, & miſſo ex brachio ſanguine.

NB. *Ad dentes dolentes commendabat Crellius*, decoctum veronicæ cum vino. Paracelſus, decoctum Perſicariæ, & rad. Jusquiami, in aceto.

CATARRHUS ET TUSSIS CATARRHALIS.

Pulvis domeſticus præſtantiſſimus **zu den Flüſſen:**

℞ Cubebarum ℥. j. ß. Carui ℥. ij. Elenii ℥.j.ß. Cinamomi ʒ.vj. Pulveriſata miſce. Doſis, teſta juglandis dimidia, manè & veſperi, cum fruſtula panis vino madefacta. Quidam Nobilis præferebat 1000. Aureis.

Tragæa Confortativa cerebri, cordis & ventriculi:

℞ Confect. Carui, ʒ.vj. Confect. aniſi ℥.j. Coriandri, Fœniculi, ana ʒ. vj. Liquiritiæ raſæ ʒ.ij. Galangæ ʒ. ß. Ligni aloës ℈.j. Calami aromatici ʒ.ß. Macis ℈.ij. Cinamomi ʒ.j.ß. Nucis moſc. ℈.ij. Caryophyllor. ʒ.ß. Zinziberis ℈.ij. fiat pulvis groſſus, & miſceantur optimè. Capitur tribus digitis, manè, aliquando & veſperi.

Potio Landgravii Guilhelmi, ad Catarrhos, & ſimiles Capitis affectus:

℞ Liquiritiæ raſæ, Polypodii, ana ℥.ß. Herbar. Agrimoniæ, Betonicæ, Maioranæ, Origani, Salviæ, Hyſſopi, ana M.j. Semin. aniſi, Fœniculi, Carui, ana ℨ.j. Flor. Anthos. Lavendulæ, Betonicæ, ana p.j. Paſſularum ℥.j. Calami, Zinziberis, ana ℨ.j. Coquantur in aqua Betonicæ & Scabioſæ, vel in aqua communi 4.ß.

Colatura dulcoretur cum ſyrupo de ſtœchade, & aromatiſetur cum ℨ. ij. cinamomi, & fiat pro diebus aliquot Potio. Deinde expurgetur cum medicamento facili.

Suffitus, adſtringens Deſtillationes acres & tenues, Fernelii:

℞ Roſar. rub. Maſticis, Vernicis, Succini tuſorum, ana ℥.ß. Miſce.

Trochiſci, ad craſſas & frigidas deſtillationes Cerebrum corroborantes:

℞ S. Melanthii, Succini, ana ℥.ß. Styracis Calamita Benzoini, ana ℨ. iij. Macis, Caryophyllorum, Nucis moſc. ana ℨ.ij. Terantur in Pulverem craſſum pro ſuffitu. Fiunt ex his etiam Trochiſci, addita ℥.j. Myrrhæ & Maſticis, ſolutorum aqua Roſarum.

Pulvis inſpergendus capitis capillis, ad arcendas deſtillationes:

℞ Ligni Aloës, Caryophyll. Succini, ana ℨ.iij. Roſar. rub. Maioranæ, Macis, Nucis moſc. ana ℨ.ij. Miſceantur.

Cucullus, ſeu interſutus pileus, ad deſtillationes & affectus frigidos:

℞ Samqſuchi, Roſ. rub. Anthos, flor. Salviæ, Stœchados, Spicæ Nardi, ana ℨ.ij. Corticis Citri, Cocci infect. Macis, Piperis, Caryophyllor. Nucis moſc. ana ℨ.iij. Fiat Pulvis, qui carpta bombace exceptus coaptetur in cucullum.

Cerebrum quoq; roboratur & ſiccatur, odoratis Nodulis vel Pomis: ℞ Sem. Melanthii torrefacti ℥.ß. Nucis moſcatæ, Spicæ Nardi, Caryophyllorum, ana ℨ.ij. Includantur trita Syndone.

Pomum odoratum: ℞ Roſarum rub. Sampſuchi, Pſeudonardi, ana ℨ.ij. Macis, Xyloaloës, Nucis moſc. Caryophollor. ana ℨ.iij. Styracis, Benzoini, ana ℥.j. Trita excipiantur Ladano puriſſimo vel muci lagine Traganthi, & fingantur globuli pertuſi, aſperſo pulvere Ambræ & Moſchi, ana ℈.ß.

Sapo odorifera: ℞ Maioranæ, Anthos, Lavendulæ, Styracis Calam. ana ℥.ß. Caryophyllor. ℨ.iij. Mentæ, Nucis moſc. Iridis, ana ℨ.ij. Saporis Veneti ℔.j. Cum aqua Spicæ fiant globuli.

Pomum Langii: ℞ Ladani in Roſacea decocti, ut arena optimè reſideat, ℨ.v. Aliptæ, Galliæ moſchatæ, ana ℨ.ij.ß. Cubebarum ℨ.ß. Santalor. omnium, ana ℈.ß. Nucis moſc. ℈.j. Macis ℈.ß. Styracis liq. ℨ.j. Cum modica Therebintina fiat Maſſa, adde Moſchi gr.iij. Ambræ gr.ij. Camphoræ gr.j. Involvatur ſerico.

Trochi-

Trochiſci pro fumo: ℞ Styracis Calam. Benzoi, ana ℥.ß. Ladani ℥.j. Myrrhæ ℥.ß. Maſticis ʒ.vj. Moſchi, Camphoræ, ana gr.j. Excipiantur Tragacantho ſoluto Roſacea, & ex pulticula iſta formentur Trochiſci.

Tragæa optima, pro Catarrhoſis, confortans Cor, & Cerebrum, vulgo vocatur Heckerling oder Pfaffenfutter.

℞ Liquiritiæ raſæ ʒ.ij. Galangæ ʒ.ß. Ligni Aloes ℈j. Calami Aromatici ʒ.ß. Macis ℈ij. Cinamomi opt. ʒj. ß. Nucis moſc, ℈ij. Caryophyllor. ʒ. ß. Zinzib. ℈ij. Confect. Aniſi, fœniculi, carui, Coriandri, ana ʒ.vj. Inciſis incidendis fiat pulvis, groſſus, & capitur tribus digitis.

Potio loco Vini: ℞ Aquæ communis lib.*j*. Cinamomi fracti ℥. ß. Paſſularum mund. ℥.j. ß. Sacchari albi ℥, j. Bulliant ad caſum partis tertiæ.

Deceptivum pro ægris, fit fruſtis Cotoneorum, dempto Cortice & ſemine, ſolutis in Aqua, Colatura aſſervetur, picato vaſe. Aut ex Miva Cotoneorũ. Potus ex carnib. cotonei mali ſiccatis.

Potio Ducis Erici, Aquæ mens ij.ß. Sacchari lib, ß. Aniſorum ℥.j. Cãnellæ ℥.j.ß. Coquantur in olla nova per horam, tegatur duplici linteo, & refrigeretur.

Aut Sacchari Candi lib. ß. Liquiritiæ ℥.j. Prunorum vng. M. j. Cancellæ ʒ.i*j*. Decoquantur vt ſupra. Tamarindi guſtui & Viſui arrident.

Auguſtanorum: Aquæ Cantharos iiij. Coriandri præparati ℥.ij. Seminis acetoſæ ℥.j. Coque ad caſum p. j. Vel bibant decoctæ pulpæ acidæ ceraſorum vel prunorum.

Iulep optimum fit, ex lib. j. Roſaceæ aut Violaceæ, addita ʒ. j. Sandali rub. triti. Aquæ, vbi rubuerit, adde gr.iij. Moſchi, Camphoræ gr.vj. Sacchari q.ß. nempe ℥.iij. aut iiij. Aromatiſetur Cinamomo. Sic & ex Aquis herbarum calidarum poteſt parari. Melius fit externa infuſione cum ſaccharo decocta.

Aliter; Conſerva Sacchari &c. Cum ſua Aqua bulliat, colatura coquatur ſ.a.

Manardus: Suavius fit ſaccharum Roſ. ex Succo ipſarum demptis unguibus, cũ ſaccharo in formam placentæ decocto, & purgatorium hoc eſt.

Potiones Pectorales pro Catarrhoſis & Tuſſientibus.

Aqua Mellis jucunda: ℞ Anthos ℥.j. ß. Zinzib. ℥.j. Cinamomi ℥.j. Paſſularum ℥.*j*. Aquæ lib. 30. ad caſum partis quintæ. Adde Mellis lib. ß. Coquendo deſpumentur ad libras fere. XIX. Colentur ter vel quater. Communiter fit ex M.j. Aquæ & Mellis p. octava.

Metthobij: Paſſularum M.j. Aniſorum, Canellæ, ana ℥.iij. Coriand. ℥.ij. Coquantur in cantharis. Aquæ ij. ad caſum partis tertiæ. Parantur & ex Cantharo aquarum deſtillatarum, cum ℥.i*j*. vel iij. Syr. vel ſacchari.

Aqua Sachari: ℞ Sacchari ℥.j. aquæ ℥.xx. Coque addimidium.

Aqua mellis: Mellis lib.ß. aquæ lib. iiij.ß.vel mellis ℥.j.Aquæ ℥.viij.

Aqua Hordei: ex libra Hordei (fricetur panno aſpero ad caſum corticis exterioris,& calida lavetur) Aquę lib.xx.buliat ad dimidium.

Ludovici de Leonis. *In Catarrho deſcendente*, non vtendum aſtringentibus, cum Caput ſit repletum,Sed ℞ Diacodii, Sacchari Roſar.ana ℥.vj.Diapenidii ℥.ß.miſce, & ſumat patiens ad quantitatem Caſtaneæ,manè & Serò, & quando vult.

Rotulæ, Elidæi Doctoris,optimæ:

℞ Diapapaveris,Diacodij, Gummi Arab.Traganti,Amili,ana ℨj.Boli armeni ℥.ß. Sacchari albiſſimi diſſoluti Aqua Caballinæ q.ß.pro rotulis ß.a.

Vt Catarrhus, ad pectus deſcendens,per Nares fluat:

℞ Aquæ Maioranæ, Succi bliti depurati,ana ℥.j.Aqua hordei ℥.viij. Sacchari fini parum, & calidum naribus attrahatur.

Cerotum, confortans Cerebrum, & detinens Catarrhi materiam:

℞ Aloes,Pulegii, calamenti montani, corticis citri,ana,fiat Pulvis, ex quo cum ladano & modico aceti fiat cerotum ſuper commiſſura coronali. Vidi quod ſubito juvit.

Si ſit ſuffocans & Syncopen faciens, apponatur ventoſa magna cum multo igne ad coronalem. Credo quod & acuta ſuperfricata prodeſſent, vt cepa,ſquilla,

Sacculus Capitalis ad deſcenſum Guttæ:

℞ Nucis muſc.Ladani, corticum citri, ana ℥.j.Caryophyllor.Olibani, ana ℈ij.Spicæ ℥.ß.Roſar.rub. Bethonicæ,Sampſuchi,Stœchados, Aſari, ana ℥. j. Terantur, & fiat ſacculus cum ſyndone.

Gargariſmus zum böſen Halß: ex Aqua Prunellæ,colata cum ſaccharo Roſato.

Pulvis ad Tuſſim Catarralem calidum:

℞ Specier Diatrion ſantal. Spec. Diatrag.frig.Spec.Diapapaveris, penidiarum, ana ℥.ß.Miſce,& fiat Pulvis vt Alcool, de quo ſumat ſemper per horas ij. ante Cibum,in aqua Bugloſſæ vel violarum. Poſt cibum ſumat Coriand.præparat. vel Diacitonium.

In Tuſſi omni Regis Poloniæ: Paretur pomum,impoſito croco & Saccharo cando, aſſeturque ſub cineribus, & mundatum comedatur.

Optimum eſt in tuſſi, ſi in aqua ſalviæ ſaccharum Candum accenſum deſtillatur & exhibetur.

Electuarium Ludovici de Leonibus,ad Tuſſim calidam & ſiccam:

℞ Diapenidionis ſine Spec. cum Zuch.

Zuch. Diatragaganti. Lohoch de farfare, de Mucilaginibus, Mannæ granatæ, ana ℥. j. Cum Syrupo violato q.ſ. fiat miſcendo Electuarium ſ.a.

Lohoch optim. ad Tuſſim puerorum.

℞ Grana Pini, coquantur in aqua fœniculi perfectè. Expreſſum adde Zuch. & penid. q.ſ. & fiat Lohoch molle. Melius erit, ſi fiat cum amygdalino, de quo ſæpe pone in ore ipſorum.

Pilulæ optimæ, in Tuſſi Catarrhali frigida.

℞ Thuris albi, maſticis, ladani, Sādarachæ, ana ℥. ij. Ligni Aloes, nucis moſcatæ. ana ℥. ſ. Ambræ ℈j, muſci ℈ſ. Cum Syrupo de Stœchade fiant Pilulę inſtar Lupinorum, ſerò ſumendæ ituris cubitum. Pomo in duas partes diviſo Thus impone cavitati, & aſſatum exhibe. Item ℞. Therebintinæ, Mellis crudi, ana fiat Electuarium. Aut Electuar. ex melle & Rad. Iridis. Item Therebintina ſola, data in Hoſtia. Galenus 5. de tuenda ſanitate.

Vnguentum Pectorale Optimum:

℞ Mucilaginum Altheæ, ſeminis Lini, fœnu græci, Pingued. Gallinæ, Anatis, butyri recentis, ſine Sale, Ol. Amygd. dul. ana ℥. j. Croci, gran. viij. Cerę albæ parum, miſceantur, & fiat vnguentum molle.

Aliud: ℞ Butyri non ſaliti, medullæ cruris Vaccæ, ana ℥. iij. Pingued. Anſeris, Anatis, Galiinæ, Mucilaginum Altheæ, ſem. Lini, fœnu græci, ana ℥. j. Olei amygd. dulcium ℥. vj. Ceræ albæ q.ſ. miſceantur probe, & fiat vnguentum ſ.a.

Syrupus præſtans Montani:

℞ Capitum papaveris albi, num. 20. Liquiritiæ raſæ ℥. ij. Carnis ſiliquarum ping. ℥. iij. bulliant in lib. 12. Aquæ fontis ad caſum decem librarum, cum ſacchari albi lib. j. & Penidiarum ℥. iij. fiat Syrupus ſ.a. de quo ſæpè lambendum.

Syrupus præſtans, Elidæi:

℞ Pruna Damaſcena & Iuiubas, ana num. 14. Paſſular. mundat. ℥. j. ſ. Ficus pingues, Dactylos, ana num. iij. Bechii, ſcabioſæ ana M. ſ. Hyſſopi p. j. Glycyrrhicæ raſæ ℥. vj. Decoquantur, & in colato, ad lib. j. diſſolve ſacchari albiſſimi quart. iij. Elect. diaireos ſinap. ℥. ij. aut iij. fiat Syrupus ſ.a.

Ad Tuſſim, ex Matth. de Grad.

Habita intentione ad materiam iam fluxam, ſeu aggregatam (ſi enim adhuc fluat, catarrhi curatio eſt inſtituēda) Si ea ſit calida & ſubtilis, præparetur. In quo caſu valent Syrupus violatus, de Iuiubis, de Myrto (ſi adſit fluxus ventris) cum aqua decoctionis Capillor. ♀ Violarum, & ſacchari, vel Hordei excorticati & ſebeſten. Decoctum caricarum in Vino, cum pulegio & Hyſſopo. Aqua hordei calidæ Vitrum, cum ſaccharo albo,

albo, in introitu lecti. Decoctio Hyſſopi, cum ſeminibus frigidis. Aqua violarum, portulacæ lactucæ, Nenupharis, decoctionis papaveris, liquiritiæ, diatragantum, ſaccharum violatum, ſaccharum album infuſum parumper in aqua hordei, & ſuctum ore. Confectio facta ex ſebeſten & Iuiubarum pulpa cum ſaccharo.

In materia nimis ſubtili: Syrupus de papavere, diacodion, ſed moderatè. Pil. de arnogloſſa, Alexandri. Pil. Meſues, ad omnes morbos catarrhi.

Poſtea evacuabis materiam calidam, ſi ea ſit abundans in corpore vel viis communibus, & fovent materiam in pulmone. Provocentur menſes vel Hemorrhoides, ſi ſit opus.

Evacuantia ſunt: Caſſia cum decoctione ſebeſten, paſſularum, juiubarum, & Iſopi parum. Cum Elect. de Pſilio, & diaprunis ſolut. ana ℨ.j. In materia mediocri valet Diacatholicon cum ſolutivis dictis.

Si Cerebrum ſit catarrhoſum, acharicus trochiſc. cũ nuce moſc. vel Cubebis. Iera magna, cum Pil. de Aſaireth, in materia Salſa acuta. Maſticinæ, Pil. de agarico Meſues.

Valent & in materia calida: Manna, roſatum Meſ. de ſucco roſar. diaprunis ſcammo Pil. aureæ à ʒ. *j.* ad ℈iiij.

Sin materia non ſit abundans in toto (idem & in materia frigida obſervandum) ſat erit ſputo eam educere, cum iis, quæ ſupra ſunt dicta in digeſtivis. *Valent & iſta*: Eclegma de papavere, Diacodion, ſacchar. Violatum, Iulep & Syrupus violatus. Tragacanthum diatragantum, decoctum hordei ſaccharatum. Sumantur iſta paulatim ex cochleari. *Pectus vero inungatur* Oleo Violato, cum mucilagine ſem. cotoneorum.

Pro exiccatione materiæ reſiduæ humidæ, & liquidæ, commendantur: Arſenicum rub. Stercus Leporis, farina hordei, cum corticibus phiſticorum. Ariſtolochia. Myrrha, Caſtoreum, Galbanum, Storax, ſulphur. Incorporantur cum butyro vaccino aut vitello ovi, pro ſuffumigio. Arſenicum cum aqua mellis, ſulphur cum ovo ſorbili. (Hæc magis conveniunt in robuſtis & craſſis, & ſi materia multa ac ſufficiens adſit, alias ſunt ſuſpecta) Mattheus his profert Cyminum cum aqua Rutæ, vel Hyſſopi, vel Enulæ. Item pulverem calamenthi ſumptum ante prandium, cum ficubus ping. calefactis. Electuar. ex Myrrha. Ariſtolochia rotunda cum melle. Item ℞ praſſii, Leviſtici, folior. Hyſſopi & ſatureiæ, ana M. ß. Rad. Enulæ ʒ. ß. Thimi, Ariſtolochiæ, ana ʒ.ij. Bulliant in ij. bocalibus aquæ ad conſumptionem partis tertiæ, & facta colarura, ſumantur ℥.iiij. vel v. cum Melle. Laudantur tamen magis ſuffumigia.

Poſtremo pro confortatione Pectoris & Reſolutione materierum remanentiũ, laudantur: Rob & Syr. ex ſucco granorum Myrti cum ʒ. j. ß. pulmon. vulpis præparat. vel cum croco. Suffumigium ex radicibus Bechij à proprietate. *Ad quietandũ* materias, ſi opus ſit, vtere pilulis ſtupefactivis Autoris.

Dum

Dum priora fiunt, in materia tam calida, quàm frigida, divertatur materia cum fricatione inferiorum. Ventoſatione crurium & natium, ac ſpatularum poſtea, (ſi materia fluat ad pectus) cum ruptoriis poſt aures ex ficubus & ſinapi, cum ſetone & cauterio, cum clyſteriis appropriatis, cum phlebotomia, ſi opus ſit. Friceturpectus cum panno, ad ruborem, purgato prius corpore. Fiant ſacculi cerebrum ſiccantes & roborantes, vt ſupra in catarrho.

Materiam vero frigidam præparant: Mel Roſatum, cum aqua decoctionis Thuris, Maſticis, Spicæ, Nucis moſcatæ, & ſimilium. Cum aqua Bugloſſæ. Mel roſatum, cum ſyr. de liquiritia, decoctum Hyſſopi, liquiritiæ, capillor. ♀.

Si materia ſit magis Viſcoſa: Oxymel, ſyr. de praſio, cum aqua fœniculi, Bethonicæ, Bugloſſæ, ſcabioſæ, farfaræ decoctæ, liquiritiæ, ficuũ ſiccatum, Dactylorum. Electuarium ex ſucco caulium clarificato & melle. Diabugloſſatum, diairis, Diamoſ. dul. & amarum. Lohoch ſanum, Lohoch de Pino, de ſquilla in maxima groſſa. Diapenidion. Pineæ cũ melle.

Evacuant præparatam, ſi abundat in toto, vel in viis communibus, Pil. de agarico, cochiæ, maſticinæ. Aloephãginæ, agaricus trochiſcatus, Hiera ſimp. & compoſita, Terebintina cum melle, Ius Galli decrepiti, cocti cum Carthamo.

Si materia non ſit nimia, Sat erit per ſputum eam evacuare, vt antea dictum in digeſtivis.

Si ſit liquida, vt nequeat omnino expurgari, fiant Suffumigia, vt ſupra.

Vltimo pro roboratione Pectoris & ſedanda Tuſſi reliqua, valent: Syr. de Myrto cum croci & Myrrhæ modico. Pulveris pulmonis vulpis ℥.j. ß. cum aqua Hyſſopi & melle. Crocus cum melle vel Syr. de Hyſſopo. Similiter nuces cupreſſi & grana Pineæ Inungatur pectus cum mucilagine Malvæ, Althęæ, fœnu græci, vel pinguedine anſeris, cum oleo amygdalino, Camemelino, & modico croci, ſuperponendo lanam vel cotum.

N. De Tuſſi puerorum, vide ibidem, in fine capitis.

Tragema, Doctoris Nævij, Medici Ducis & Electoris Saxoniæ, ad difficilem anhelitum.

℞ Folior. Marrubij albi, ℥.j. Rad. Enulæ, ℥.j.ß. Iridis, ℥.j. Ariſtologiæ rot. ℥.j. Liquiritiæ raſæ, ℈iiij. Pulmonis vulpis, ℈iiij. Cinamomi opt. ℥.ij. Croci orient. ℈j. Sem. Aniſi, fœniculi, ana ℈ij. Sacchari, ad pondus omniũ pulveriſatorum, miſceantur probè, & fiat Tragema, cui addatur ℥.j. Specier. Diapenidij Doſis, manè & Veſperi, quantum poteſt tribus digitis capi.

Secretum cuiuſdam Chirurgi, præſtantiſſimum ad tuſſim, & in Catarrho defluente ad pectus, erodente:

℞ Tragacanthi, Gummi Arab. Succi liquiritiæ, ana ℥.j. Cum ſapa

dulci q.ß.fiat paſta, & ponatur ſub lingua magnitudine fabæ dimidiæ.

Montanus: Saccharum aſpergatur cum Roſacea albo ovi concuſſo, de quo teneat ſub lingua.

Pulveres optimi, pro Catarrhoſis, poſt Cœnam, quibus non ſuperbibendum:

℞ Cinamomi electi ℥.ß.fragmentorum Lapid.precioſor,ana ℈ß. Oſſis de corde cervi ℈ß. ſeminis meliſſæ ʒ.ß. ſacchari optimi,℥. ß. Miſcentur pulveriſata minutiſſimè, & fiat Pulvis.

Alio modo: ℞ Cinamomi electi ʒ. ß. Coriandri præparati, ʒ.j.ß. Seminis Meliſſæ ʒ. ß. Raſuræ cornu cervi vſti, Corallor. rub.ana ℈j. Sacchari, ʒ.vj.Miſceantur pro Pulvere.

Pulvis alius: ℞ Cinamomi opt. ʒ, ß. Sem.Meliſſæ,ʒ.j. Coriandri præparati ʒ.*j*. ß. pellicularum ventriculorum galli,ʒ.j.ſacchari,℥.j.Pulveriſata optimè miſceantur.

Pulvis optimus Fontanoni:

℞ Coriandri præparati ℥. ij. Sem. fœniculi,Aniſi, carui, Cinamomi, ana ℥ß.Maceris ʒ.j.Sacchari ad pondus omnium,miſce.

Aut ℞ Coriandri præparati ʒ.iij. pul.Diacytonites cum ſpeciebus, ʒ. iij.Aniſi,Cinamomi,ana ʒ. iiij. pellicular. Ventriculorum Gallinarum præparat. ʒ.ij,ß. Maceris ʒ.j.ſacchari optimi.ad pondus omnium, fiat pulvis pro fine paſtus.

Doctoris Mitthobij Bruſttranck.

℞ Hyſſopi. violarum,ſalviæ, ana M.j. Ficuum 12. Paſſularum enucleatur.M.ij. Aniſi, fœniculi, ana ℥. ß.Liquiritiæ, ℥.j.Folior. Senæ ℥.j. (pro pueris omittantur) Iridis ℥. ß. Contuſis contundendis,& Coquantur in olla nova in tribus aquæ cantharis, ad caſum dimidij. Colatum bibatur manè calidum. Subtepida verò Veſperi,& inter paſtum, quam diu tuſſis moleſta eſt.

N. Mel,in quo macerata eſt per dies ij, Radix enulę inciſa.

Pulvis præſtans Capitalis, Doctoris Manardi:

℞ Sem.fœniculi, Coriandri præparati aceto,ana ʒ.ij.Maceris ʒ.j.Caryophyllor.Nucis muſc. ana ʒ. j. Ligni Aloes ʒ.*j*.ſacchari optimi,lib. ß. Fiat pulvis non omnino tenuis, cuius cochlear noctu ante cubitum deglutiat. Vel ℞ Coriandri præparati ʒ.*j*.Sem.Aniſi,fœniculi,ana ʒ.*ij*. Macis,Cinamomi ana ʒ.*j*.Santalor. alb. ʒ.j.ß.Spicæ odoratæ ʒ.x. ſacchari,ad pondus omnium,h.e.ʒ.*ij*. Pulveriſata probè miſceantur.

Pulvis Doctoris Eraſti: ℞ Coriandri præparati, Aniſorum, fœniculi,ana ʒ. j.Santali albi,ſem.Acetoſæ,ſem. Berberorum, Roſar.rub.(hæc quatuor conſtituunt ſpecies diacotonei frig.) Ligni Aloes,ſpadii Off.ana ℈*ij*. Cinamomi,macis; Caryophyllor.ana ℈j.Boli orient.ʒ.j.Sacchari, ad pondus omnium,miſceantur.

De-

Deſcriptiones talium Pulverum, & aliarum formularum ad Catarrhoſum Cerebrum, vide cap. 1. de affectionibus capitis.

Electuarium efficaciſſimum Iohannis Wilhelmi, Ducis Saxoniæ:

℞ Loch Sani, Loch de Pino, de pulmone Vulpis, ana ℥. j. Pul. Rad. Iridis Illyr. Enulæ, ana ʒ. ij. cum Syrupo de Hyſſopo q. ſ. fiat Lohoch molle. Commendabatur, plurimum à Principe Hennenbergenſe Boppone, & aliis omnibus præferebatur, Poſſunt addi conſervar. Boraginis, Roſarum, ana ℥. j. Vltimo oleo Aniſorum.

Electuarium, pro Officina noſtra: ℞ Conſer. Roſarum, flor. ſcabioſæ, flor. ſymphiti, Borraginis, violar. ana ℥. ij. ſ. Pul. rad. Enulæ, Imperatoriæ, Iridis Illyr. ana ʒ. vj. Olei ex Reſina Pini ℈iiij. Syrup. de Hyſſopo q. ſ. pro incorporando.

Eraſtus, in Literis ad me ſcriptis, Anno 1580.

Tuſſientes poſt ſolutionem Febris Epidemicæ, ſubſcripto linctu frequenter vſi omnes convaluerunt: ℞ Syr. ſcabioſæ, de Glycyrrhiza, de Hyſſopo, ana ℥. j. Mannæ puræ & electæ ℥. ſ. Aquæ Cinamomi ℥. j. Spermatis ceti ʒ. j. Pul. Iridis florentinæ ℈iiij. Miſceantur probe, & fiat Lohoch, pro vſu continuo & frequenti.

Aliud Lohoch præſtans: ℞ Syrupi violar. Iuiubini, flor. Papaveris ſyl. Mivę, ana ℥. j. Sacchari Penidii, Candi albi, ana ℥. ſ. Specier. Diatrag. frig. ſymphiti, ana ʒ. iij. Terræ ſigill. ſileſiacæ ʒ. j. Miſceantur, & fiat Lohoch.

Diabutyrum, Doct. Ludovici de ♌, valens in Strictura Pectoris & Aſthmate.

℞ Butyri recentis, novies loti, q. ſ. Caricarum pinguium, Paſſularum enucleat. ana ʒ. xxx. Dactylor. ping. Granor. Pini, Amygd. amar. ana ʒ. xx. Succi Liquiritiæ, Gummi Tragag. Hyſſopi ſicci, ana ʒ. xv. Ireos, thymi, ſatureiæ, ana ʒ. ij. Praſſii, Pulegii, ſem. vrticæ, ana ʒ. x. Cinamomi electi, Zinzib. alb Pyrethri, ana ʒ. viiij. Caryophyll. Galangæ optimæ, Piperis nigri, Aniſi, carui, cardamomi, ana ʒ. iij. Ligni aloes crudi, Nucis muſc. ana ʒ. j ſ Caricas, Paſſul. & Dactyl. pone tritos in mortario, tribus diebus, in ſ. q. aquæ in vaſe Stanneo infunde. Die tertio. lento igne decoq; ac violenter exprime. Poſtea ipſo tepido facto cum eo butyrum manibus prius ſtringendo diſſolve, & abiectis Mellis libris vj. iterum coque ad lentas prunas ad mellis ſpiſſitudinem. Pineas deinde & amygd. inſtar Electuarii tritas adde, & in mortario ſine intermiſſione tundendo, recondе. Vltimo alia ſubtiliſſimè pulveriſata adde, & diu miſcendo confice, confectum in ſubtili vaſe reconde. Quidam addunt confecto Pul. Pulmonis Vulpis ℥. ij. & butyrum prius lavent in Aqua capillor, ♀.

Electuarium hoc magni eſt mo-

 menti,

menti,& quotidie ter eſt dandum, ante prandium & cœnam per duas horas,& quando itur dormitum.

Montanus in tuſsi ſicca & Catarrho : ℞ Olei amygd.dul.recentis ℥. ß. Penidiarum,ana miſce.

Pandectarius : ℞ Hyſſopi, vrticæ, Liquiritiæ,Paſſularum,Ireos, ana ℥. ß.Praſſii albi, Capillor. ♀ Farfaræ, ana M.ß. Caricarum, Iuiubar. ana num.x.Bulliant in ß.q. Aquæ ad caſum partis tertiæ. Doſis ℥. ij. per 6. dies,mane.Deinde purgetur.

℞ Hyſſopi,folior.Tamariſci,Pimpinellæ,Capillor. ♀. Radicum Iringii & fœniculi,ana q.vis,& deſtillentur.Aqua iſta detur Aſthmatico.

Claretum optimum,pro Pectore:

℞ Enulæ,Iridis, Cubebarum, ana ℨ.ij.Liquiritiæ ℨ.ß.Canellæ ℨ.vj. ſacchari fini lib.ß. Vini odoriferi Cantharos ij.Paſſentur xij.vicibus.

Pulvis,ad fiſtulam Pectoris:

℞ Tapſi barbati, Agrimoniæ, Chelidoniæ folia & radices,ana M.j.deſicca ad vmbram, & pulveriſentur, ac addatur ſulphuris vivi, Armoniaci,ana ℥.j.De quo Pulvere pone ſuper fiſtulam,& exiccabit eam.

Claretum præſtans, ad Fiſtulam ſuperſanatam in Pectore, *vt Sanies tota per os exeat*:

℞ Scabioſæ, Capillor. Veneris Ambroſię,Pimpinellæ, Agrimoniæ, Rutæ,Bethonicæ,Mille folii, Mentaſtri, Rad.rubiæ, venti maioris, Caulium rub.Canabis,ana M.ij. Succi Liquirit. Paſſularum ſine arillis, ana ℥.ß.Hyſſop.M.ij. Caricarum,nu. x.Conſolidæ vtriuſque,ana ℥.ß.Conterantur omnia,&miſceantur,&cum lib.viij.boni vini albi miſceantur, & adde lib.iij.Mellis communis, bulliant ad conſumptionem 8.partis Vini.Colatura purificetur, vt fiat inſtar Clareti.

Ad raucedinem : Fiat Gargariſmus ex oleo violato,Roſato, & Lacte amygdalino. Comedat iturus cubitum ova recentia cum oleo & pipere.

Mithobij : ℞ Succi liquiritiæ, Sacchari albiſſimi,ana ℥.ij. Amyli, Traganthi, Amygd.dul.ana ℥ j.Fermentur Bechica cum Aqua mucilaginis ſem.cotoneorum.

Potus fit ex Hyſſopo, capillis ♀. Ruta muraria, caricis, dactylis, ſebeſtis,paſſulis & liquiritia, ac hordeo,ana coctis in Aqua.

Thomas Eraſtus: Betus Bononienſis catarrhos deploratos ſanabat pulvere ex ſandaracha Iuniperin. Roſis, Thure & Caryophillis,ana. Linteolis hoc ſuffitis manè caput ſiccetur probè.Nec non pars antiqui lapidis molaris ponatur in vaſe ignita extinguatur,aſperſo pulvere,cum aceto, fumus naribus & toto capite excipiatur,capite vndiq; cũ linteo tecto, ne vapor expiret.℞ Sãdarachæ, Thuris, Ligni Aloes,roſar. rub. ſiccarũ, ana ℨj.coryophyllor.ℨ.ß.miſceãtur,&fiat Pulvis.℞ Thuris, maſticis, ladani, Styracis Calamin. ana ℨ j. Miſce.

Arcu-

Arculanus : Suffitus ex Thure, Vernice, Caſtoreo, Styrace ſicca, Ligno aloës, ana, Confectis cum Pice, vel Reſina Pini, vel Ladano.

Formulas Cerebrũ roborantes, ut ſuffitus, poma, cucuphas, &c. vide ſupra in principio libri.

Syrupus Lobelii, ex Eryſimo, cuius beneficio plurimi ex diuturno, Aſthmate & raucedine immedicabili reſtituti ſunt:

℞ Eryſimi (Fuchſius vocat verbenam ſacrinam, cordus nobilem erucam, Matth. Eryſimum alterum) M.ij. Rad. Elenii, glycyrrhicæ, tuſſilaginis ſuccoſæ, ana ℥.ij. Boraginis, cichorei, capill. Veneris, ana M.j.ß. flor. cordialium, ſtœchadis, anthos vel betonicæ, ana M.ß. aniſi ℥.vj. Paſſular. mundat ℥.ij. Inciſis & contuſis fiat decoctio in ß.q. Aquæ hordei, hydromelitis, & ℥.vj. Succi Irionis ſeu Eryſimi ad ℔.ij. vel.iij. In expreſſo diſſolve Sacchari q.ß. & fiat Syrupus, quo diu & continuè utendum.

AFFECTIONES THORACIS.

Ad ſiccitatem pectoris : ℞ Aquarum hordei ex decoctione Tragaganti, & frequenter bibito. Item Tragagantum in aqua roſarum diſſolutum & expreſſum, cum ſucco liquiritiæ conficiantur pil. quæ nocte teneantur ſub lingua.

Sanguinem reiicientibus opem præſtat maximam Parietariæ ſuccus bibitus.

Bruſt-Tranck *Senioris Principis ab Hennenberg, Guilhelmi:*

Von kleinen vnd groſſen Roſinen / Feigen / Stein-wurtz oder Engelſüß / ſüß Holtz vnd Aniskörner / in Waſſer geſotten. Item Salbey / Iſopen / Rauten / ij. Pfen. ſüß Holtz / iiij. Pfen. Fenchel / in halb Waſſer vnd Wein geſotten. (Diß mag ein herrlicher Tranck für ſo ein alten Fürſten ſeyn.)

Ad Aſthma : Pulvis laccæ ſumatur cum ovo, ieiuno ſtomacho. Valet plurimum ad Orthopnæam, aqua ſublimata noſtri Diptamni. Optimum eſt aliquot diebus manè ſumere quantitatem iuglandis, terebintinæ & mellis, ana. Aut alternis diebus ſumere pilulam maſtichinam.

Syrupus optimus : ℞ Succi ſcabioſæ, hyſſopi, praſſii, calamenti, ana ℔.j. depurentur, & cum ſaccharo fiat ſyrupus perfectus.

Item ſulphur calefactum in furno aut foco, extingue & diſſolve in aqua. Inde aliam ſuperinfunde, toties, ut

odorem remittat. Poſtea cum melle deſpumato, ſaccharo violato, ana q. ß. in parva olla coque & incorpora ſ. a. eſt enim efficaciſſimum.

Ad Tuſſim, ex Dioſcor. cap. de Calamo: ℞ Calami aromatici, Terebintinæ, reſinæ, ana: Ponantur ſuper carbones, & accipiatur fumus per os.

Electuarium Elidæi, ad tuſſim:

℞ Mannæ, Penidiarum, ana ℥. ß. cum oleo amigd. dulcium recenti fiat electuarium.

Item ℞ Mucilag. ſem. lini, altheæ. ol. lilior. alb. pingued. anſeris, ana ℥. ß. croci ℈. ß. ceræ parum, fiat inunctio mollis ad totum pectus.

In tuſſi materiæ tenuis, ℞ Diacodii, diapenidionis, ana ℥. j. cum julep violato fiat electuarium.

Lohoch in tuſſi puerorum:

℞ Seminis lini torrefacti, ʒ. iiij. mellis q. ß. fiat Lohoch.

In adultis & catarrho calido valent Pilul. de Cynogloſſa granor. vij. provice.

Confectio optima commendata à Montano, deſcripta à Lyſia Medico 7. de comp. Local. ad craſſos humores in pulmone præparandos, incidendos & abſtergendos, ita ut aſperſa arteria non lædatur:

℞ Croci, myrrhæ, ſucci glycirrhicæ, thuris, caſſiæ aromaticæ, ana ʒ. j. Piperis gr. 24. Paſſi cretici, mellis attici, ana cyathos tres.

In catarrho defluente ad collum, Lucas Chinus iuſſit abſtinere à vino, & uti aqua, in qua cinamomum cum modico ſacchari ſit decoctum. Loco cibi utatur pane cocto. Veſperi & manè lavet pedes & brachia aqua calida ad derivationem. Inungat partem dolentem oleo camemelino. Hac ſimplici ratione ſe multos à Catarrho liberaſſe aſſerebat.

Montanus: Catarrhum exiccat & corroborat cornu cervi uſtum, cum ſaccharo vel julep, pro bolo armeno, qui adſtringit; nec enim eſt Galenicus.

Elidæus curat Catarrhos ſemper contraria cauſæ apponens. In calido & ſubtili, pro incraſſatione dabat ſyrup. violatum, & iuiubinum, de papavere cum aqua violarum & lactucæ, vel hordei. Aut ſyrupum de papavere, ſi ſit valdè ſubtilis. In ore teneant tragantum frig. ſaccharum roſatum, diacodion. Deinde evacuabat cum Pil. aſſaireth à cœna. Fortiores ſunt Pil. de agarico Meſ. Ante Syrupos detur bolus ex ℥. j. floris caſſiæ, & ʒ. ij. Electuar. roſ. Meſ. aut agarici trochiſcati ℈. iiij. Aut mannam cum Rhabarb. cum infuſione, pro divitibus. Si adſit ſanguis copia (aut ſi cum febre) ſecetur baſilica dextra, ad ℥. iiij. aut vj. Sæpè à cœna utatur ſaccharo roſato.

Frigidus Catarrhus eſt attenuandus & incidendus cum melle roſ. ſyr. de betonica, oxymelle ſimp. cum aqua ſalviæ, betonicæ, &c. Fortior eſt ſyr. de ſtœchade

chade. Poſtea evacuabitur cum Pil. de agarico Meſ.cùm cochiis. Per nares trahatur aqua hordei cum ſaccharo, aut ſuccus ireos cum oleo eius, & modico ceræ, addendo aliquando ij.gran.Elatorii fiat paſta pro naribus. Item fiant maſticatoria ß.a. Laudatur & uſus Mithridati pro confortando cerebro. Item parantur lotiones corroborantes caput. Quibus omnibus non conferentibus, tandem ad veſicatoria ſuturæ coronalis deveniendum, & ultimo ad thermas ſulphureas, & ſtillicidia tam naturalia, quàm arte parata.

In Catarrho ſalſo tenui, præter prædicta, utilia ſunt: Aqua hordei cum ſaccharo, poſt cœnam, Pil.bechicæ, diacodion, diatrag. cum bolo ℈.ß. Pil. de cynogloſſa. Magis infrigidat & conſtringit; ℞ Amyli, draganti, amigd.excort. farinæ fab.ſeminis Papaveris utriusque & corticum eius, gummi arab.boli armeni, ana. Far formulas cum mucilagine Pſyllii & ſem.cotoneorum. Ultimò fac cauterium in capite, tibia aut brachio.

Item electuarium ex manna, ℥.j.caſſia ℨ.vj. penidiis ℥.ij.cum oleo amyg. dul.aut ex ſaccharo violato, draganto, diapenidione.

In Catarrho ſalſo, cum utplurimum habeat colligentiam ab epate, ideò laudo aquas ferreas minerales, qualis eſt della villa in comitat.Lucano. Cibi ſunt cucurbita, & ſimilia, ptiſana hordei, farina amyli cum ſaccharo, & oleo amygd.dulci, cum ſeminibus melonis in brodio pulli, ſine ſale. Vitelli ovorum ſorbilium, aquam Zucharatam bibat. ℞ Boli armeni loti roſacea ℈.ij.pulveriſetur, ac cum ſyrupo violato miſce, & detur ingredienti lectum. Laudatur & Savonea facta cum aqua violarum. Pectus inungatur oleo violato, amigd. dul.& butyro. Valet & conſer.Nenupharis, poſt cœnam. Similiter pulvis capitalis ex rebus frigidis, in Sutura Coronali, ex Roſis, Myrto, Sandalis, Corallis, Sumach, Gallis, &c.

Si ſit ſalſus & craſſus, vitentur incraſſantia, & detur decoctio Pectoralis, ex hyſſopo, capill.♀.liquiritiæ, ficubus, ſem.althææ & malvæ. In ore teneat dragantum cum pauco Lohoch de Pino.

Syrupus præſtans, ad Catarrhum præfocativum:

℞ Agarici ℥.j. Infundatur in aqua capillor.Veneris ℔.j.horis 24. Facta expreſſione aromatizetur & Syrupizetur cum ſaccharo albo ad ſufficientem cocturam.

In anhelitus difficultate: ℞ Trochiſcor.de violis, ſine ſcammo.ℨ.ij.mannæ electæ ℥.ij. cum decoctione pectorali q.ß.fiat Potus.

Rotulæ præſtantes, pro Catarrho:

Frigido: ℞ Turbith. electi ℨ.j.ß. Zinziberis, cinamomi optimi, ana ℈.ß. Sacchari diſſoluti in aqua capill. ♀ q.ß.fiat confectio in rotulis, & eſt una Doſis in adultio.

Elsdæus

Elidæus, in puerorum tuſſi & anhelitus difficultate:

℞ Mannæ electæ ℥. ß. Penidiorum ℥.iij.cum ol. amydg.dul.recenti fiat electuarium.

Ad tuſsim diuturnam: ℞ Sulphuris vivi, optimè triti ℥.j.Benzoini ℈.ij. Datur manè & ante ſomnum cum ovo ſorbili.

Electuarium præſtans, in catarrho acuto, ægritudinibus pectoris, & anhelitus difficultate, & ventrem leniens:

℞ Mannæ electæ ℥.vj.Florum caſſiæ, Penidiorum, ana ℥.ß.Succi liquiritiæ ℥.j. Cum Julep violato q. ß. fiat electuarium, de quo ſumat ℥.ß. pro vice, manè & veſperi ante cibum.

Pro Catarrho etiam & raucedine prodeſt, tenere in ore, & deglutire grana mannæ. Similiter poſſumus dare ℥.j. Agaricum mannæ ℥.ij.in decoctione pectorali, nec non ℥.ij. Trochiſcor. de violis ſine diagrid. ſimiliter, quæ omnia inprimis comendandantur in difficultate anhelitus. Laudatur etiam in catarrho & tuſſi difficili, ſi primum capiat Pil.vij.ex ℈.iiij. agarici trochiſcati,cum aqua capill.♀ factas,poſtea ſingulis tribus noctibus capiat ℈.j. Agarici troch.in una pilula,iturus cubitum.

In difficultate anhelitus & antiqua tuſsi: ℞ Pulv. vulpis pulmonis credo præparati, Ana ℥.j.aquæ mellis ℥.vj. Miſce, & detur ſingulo manè ex purgato corpore.

Si materia ſit craſſa & purulenta: ℞ Sulphuris vivi,extincti in aqua tuſſilaginis, exiccati & pulveriſati, ℥.j. Pulv.Ireos ℥.ß. Miſce, & detur de eo quantum poteſt ſtare de ovo ſorbili, amoto putamine.

Item ℞ pulv. Ireos, ℥. j. ß. Aquæ mellis factæ in aqua tuſſilag.℥.vj. Miſce. Aut ℞ terebintinæ claræ,ſeu olei abietini, ℥.ß.pul.Ireos ℥.j. Miſceantur,& fiat bolus.

Eclegma præſtans, optimè maturans catarrhos in pectore, Ruckeri:

℞ Pulv.ſeminis lini torrefacti p.iij. rad.Ireos part.j.cum melle deſpumato, fiat eclegma. Fluxus verò conſumit vitellum ovi agitatum cum albumine, & poſteriori parti colli appoſitum.

Ad raucitatem: ℞ Ficus 36.Uvarum paſſarum ℥.ß.liquiritiæ ℥.ß.ſem.aniſi, hyſſopi ana M.j.bulliant ſimul in ℔ ß. aquæ, mellis ℥.iij.Miſcentur.

Syrupus optimus, Victorii, ad Catarrhum frigidum:

℞ Liquiritiæ raſæ, Ireos, Enulæ, Raphani, paſſular. enucleat. ana ℥.j. Caricarum ping. num. xij.Betonicæ, meliſſæ,praſſii,hyſſopi, capill.vener. ana M.j. fiat decoctio ß.a. in ſuff. q. Aquæ fluminis ad conſumptionem part.3. Collaturæ adde mellis roſati colati q. ß. & fiat ſyrupus longus ß.a.

Trochi-

Trochiſci Langii, ad tuſſim:

℞ Sacchari Candi ℥.iij. Amyli puriſſimi ℥.j. Liquiritiæ raſæ ℥.ß. Pulveriſata ſubtiliſſimè cum mucilagine Traganti, & Gummi Arab. facta in Julepo violarum fiat Paſta pro Trochiſcis, pondere ℈.j. aut ij. in fine addendo aliquot guttas Olei aniſorum.

Ad tuſſim diuturnam: ℞ Sulphuris vivi, vel communis triti ℥.j. Benzoini, Iridis, ana ℈.j. Detur ſæpè cum ovo ſorbili. Valet plurimum Sulphuris ſublimatum, in Rotulis uſurpatum.

Tragæa optima, zu den Flüſſen/ *domeſticum cuiusdam Nobilis, quod etiam* 100. *florenis antepone bat:*

℞ Cubebarum ℥.ij.ß. Carui ℥.ij. Elenii ℥.ij.ß. Cinamomi electi, ℥.vj. Pulveriſata optimè miſceantur, & de eo datur quantum capiat dimidia teſta iuglandis, cum pane toſto madefacto in vino. Manè ante cibum horis ij. & veſperi ante Somnum.

Fœtor Anhelitus: Nativus, eſt immedicabilis. Secus, ſi ex pulmone aut ventriculo ob materias ibi putreſcentes, tales ſæpè bibant vinum abſinthii. Singulis ſeptimanis bis ſumant 5. vel 7. Pilulas Peſtilentiales, manè circa auroram.

Si ex naribus procedit, ſentitur odor ore clauſo, utatur erhinis ex Beta vel nigella.

Si ex pulmone, duas radices Galangæ coquito in ſextario vini, de quo jeiunus bibat hauſtulum, & maſticet Caryophyllos & anethi ſemen. *Si vitio dentium*, fricentur quotidiè decocto Origani & Mentæ in aceto. Eſus & maſticatio carui ſummoperè prodeſt.

℞ Aq. (Chelidonii minor.) Mellis puri, q.ß. parum aluminis, pro collutione fiendo quotidiè ter & quater.

℞ Folior. Mori, Salviæ, Rutæ, Pimpinellæ, ana M.j. Coquantur in vino & aceto, pro Oris collutione.

Experimentum zum böſen Halſe vnd dem Zapffen:

℞ Succi mororum, ſextarium, rub. ij. ſextarios, coquantur in vaſe æneo ad caſum dimidii, adde libram mellis deſpumati, coquantur ad ſpiſſitudinem mivæ ceraſorum huius ℞ cochlearia ij. Mellis roſacei cochl. j. aq. plantaginis, flor. ſambuci, ſalviæ, ana cochl. iiij. Diluantur ſupra ignem, & adde cochlear dimidium Aceti roſ. pro Gargarismo.

Gargarismus optimus zum böſen Halſe vnd der Bräune:

℞ Herbæ Chelidon. min. Salviæ, Prunellæ, Rutæ, folior quercus, ana M.ß. coctis in aqua, adde cochlear mellis. In colatura rurſus bulliat galla una, conciſa, pro Gargariſmo.

Ad Aſthma, Basſiani Landi: Radix Enulæ ad ℥.ß. vel ℥.j. Coquatur in

Scutella iuris pulli, ad caſum partium ij. addita ℥.ß. ſacchari, propinetur h.j. ante prandium.

Si & ventriculi imbecillitas adſit, factis purgationibus & diverſionibus: ℞ Succi abſinthii, liquiritiæ, ana ℨ.j. Miſce, fiant Pilulæ, Summatur alternis diebus una, hora 1, ante prandium. In Paroxyſmo abſtineat à cibo & potu, ſorbitionibus per intervalla utatur, aquæ mulſæ, vel Oxymelitis cum decocto hyſſopi. Erectus maneat. Thoracem illineat cum adipe anſeris, butyro, & oleo amigd. dulcium, cum modico croci. Clyſteriis acutis fiat diverſio. Declinante Paroxyſmo ℨ. ij. Agarici præparati deglutiat in Pilul. aut cum melle Roſato, vel cum aqua Betonicæ vel hyſſopi.

Aqua Aſthmatica experta:

℞ Hyſſopi, Capillor. Veneris praſſii, bechii, ſcabioſæ ana M.j. Ariſtologiæ rot. ℥.j. Iridis ℥.v. ſem. urticæ, ℥.j.ß. rad. fœniculi, petroſelini, ana ℥.ij. lilii cœleſt. ℥.iij. enulæ ℔.ß. ſem. ſinapi, naſturtii, ana ℥.j.ß. coſti ℨ.v. ſpicæ ℨ.x. baccarum lauri, nigellæ, ana ℥.j. trita ſubtiliter infundantur diebus 6. in vj. menſuris vini albi, deinde lento igne deſtillentur. Doſis ℥.iij. manè. Poſſunt & violæ addi.

Electuarium, ex radice Enulæ contuſa, exemptis filis, quæ tundi nequeunt, addito ſacharo & tantundem tereb. laricinæ. Mane & noctu ante cibum hor. 2. Bis in menſe utatur veſperi ℨ.j.ß. agarici in pilul. eoque parcius cœnet.

Pro pauperibus fiant placentulæ ex melle & farina enulæ.

Syrupus Elidæi, ad Aſthma:

℞ ℔. iij. vini albi, non auſteri, in quo infunde M.j. Praſſii, bulliant ad conſumptionem partis tertiæ, adde ℔.ß. Mellis deſpumati, & iterum ſimul parum bulliant. Colaturæ quotidiè ſumatur medius cyathus.

Item terebintina cum melle, vel oleo recenti amigdalarum dulcium. Item ficus ſiccæ in eodem oleo infuſæ, & comeſtæ. Nec non vulpis pulmo & ſuccus abſinthii.

Si materia ſit craſſa, valet electuarium ex melle ſquillitico, cum armeniaco & pulmone vulpis. Item electuarium ex ſulphure mortificato cum melle, & mucilagine ſem. lini vel althææ, cum tantundem butyri recentis.

In Paroxyſmo, ſtatim ſedat Theriaca, Mithridatium, cum Philonio, quod paulatim deglutiatur, & ex his cum pulv. liquiritiæ fiant pilul. Item ℞ Succi marubii, ſtœchados, ana, decoquantur in aqua, cum camedrii poteris & mel addere.

Transacto Paroxyſmo: ℞ Gallum impl. vel iiij. annorum, qui bene agitatus iuguletur & eviſceretur. Poſtea reple cum Paſſulis enucle. ficubus ſiccis. Liquiritia, ſem. Carthami, iſopo, capillorum Veneris, calamento, pulegio, fœnugræco. Bulliant in caldario amplo, ut non opus ſit aquam adde-

addere. Huius brodii cape ſcutellam unam, in qua diſſolve ℥.j. Caſſiæ recens tractæ, & bibat manè, & ſingulo manè capiat brodium. Tertio die capiat brodium, cum medietate huius paſtæ: ℞ Terebintinæ claræ ℥.iij. Ficuum ſiccarum, numero iiij. Penidiarum ℥.j. fiat paſta pro duabus vicibus. Et ſic perſeveret multis diebus ac menſibus, ut dictum eſt. Vel ℞ Sem. fœnugræci, ſem. lini, althææ, malvæ, carthami, ana M. ß. Iſopi ſicci, capillorum Veneris ana M.j. caricar. ping. numer. x. paſſular. enucleat ℥.ij. Penidiar. liquiritiæ raſæ, ana ℥.j. ſem. fœniculi ʒ.ij. Turbith electi ℥. ß. Zinziberis ℈.j. Salis gemmæ ℥. ß. Miſce, & decoquantur in Gallo, vel cum eo in iiij. Sextariis Aquæ, ad caſum partis tertiæ, ex quo quotidiè ſumat ℥. vj. Item ℞ flor. rorismarini, Betonicam, Caryophyll. Pulveriſentur, & cum melle fiat electuarium, quod detur ieiuno ſtomacho. Item Terebintinæ ter lotæ in aqua capillorum Veneris, ℥. ß. Diſſolve in aqua ſcabioſæ, & da manè, de 3. diebus in 3. per dies 15. ante Paroxyſmum.

Ad vocem deperditam, ſi ex frigiditate fuerit:

℞ ʒ. j. Pulveris cubebar. in potu, cum aqua decoctionis liquiritiæ calida, manè & veſperi, cum vult ire dormitum.

Lohoch etiam de caulibus, eſt ſingulare remedium ad vocem deperditam & raucam. ℞ Rad. Glyrrhicæ, Althææ, ana ℥.j. Rad. Ireos ℥. ß. Galangæ ʒ.ij. Caulium, Hyſſopi, Marrubii, ana M.j. Sem. cubebar. & malvæ, ana ℥.ij. hordei integri, orobi, ana p.j. fiat decoctio, & in colaturæ ℔.j. ß. diſſolve mellis Roſati aut Zuchari q. ß. & fiat Syrupus pro tribus vicibus. Conveniens etiam propoſitio Electuarium. Diatris, Item teneantur in ore duæ Pilulæ, quas facit Avicenna quinto Can. 15. ad hoc pro poſitum.

Elidæus: Aſthmaticis, præmiſſis purgationibus, conveniunt: Electuarium ex Loch de farfara, radicibus althææ, benè coctis & contuſis, ſaccharo aut melle. Item ammoniaci gutta diſſoluta cum aqua vitæ. Pulmo vulpis cum aqua mellis. Sulphur cum melle eſt mirabilè. Ptiſana cum Penidiis. Brodium galli decrepidi. Item Electuarium ex manna, caſſia, penidiis, cum ammoniaco, & ſucco liquiritiæ. Terebintina cum melle, & pulmone vulpis. Pulmo vulp. cum aqua mellis.

Magius: Ad Aſthma valet oleum cnici id eſt cartami potatum, quoniam trahit phlegma. Item ariſtolochia rotunda. Item aqua flor. Dictamni vulgaris pota. Galenus laudat mucilaginem fœnugræci, cum melle coctam ſuper prunis, deinde cum Palmulis dulcibus, ſi ſine Febri fuerint.

Electuarium Elidæi, optimum ad Aſthma:

℞ Mucilaginum althææ, ſeminis lini, pſyllii, ana ʒ.ij. Mannæ electæ ℥.j.ß.

 ℥.j.ß.

ʒ.j.ß. Caſſiæ recenter tractæ ʒ. j. Penidiarum ʒ.vj. Syr. Liquiritiæ q.ß. pro electuario, cuius Doſis in quant. caſtaneæ. Item decoctio ex ficubus, calamento, paſſulis & liquiritia. Item unguentum ex mucilagine Althææ, Sem. lini, Dialthæa, Butyro recenti, Adipe Anatis, ana.

Reinerii pulvis optimus ad Aſthma: ℞ Hyſſopi ſicci, ſem. aniſi, ana ʒ.j. Liquiritiæ raſæ, polypodii, ana ʒ.ij. ſem. fœniculi, cinamomi, cardamomi, ana ʒ.j.ß. Corticum citri, ʒ.ij. Sacchari albiſſimi ℔.ß. Pulveriſata miſceantur. A cibo ſumat cochlear, quotidièbis, & nihil ſuperbibat. Poteſt & in tabulas redigi.

Matthiolus: ℞ Mellis ʒ.ij. Butyri ʒ. iij. Sabinæ ʒ.j. Hyſſopi ʒ.j.ß. Miſceantur.

Aetius: Habemus ſuffumigium per experientiam cognitum, 4. Specierum, Styracis nimirum, Therebintinæ, Sandarachæ, Maſtiches, commiſtis æquali portione. Ad anheloſos & ſuppuratos, & ad tuſſim. Vide ibidem de uſu Suffitum Pectoralium.

Apoſtem-Waſſer *Doctoris Mithobii*:

℞ Hyſſopi, Lavendulæ, Salviæ, Matricariæ, Scabioſæ, Meliſſæ, Satureiæ, ana q. placet, M.j. vel ij. In olla affunde vinum optimum, ut ſuperemineat duobus digitis. Sepeliatur in formicarum nido, vel fimo equino per dies 14. Deſtillatum cum auro certat. Prodeſt Aſthmaticis, ad apoſtemata pectoris, ventriculi, adeoque omnium viſcerum intrinſecorum.

Electuarium optimum, Mitthobii, ad Aſthma, & difficilem anhelitum:

℞ Cymini, cinamomi, piperis nigri, ari, ana ʒ.j. Pyrethri, calamenti, croci, liquiritiæ, ana ʒ.ij. Sem. urticæ ℈.j. Specier. diatraganti, diaireos, diapenidii, ana ʒ.ß. Mellis virginei ℔.ß. Miſceantur, & fiat Electuarium. Doſis, manè & veſperi, inſtar avellanæ, &c.

SQUINANTIA.

In Squinantia, præmiſſa Phlebotomia univerſali in brachio & particulari venarum ſub lingua & præmiſſo Gargariſmate cum aqua Plantaginis & Portulacæ, ana ʒ.iiij. rob. nucum ʒ.iiij. Poſtea fiat emplaſtrum tale: ℞ Nidum unum hirundinis, fol. malvæ & althææ, ana M.j. camomill. meliloti, ana M.ij. farinæ hordei ʒ. iij. croci ʒ.j. Olei roſati ʒ.iij. ol. de camomill. ʒ.j. Fiat emplaſtrum ſubtilè, cum quo calido pars gulæ & colli emplaſtretur. Commendatur & pulvis hirundinũ combuſtarum. Evacua cum

cum caſſia & Manna ; & vtatur hoc Electuario: ℞ Stercoris albi canis ℥.ß.Diamoron q.ß.pro Electuario.

Emplaſtrum ex nido Hirundinis: Bulliat nidus in Aqua communi,& in colatura (per cribrum) coquantur Rad. Altheæ,Lini,malvæ, folior. Parietariæ,violarum,ana M.j,piſtentur, & cum ℥.j.farinæ hordei, ac ſeminis Lini, & oleo camemelino q.ß. fiat Emplaſtrum.) Vel niduspiſtetur cum axungia melle,& albo græco.

Doctoris Elidæi: Ponatur petia linea, aceto forti rigata, ſupra ſpatulam & pectus,cum fermento & pulvere cantharidum,per horam.

Ex Macth. de G: Victus tenuis & refrigerans,facta phlebotomia in brachio & ſub lingua (fluxione iam ſedata.)

Si Apoſtema ſit calidum, valent ab initio: Succus lactucæ, plantaginis, Tragepogi, rob citoneorum, agreſtæ,& Ribes. ſyrupi ex dictis. Aqua communis, vel Hordeacea, cum aceto. Oxalydis ſuccus,roſarum, mororum, Granatorum, nucum viridium, omphacion, Diamoron S. Diacodion, cum aqua ſimplici vel roſarum, pro Gargariſmo, qui donec incaluerit,ibi teneatur.

In Apoſtemate frigido: Oxymel cum aqua & aceto.Lac. Exterius vitentur repercuſſiva.Collo circumdetur lana ſuccida infuſa oleo chamemelino, vel amygd.dulcium. Emplaſtrum ex foliis mori tritis cum dicto oleo, vel ex porris coctis tritiſque cum axungia & croco. Fiant & aliæ revulſiones,Clyſteria, cucurbitulæ,ad ſpatulas & brachia primum ima, deinde ſumma. Frictiones pedum & manuum, cum Aqua calida.

PLEURITIS.

Emplaſtrum Florenziolæ: Antequam ſeces venam,dolorem ſedabis, vt ℞ Rad. Altheæ,folior. Malvæ, violariæ, & parietariæ,ana M.*j*. Coquātur ß.a. &piſtentur,adde farinæhordei℥.j.ß. cum oleo violato q.ß.ad impinguandum, & fiat Emplaſtrum, quod tepidum applicetur,ne attrahat ſua caliditate.

Aliud: ℞ Olei violati,amygd. dul. ana miſce. Pectus inungatur oleo myrtino,vſque ad 4. Lenit enim pectus, &augmētum apoſtematis prohibet. Myrtinum non impetit ſputum, vnde, ſi adſit ventris fluxus, competit.

Apparente Sputo in progreſſu, competit Loch de mucilaginibus ex ſemine cotoneorum,malvæ,radicum altheæ, rad. vngulæ caballinæ,& ſimilia, facilitantia ſputum.

Vnguentum, in progreſſu, Ludovici de Leon.

℞ Violar. ℥. iij. flor. Camomill. Me-

Meliloti, ana ℥. ß. Mucilaginis Altheæ, fœnugræci, ſem. lini, ana ℥.ij. olei violati, amygd. dul. Butyri recentis, ſine Sale, q. ß. ad impinguandum, farinæ ſem. Lini, fœnugræci, ana q. ß. ad inſpiſſandum, & fiat vnguentum.

Emplaſtrum optimum: ℞ Butyri antiqui ℥.j. ping. Anatis ℥.j. olei amygd. dul. ℥.ij. rad. altheæ ℥. iij. caricar. ping. num. 6. Croci ℥.ß. radix coquatur & cum caricis piſtetur, pinguedo & oleum diſſolutum addatur, & cum croco fiat emplaſtrum.

Cataplaſma expertum in Pleureſi:

℞ Vini boni electi, olei Chamomill. ana, calefiant, & lana munda carpinata & compreſſa lateri per dies 3. applicetur. Poſtea ℞ Hyſſopi Abrotani, ana M.j. ß. Caricarum ping. num. iij. Coquantur herbæ, & cum caricis piſtentur pro cataplaſmate ſuper locum affectum.

Matthiolus laudat in principio ℥.iij. vel iiij. olei de lino.

Electuarium optimum, ſolvens materiam, facientem Pleureſim:

℞ Flor. violarum, Capill. Veneris flor. Nenuph. farfaræ, Scabioſæ, Hyſſopi, ana M.ij. rad. Enulæ recent. ℥.iij. Liquiritiæ raſæ, Polypodii ana ℥.ß. Sem. Malvæ, Pſyllii, citoneor. ana ℥.iiij. Ex his tribus ſeminibus fiant mucilagines cum lib. iiij. farfaræ aquæ, in qua poſtea bulliant reliqua, vſque ad conſumptionem medii. Colaturæ addantur caſſiæ recenter extractæ lib. j. pulpæ ſebeſten, Iuiubarum, ana ℥.iiij. diaprunis ſimp. lib. ß. Syrupi violati comp. lib. ij. pul. Aniſi, Ameos, ana ℥.iiij. Infuſionis Papaveris ſyl. lib. ij. Gummi Arab. pulveriſati ſubtiliter, ℥.v. Sacchari q. ß. Decoquantur in Electuarium, cuius Doſis erit ℥.x.

Elidæus Bononienſis, in principio ſecat venam manè, ex latere appoſito, Veſperi in eodem, corpore Plethorico. Poſtea materiam concoquit, 5. aut pluribus ſyrupis. Deinde Mannam exhibet gravidæ. Loco verò affecto adhibet emplaſtrum ex Althæa, violis, Camomilla, coctis & piſtatis in mortario, affuſo oleo Amygd. dul. aſpergendo pulverem cymini.

Si non reſolvitur materia, Cucurbitulam ad pectus ſcarificatam ponit pro extrahenda materia ad partes exteriores à centro.

Evacuat cum Manna aut caſſia cum Agarico. Syrupus violatus multiplicis infuſionis, vltimo cum Rhabarbara.

Faventinus, poſt inunctionem cum Althea imponit folium caulis cum butyro & ſuper aſpergendo pulvere Cimini ℥.ij. Valde enim prodeſt poſt quartum locum affectum bene inungere cum Althæa & Butyro, & oleo amygd. d. aſpergendo ſupra pulverem Cimini, ponendoque deinde folium caulis calefactum coctum ſub cineribus.

Arculani: folia papa. rub. ſyl. ad menſuram vnius cochlearis ſumpta in pul-

in pulvere, cum Aqua violarum, in principio optime conferunt, nec nõ præſervant à Pleureſi. Vel ℞ Folior. Papa.rub. ſyl. ℥.ß ſubtiliter pulveriſati, de quo pulvere ſumat quantum ſuper vno ducato tenere poteſt, cum aqua violarum.

Aliud præſervativum Elidæi:

Pomum repletum pulvere Thuris maſculi, & ſub prunis decoquatur per horam, & comedatur (miſſo prius ſanguine. Item olei amygd. dulcium ℥.iiij. bibantur cum raſura dẽtis Apri ℈ß. & immediate comedatur pomum cum Thure coctum. Idem facit decoctio ſumitatum vrticę in Aqua, duabus & tribus vicibus adhibita. Curat enim & præſervat.

Doctoris Magij, ad Pleuram: ℞ Flor. papa.rub. ℈j. aut q.ß. cum ℥.iij. aquæ ſcabioſæ, vel Pimpinellæ; de 3. horis in tres horas. Alii horum florum capiunt ℨ.ij. & ligatos in petia rara decoquunt in ℥. vi. Aquæ ad conſumptionem medietatis, quam tradunt mane ad pondus ℥.iij.

Emplaſtrum, Elidæi, optimum in ſedando Dolore Pleuritico. &c.

℞ Matrem violarum, Malvam, Althæã, bulliant in aqua, & contuſis adde farinæ fœnu gręci, Hordei, Butyri recentis, olei amygd. dul. ana q. ß. & fiat emplaſtrum ß.a. Item ℞ olei amygd. dul. butyri recentis, ana ℥.j.ß. Dialtheæ ℥.j. Inunge locum, ſuperimponendo Pulverem Cymini cum folio caulium. Valet & oleum amygd. dul. ad ℥.iiij. cum raſura dentis Apri, poſt miſſum ſanguinem. Item raſura dentis Apri ſyl. cum aqua, ſuperco medendo pomum cum maſtice, vt ſupra.

Potio mirabilis, Medici Ferrarienſis, ad omnia Apoſtemata Pleu*ritica*:

℞ Succi ſcabioſæ cœruleis præter cæteras floribus, exiccati ad Solem, ℨ.ij. aut iij. diſſolve in Aqua Papa. rub. florum, aut ſcabioſæ, aut communi tepida, & propina. Expertum in multis deſperatis.

Valet & Stercus Gallinarũ quant. Caſtaneæ, novum aut ſiccum, cum bono vino. Item ℞ Pulver. papa. rub. ex floribus & foliis, ℨ.ij. exhibe cum ℥.iij. Aqua roſaceę tepidæ. Ieiunet verò iij. aut iiij. horas.

Ludovici de Leon. in Pleureſi maligna, cum Anxietate Cordis, Syncope, & vrina viridi.

℞ Sacchari Roſati Mithridati, aut Theriacæ electæ, ana ℨ. ß. & optime miſceantur. Epithema cordiale: ℞ Aquarum meliſſæ, Boraginis, Bugloſſæ, ana quart. j. Vini malvatici ℨ.ij. aceti ℥.j. Corticum Citri, daronici, ſem. Borraginis, Bugloſſæ, violarum, meliſſæ, ana ℨ. ß. Croci gr. iij. miſce pro Epithemate.

Bul-

Pulvis REGIS VNGARIÆ, ad pleureſes Epidemiales:

℞ Gentianæ, dictamni, Tormentillæ, terræ ſigillatæ, Corallorum albor. ana ℥.ij. Optime miſceantur pro Pulvere. Doſis eſt p. Aurei vngarici in Aqua Carduibenedicti, quotidie. Liberat ab omni Pleureſi, ſive benigna ſive maligna. Valet & in Peſte, præſervando & curando, in vino & aceto, ana, facta Phlobotomia, & ſudet æger in lecto.

Oleum lini ſingularis medela in pleuritide ab ℥.ij. iij. vel iv.

Montanus, Cap. de Pleur. in 9. Ras.

Habemus quædam ſecreta, quæ mirabilia faciunt in Pleuritide adhuc crudæ pertinaciſſime vt: bibere oleum Amygd. dulcium, Item bibere ℥. iiij. olei de ſemine Lini cum raſura dentis Apri, calidum.

NB. Quidam laudant vehementer, ſi bibatur pulvis Tamariſci, cum pul. virgæ taurinæ, ana. Laudatur & raſura viſci, vulgo Meſpilum, eſtque Secretum ducis Florentini, vt referebat Argenterius Piſis.

Arcanum Ducis de Vrbino: Vidi & ſumme deſperatos à Monacho quodam ſanari, præſertim in Tuſſi ſicca. Faciebat Emplaſtrum ex pulvere Cymini, Succo caulium, & pinguedine porcina. Ponebat calidum ſuper locum, vt mira ſequebantur.

Electuarium præſtans, Montani:

Braſicæ coquantur in Aqua, ad conſumptionem, piſtentur, & adde Pul. ſeminis q. ß. cum butyro, farina ſem. Lini ac fœnu græci incorporentur, ac fiat Emplaſtrum.

Si ſit cum Dyſenteria, paro Electuarium ex ſucci Myrtillor. ℥.ij. Carne paſſularum, palmular. ping. ſiliquarum, quas Carobas vocant, cum ℥. ij. Penidiorum, & Iulep violato q. ß. de quo ſæpe & parum ſumat in die & nocte. Hoc enim ſatisfacit indicationibus morbi & ſympthomatis pugnantibus.

In ſtatu, egemus expulſione & virtutis roboratione. Exhibet ergo Hippocrat. Ptiſanam ex Oxymel, piſces ſaxatiles cum Anetho & Marrubio & modico Salis decoctos. Loco Oxymelitis ℞ rad. Iridis ℥.ij. Marrubii M.j. Decoquantur in Aqua violarum, aut Hordei, aut Capillor. Veneris vſque ad conſumptionem partis tertiæ, ac cum Zucharo tepidum exhibe parum, & ſæpe.

In declinatione magis eſt nutriendus, & parce ad Vini vſum deducendus. At in principio materiam crudam concoquinus cum moderate calefacientibus & humectantibus, cum fomentis. Aqua calida, decocto ex Cimino, ſiſamino, Lilior. albor. Camemelino, fœnu græci. Fortius erit Emplaſt. de Cimino, Myrrha, bdellio, & ſimilibus.

In augmento, roboranda eſt virtus cum moderate nutrientibus, & ſputum, quod tunc apparet, incidendum & præparandum, id, cum Ptiſanæ cremore, hoc, cum Oxymellite.

Für

Für das Stechen / *in Latere Siniſtro, Doctoris Seifridi, affinis mei:*

℞ Rutæ & Corticis ſalicis, ana, coquantur in aceto, & in eo linteolum vel panis recens intingatur, & calide imponatur. (Capellum roſarum in latere calefacto ſuffitum, impone.

Trägi. Vel ℞ Scabioſæ M. j. Liquiritiæ conciſæ ℥.j. Ficus num.xij. Aniſorum, Fœniculi, ana ℥.j. Iridis ℥.ß. vel ℥. ij. Vber Nacht in einer Maß Waſſers geweicht / vnd den andern Morgen vber das dritte Theil eingeſotten / mit Zucker oder Roſen-Honig ſüß gemacht / davon Abends vnd Morgends einen guten Trunck Warm gethan / das zeittiget die Apoſtemen / vnd führets auß durch den Huſten.

Experimentum Comitiſſæ Hennenbergenſis noſtræ, &c.

Fiant duo ſacculi ex Iuniperorum M.*j*. Sem.Lini, & florum Camomillæ, qui calefacti in Aqua, alternis adhibeantur.

Mirabilis eſt Syrupus violatus, infuſionis Rhabarb. Andernaci.

Friſiomeligæ Syrupus & Emplaſtrum in Pleuritide:

℞ Oxymel. ſimplicis, ſucci liquiritiæ, ana ℥.ij. Miſce.

℞ Malvæ, Chamemeli, ana M. ij. Meliloti, Anethi, violarum, ana M. j. ſem. Lini, fœnu græci, ana ℥.ij. Decoquantur in Aqua, & contuſis adde olei Amygd. dul. Lilior. albor, ſeſamini, ana ℥.ij. Pingued. Gallinæ, ℥. j. farinę Hordei, fabarum q. ß. fiat emplaſtrum.

Mithobij. ℞ Scabioſæ, Hyſſopi, ſalviæ, Lavendulæ, Aniſorum Meliſſæ; mentæ, Capill. Veneris Inciſa rigentur Vino albo bono aliquot diebus, deſtillata aqua bibatur mane in meridie, & Veſperi, ad v. Cochlearia. Epithemetur latus ſero caprino & melle, potio fiat ex aquis ſcabioſæ, Mororum & Cardui albi, Veſperi & mane. Pulvis mandibularum Lucii cum aqua endiviæ. Emplaſtrū ex malva, Lino, ficubus, coctis in aqua, tuſis cum Butyro & farina Hordei.

Pectoralia, ex Fernelio, emollientia, leniter humectantia, pectus & Arteriam lenientia, & moderate detergentia:

Pruna dulcia, Zizipha, Iuiubæ, Myxaria, ſebeſten, cremor hordei, amygdalæ dulces, ſemen Malvæ, ſemen bombacis, violæ, Glycyrrhiza, Gummi Arab. Tragacantha, nuclei pinei, Piſtacia, Avellanæ, Mel, ſaccharum. Compoſita ex his: Syr. Zyziphorum, Syrupus violatus, Electuarium Tragacanthæ frig. Eclegma ex Pino, Bechica, Penidia, Pilulæ albæ, potiones pectorales.

Pectoralia, extenuando & detergendo Pectus & Pulmonem expurgnntia & infarctu Liberantia:

Vvæ paſſæ dulces, ficus, Capillus Veneris, Adiantum album, Hyſſopus, Praſſium album, Origanum, Calamenthum, polypodium, ſem. Cnyci, Iridis flos & radix, enula, ſatureia quæ Thyambra, Thymus, Iuniperus, ſeſeli Meſ. ſiler montanum, Arum & Dracunculus, cepa, allium, porrum, ſcordium, ſcylla, crocus, Zinziber, Ariſtolochia, gentiana, Myrrha, ſcabioſa, Pimpinella, tuſſilago, ſymphytum, pulmo vulpis. Cõpoſita: Syrupi, Elect. Diaireos, condita, Eclegmata, ſyr. ſymphyti, potiones.

Maſſa Pectoralis, Adolphi Occonis, Auguſtani:

℞ Specier. Diatraganti frig. Penidiarum, ana ℥. ß. Succi Liquiritiæ ʒ. iij. Zinzib. ℈ij. Ireos ℈j. Semin. vrticę, Hyſſopi, Anthos, ana ℈ß. croci, ſulphuris, ana gran. vij. Cum Lohoch ſano formentur magdaleones, pondere ℥. ß. ac involvantur Cinamomo. Reſpondet diaſulphuri Meſues. Ad tuſſientes, Aſthmaticos, & reliqua pectoris vitia.

Saponæa, ad tenues Deſtillationes:

℞ Amigdalar. dul. excorticatar. ʒ. xvj. Amyli novi & puriſſimi, ʒ. iiij. Sacchari albi clari, lib. *j.* Ex hoc Saccharo ℞ ℥. IX. cum Amygd. tuſis, & per ſetaceum denſum ſimul colentur, ac ad ignem ſuſpendantur, & cũ ſpiſſari Amylum cœperit, reliquum Sacchari addatur, ac ad perfectam cocturam redigantur, ac in Bolos vel Morſellos formentur. Magis coquendo habebis Electuarium.

Electuarium optimum Pectorale:

℞ Succi liquiritiæ ℥. ß. Hyſſopi, Capill. Veneris Ireos, ſem. vrticæ, Ariſtolochiæ rot. ana ʒ. j. ß. ſem. Naſturtij, Piperis nigri, Rad. Enulæ, ana ʒ. ß. Avellanarum, Amygdalar. dul. ana ℥. ß. Pinearum, ℥. *j.* Mellis, ℥. xiiij. Miſceantur ß. a. & fiat Electuarium, mirificum in Aſthmate, præ cæteris.

Ad raucedinem multorum Annorum:

Commendatur à Lobelio mirifice Syrupus de Eryſimo, fol. 103. Deſcriptio ponitur infra, Cap. de Syrupis.

Cataplaſma præſtans, ex Lobelio, efficax ad Pleuritidem, & Empyema:

℞ Rad. Altheæ, vel cort. rad. vlmi, Liliorum, ana ℥. j. violariæ, Malvæ, fl. hyperici, Chamemeli, ana M. j. cocta cõtere, & cribratis addefermẽti, Panis cibarij, ana ℥. ij. ß. farinę ſeminis Lini, fœnu græci, ana ℥. j. ß. olei Amygdalar. dul. vel butyri inſulſi, violati, ana ℥. j. Miſceantur, & fiat cataplaſma ß. a. quod lenit, concoquit & diſcutit.

Luſi-

Luſitanus: Factis vniverſalibus, cum ſpongia vel filtro fomentetur ſæpe calide, ac inungatur, ſic enim paucis diebus reſolvitur inflammatio. ℞ Roſarum, Parietariæ, malvæ, Chamomillæ, ſem. lini, fœnu græci, ana p. j. Aquæ lib. x. Decoctis adde olei roſati, Camomelini, ana ℥. j. ß. *Vnguentum*: ℞ Butyri recentis, Axungiæ Gallinæ, ana ℥. *j*. pul. Camomil. ℥. ß. olei roſ. Amygd. d. ana ℥. ß. ceræ albæ, q. ß. pro vnguento.

AD SANGVINIS SPVTVM.

In Cibis laudantur: Caſeus recens non ſalitus, Lens, Panicum, Milium, Portulaca, phantago, fercula ex dictis cum aqua chalybeata, frumentum depilatum & coctum. Lac chalybeatum vel decoctum (ſi ſit ex vulnere, priora vere conveniunt in caſu communi) Bibat aquam pluvialem, aut in qua ponantur Roſæ, vel lutum Arm. &c. Lac Amygdalinum extractum cum decocto rad. Pentaphilli aut Tormentillæ.

Facta phlebotomia, in primis diverſiva, vtatur remittentibus acuitatem ſanguinis, ſi ea adſit, cum portulaca, lactuca, in decocto, vel aqua vel ſuccus eorum, ſyrupis de roſis, de Iuiubis, de portulaca &c. ſyrupus de myrto, qui conſolidat, cum aqua plantaginis, portulacæ, burſæ paſtoris. Syrupus de Mentha (ſi ſit ob aquoſitatem ſanguinis) cum decocto ſquinanthi, maſticis, corticum thuris, materia acris vel aquea purgetur cum myrobalanis, vel agarico.

Diverſiones fiant ad oppoſitum Conſolidatio deinde procuretur ſecundum exigentiam cauſæ cum calidis & frigidis. *Calidæ materiæ conveniunt*: Terra ſigillata, portulaca maſticata & deglutita, hæmatites ad ℥. j. cum Succo plantag. Corallus albus vſtus. Cornu cervi vſtum & lotum, charabe, ſem. Roſarum, Margaritæ. Glutinant: Gummi Arab. dragacanthum, mucilago pſilii, cotoneorum, albumen ovi, bolus Armenus, terra ſigillata, Baſilicon. Flos ſquinanthi, Myrrha, Nux cupreſſi, centaurea, grana myrti, & ſem. Arnogloſſæ cum ſucco Roſæ, vel Aqua plantaginis. Trochiſ. de ſpodio cum ſem. Acetoſæ, Trochis. de terra ſigillata, de charabe, philonium Perſicum, ſtatim à principio, cum Aqua plantaginis, factis phlebotomiis. Decoctum Burſæ Paſtoris & Plantaginis cum Bolo Arm. bibitur.

Si Sanguis nigreſcere & diminui incipit, conveniunt lenientia & ſputum aliqualiter provocantia, vt: Saccharum Roſatum recens, Aqua Hordei depilati chalybeata. Tandem Syrupus violatus & liquiritiæ.

A proprietate dicuntur ſiſtere ſanguinem, Lapis Carneolus, Iaſpis, Bufo ſiccatus & appenſus. Cor vulturis pro amuleto. Apis viva, pectori alligata.

Ad Sanguinem coagulatum valent, Acetum cum Aqua, ſi tuſſis abſit.ʒ.ß. Diacurcumæ, cum modico Aquæ porri & Oxymelitis, Aqua ſcabioſæ. Theriaca antiqua ad ʒ.j.ß. cum decocto liquiritiæ & Capill. Veneris. Coagulum Leporis ad ʒ.ß. vel Hedi cum Aqua Mellis, vel Syrupo Acetoſo, vel Aqua Hyſſopi.

Avicenna: In ſputo ſanguinis ex percuſſione, vel caſu, ſupra Epar vel alia membra. ℞ Rhabarb. p. x. Laccæ p. v. Luti Arm. p. v. Doſis ʒ.j.ß. cũ Aqua plantaginis, Eſt ſingulare in ſigillando & coagulationem prohibendo ac liquefaciendo, educendoque.

fol 247. *Tale etiam eſt Altomari*: ℞ Pul. Rhabarb. ʒ.j. vel ℈iiij. Mumiæ gr. v. aut eius loco Rubiæ tincto. gr. iij. vel iiij. Datur cum Aqua plantaginis, aut Vino rubro, addito Aceti exiguo. Poſt ſectam venam & exhibitam poſcam, reſolvit grumos ac foras educit, nec non ruptum vas reſeratumq; ſanat.

Lambitivum excellens, ad ſanguinis Sputum:

℞ Sacchari & Mellis Roſati, ana ʒ.j. Tragacanthi, Amyli, ana ʒ.j.ß. Pul. Rad. Symphyti, terræ lemniæ, Boli Armeni, Hæmatitis, ana ℈ij. cũ Syrupo Myrtini & è portulaca ana ʒ.ij. fiat lambitivum. Poteſt & ʒ.j. trochis. è ſpodio vel terra lemnia, vel ſuccino, addi.

Rotulæ ad Sputum ſanguinis:

℞ Diacodii ʒ.ij. Boli armeni, Corallor, rub. Lapidis hæmatitis, ana ℈j. pul. Rad. ſymphiti, terræ ſigill. ana ℈ß. tragacanthi, amyli, Gummi arab. ana ʒ.ß. ſyr. Myrtini vel portulacę, ſacchari Roſar. ana ʒ.iij. Cum ſaccharo diſſoluto Aqua Roſ. vel myrtillor. fiant rotulæ.

Lambitivum Leonis, *Præcept. Elidæi, ad Sputum ſanguinis*:

℞ Lohoch de Portulaca ʒ.iiij. Boli Armeni ʒ.ij. Miſceantur cum Syrupo de Portulaca, & fiat Lambivivum,

Digeſtivum: ℞ Syrup. Myrtini, de Portulaca, ana ʒ.vj Aquar. Plantaginis, portulacæ, ana ʒ. j. ß. miſceantur.

Pulvis: ℞ Boli Armeni ʒ.iij. Spicænardi ʒ.ij. miſce, & fiat Pulvis ſubtiliſſimus, qui detur in Aqua Chalybeata. Spica accelerat operationes Boli.

Montanus: In ſputo ſanguinis ex plethora vel flatu, confert miſſio ſanguinis. Si ſit à ſanguine calido erodente, vtimur, omiſſo phlebotomia, Diaſpermaton.

Vnguentum pro Pectore:

℞ Olei myrtini ʒ.iiij. Boli Armeni ʒ.ij. Miſce, & cum cera q. ß. fiat vnguentum molle. Aut inungatur oleo Myrtino ſolo.

In declinatione: ℞ Diacodii cũ Zuchar. Diapenidii ſine ſpeciebus, ana, miſce,

Miſce, & detur ſæpè. Vena conſolidata, detur ſaccharum roſatum antiquum in magna Doſi. Recens verò, ſi materia eſſet viſcoſa in pectore, aut ambo commiſceantur.

Ad ſputum ſanguinis, fiat confectio ex pul.corallor.ʒ.iij.cum aqua hordei infuſionis Tragacanthi ʒ.j. & diu teneat in ore.

Valet & mumia, ſi gran.iij. ipſius dentur cum Vino ſtiptico & Bolo. Item ℞ Mumiæ ſubtiliſſimè pulveriſatæ, lap.Hæmatitis, ana ʒ.j.Incorporentur cum ſucco Plantaginis, demum diſſolvantur cum vino decoctionis millefolii, & coquatur ad conſumptionem medietatis vini, & bibatur.

Valet &, ſi ℥.j. Aquæ panis porcini cum ℥.j. Aquæ portulacæ, manè per tres dies exhibeatur.

Item ℞ Sem.Hioſciami albi, ſem. Papaveris albi, ana ʒ.x. Terræ ſigillatæ, corall. rub. ana ʒ.v. ſacchari roſar. q.ſ. & fiat electuarium. ſ.a. & detur ʒ.ſ. manè & veſperi.

Electuarium Elidæi : ℞ Lohoch de portulaca, ʒ.vj. Philonii Perſici, ʒ.iij. trochiſ.de Carabe ʒ.j.ſ. ſpecier. Diatrag. frig. ʒ.ij. Miſceantur probè & fiat electuarium, de quo ſumat ter vel quater quotidiè. Pro ſyrupo utatur ſucco plantaginis.

Secretum Lucæ Chini, ad ſputum ſanguinis:

Deſtilletur rorismarinus coronarius, tota herba prius in fruſta comminuta, cum ſtercore aſinino. Exhibeantur eius aquæ ℥. iij. aut iiij. tribus aut 4. diebus. Idem facit decoctum corticis mediani eius herbæ, cuius exhibeantur ℥.iiij. cum ʒ. j. Pulveris corticum ovorum, benè à pelliculis mundatorum.

Quidam Medicinæ Doctor Romæ curabat quendum Gallum ſolo ſuffumigio ex farfara vel tuſſilagine; quod & Dioſcor. monet.

Electuarium præſtans H.S.

℞ Sem.Hyoſciami albi, ſem. Papaveris, ana ℈.ſ. Corallor. rub. lap. Hæmatitis, ana ℈.j. Sacchari roſati ℥. ij. vel q. ſ. & fiat benè commiſcendo electuarium, cuius Doſis eſt ʒ.ſ.

H. S. ad Petrum Lotichium:

Lancibus alterco paribus coniunge Papaver
    Alba ſoporiferis ſemina ſeminibus.
Dimidio micas his rubri iunge coralli
    Pondere, cum gleba divite Lemniadum.
Excipe concreto tandem medicamina ſolers
    Nectare, quod vernis compoſuêre Roſis.
Felſineique reor, tibi Petre, Machaonis illud
    Arcanum, ni me fama fefellit, erit.

Aliud : ℞ Conſer. Roſar. ℥.j. Rob. de ribes, Diatrag. frig. ana, ʒ.vj. Balauſt. corall. ana ℈.j. boli arm. præparati ℈.ij. rad. ſymphiti, thuris, ſanguiſorbæ, carabe, ana ʒ.ß. Miſce cum miva cotoneorum.

Hollerius : Componenda ſunt hæc ex iis, quæ rupturam glutinant, & apertionem adſtringendo claudunt, admiſceantur iis ut poſſint penetrare, quædam tenuium partium, ut aromata, &c. ℞ Traganti aſſi, boli armeni, terræ ſigillatæ, gummi arab. ana ℈.j. coralli torrefacti, cinamomi, ana ℈.ß. miſce.

Electuarium præſtans, Matthioli, in reiectione ſanguinis, ulceribus pulmonis & tabe:

Decoquatur pulmonaria, foliis bugloſſæ maculoſis, ad medias, & addito ſaccharo, propinetur, detur cum aqua eiusdem *Aut fiat ſerapium ex ſucco expreſſo* & ſaccharo ß.a.

Montanus: Ad exiccandum catarrhum pectoris, ad roborandum pectus, & ad præſervandum à ſputo ſanguinis (non ad curandum) Secretum eſt, ſi æger in lecti introitu deglutiat boli armeni orientalis, optimi ℈.j. vel quantum eſt granum ciceris rubei, bis vel ter in ſeptimana.

Melius utimur cornu cervi uſto, cum ſaccharo vel iure pulli.

Elidæus, in ſputo ſanguinis : Facta Phlebotomia, detur Philonii Perſici ʒ.j. cum ʒ.iiij. ſacchari roſarum. Superbibendo aquæ portulacæ, aut panis porcini, ℥.v. vel. vj. valet & ad profluvium menſium & narium. Sequenti die detur Rhabarb. cum mumia, ana ʒ.j. cum ſucco plantaginis, & aperiatur baſilica ter vel quater, ſecundum neceſſitatem. Item ℞ ſem. Hioſciami ℈. ß. corallor. rub. lapidis Hæmatit. ana ℈.j. ſacchar. antiqui roſ. q.ß. pro elect.

Item decoquatur Hæmatites in aqua chalybeata, de qua bibat, & qua condiantur cibi eius.

Ad ſanguinem verò collectum in pectore, ex vulnere, aut ruptura venæ:

℞ Chamedryos, benè piſtatæ M.j. Infundatur in ſufficiente quantitate aquæ ſcabioſæ, & optimo vino, per horas 24. Poſtea extrahatur ſuccus, qui calidus ſæpè ſumatur.

Magius: In ſputo ſanguinis præſtantiſſimum dicebat remedium, inhibita prius cauſa, exhibere pulverem putaminis ovorum, cum julep aliquo appropriato, aut Zucharo roſato antiquiſſimo.

Potio præſtans, ad rupturam venæ, quæ nullo modo ſanari poteſt:

Jusquiami albi ℈.ß. Pul. Corallor. ℈.j. Aquæ Plantaginis ℥.ij. Miſce, & eſt una doſis in adultis.

Elidæus: Si fit vitio ſpiritualium, fiat confectio ex pul. Corallor. rub. ʒ. iij. cum aqua hordei infuſionis Traganti ʒ.j. de qua confectione diu in ore teneat.

Si vitio nutritivorum, detur cum ſucco

ſucco Plantaginis. Item aquæ porcini panis ℥. iij. nec non pulvis & ſuccus millefolii.

Ad ſanguinem ibi collectum ex vulnere, aut ruptura, valet exhibitio ſucci chamedrios benè piſtatæ & infuſæ in ſufficienti quantitate aquæ ſcabioſæ & vini optimi, per 24. horas. Detur calidus & ſæpè.

In Sputo ſanguinis Leo manè dabat ſtatim Philonium, & veſperi has Pilulas: ℞ Pil. de Cynogloſſæ, trochiſcor. de carabe, boli armeni, ana ʒ.j. Cum aqua Portulacæ fiant Pil. num. 6. Dentur iij. ituro cubitum. Aut ʒ.j. Pil. de Cynogloſſa. Continuè maſticetur Portulaca, & ſuccus eius deglutiatur. Valent in omni fluxu ſanguinis, Aqua Burſæ paſtoris pota. Conſolidæ maioris. Optima eſt aqua panis porcini.

In ſputo ſanguinis, ex catarrho deſcendente, Galenus tria ponit capita 5. Meth.

1. Removet cauſas, vel ſanguinis miſſione, vel pharmaco, quod ſimile eſt noſtris cochiis.

2. Membrum mandans, roborando, exiccando, cum veſicatoriis, catarrhum intercipiens.

3. Recipiens, i. e. Pulmonem confortat, ne catarrhum recipiat, idque cum Diaſpermaton vel Theriaca.

In magna neceſſitate utor aqua portulaca, cum bolo armeno & tragantho. Melius verò eſt, uti aqua hordei, cum carne vel ſemine cotoneorum cocta, minus refrigerat enim. Tale eſt & Saccharum Roſatum cum ſem. frigidis, quale eſt ſemen Papaveris.

Philonium cum Galeno reiicio, contra modernos, nam ventriculum valdè proſternit.

Mithobii: Puls ex amylo & aqua. Lotus decoctionis ſanguiſorbæ. Lac ex amygdalis, hordeo, ſaccharo ac aqua Plantaginis. Bibat manè & veſperi aquam Plantaginis aut Polygoni, aut in lib. aquarum dictarum ad dimidiam bulliant, roſarum, ſumach, balauſtiorum, ana ℥.j. Paulatim bibant pitiſando. Fiant & trochiſci ex mumia, maſtice, bolo armeno, ſanguine draconis, ana, aqua Plantaginis. ℞ Sacchari roſati antiqui, violati, ana ℥.j. corall. diatriaſantal. ſem. Plantaginis, Portulacæ, ana ʒ.ß. Miſce, cum ſyr. de roſis.

Eldæus, ad ſuppuratos: Præmiſſis univerſalibus, utere hoc pulvere ſuper ovis ſorbilibus: ℞ Sulphuris ter extincti in aqua caballinæ ℥.iiij. Ireos ℥.j. ſubtiliter pulveriſata miſce.

Singulis 8. diebus utere therebintina, ut ℥.ß. trochiſcor. ex violis, ſine ſcammonea ʒ.j. cum pul. Ireos aut liquiritiæ f. bolus.

Aut ℞ terebintinæ, ſeu olei abietini, ℥.ß. pul. ireos ʒ.j. miſce pro bolo.

Aut ℞ Pul. Ireos ʒ.j.ß. Aqua melliſ factæ in aqua tuſſilaginis, ℥.vj. miſceant, quod ſimiliter ad tuſſim antiquam valet.

Ad ulcera pulmonis, Oleum abietinum cum melle, ſimiliter theriaca recens, cum melle.

Tro-

Trochiſci Lucæ Chini præſtantes ad puris eiectum:

℞ Pul. liquiritiæ ℔. j. Amyli ʒ.vj. Sacchari Candi ℥.j. cum Mucilagine Traganti & Gummi Arabici facta in Julep violato q.ß.fiant ſicut lupini.

Curtius: ℞ Diatrag.bene contuſi, ſucci de endivia, ſacchari candi, ana ℥.j.& cum vino cocto q. ß. fiat paſta.

Potio Montani: ℞ boli armeni ʒ.ij. aquarum conſolidæ, farfaræ, ana ℔.j.Stent ſimul, donec aqua tota fiat rubra. Doſis, quotidiè manè & veſperi cyathus j. Adde mellis roſar. ℥.j.Confortat ſubſtantiam pulmonis, & cor,&c.

Electuarium Falloppii:

℞ Rad. Conſolidæ maior. coctarum ſub prunis (obvolutarum charta) ℥.iij.Pul.Traganthi,gummi arab. ana ʒ.j.Pul.boli armeni gr.v. ſpecier, Diatragan.frig.ʒ.ß.vel j.ſyrup.de roſis ſiccis q.ß. Coquantur ad formam electuarii. In quolibet iuſculo adſit una Radix Conſolidæ maior. hordeum, &c. Coquantur cum aqua chalybis, quam & bibat cum ſyrup. de roſis ſiccis. Motus corperis & animi vitet.

Hector Mithobius iurabat, hoc eſſe ſecretum Elidæi:

℞ Sacchari Roſarum ℥.j. Seminis Hyoſciami, ʒ.j. Pul.Hæmatitis ʒ. j. Miſce. Quod ſimilè eſt Arteriacis Opiatis. Aliqui verò omittunt Hæmatiten.

Electuarium Fracaſtorii præſtans, ad catarrhum erodentem:

Manna in brodio pulli. Bibat iturus cubitum cochl.ſyrupi de Papavere. Emulſio Papaveris. ℞ Tragacantæ ʒ.j.ſucci liquiritiæ, ʒ.ß. cum ſapa q.ß.fiat electuarium ß.a.

Arculanus: Lapis Hæmatites tritus cum mucilagine Pſilii, & diligenter lotus, propriè cum aqua Plantaginis, eſt mirabilis. Vel miſceatur cum ſucco Plantaginis. Doſis ʒ. ß. cum ℥.j.ſucci vel muco Pſilii.

Matthiolus commendat pro ſuppuratis, Aſtmaticis & ſuſpirioſis, botryn, decoctam cum liquiritia, & addito melle violaceo, vel ſaccharo,aliquot diebus hauſtam.

Lobelius: Syrupus de Peto præſtans in vulneribus & Tabe Thoracis.

Aliſma Matthioli: (Lunaria quorundam, & copioſa in noſtris Sylvis) commendatur in tuſſi ſanioſa, ſi paretur inde Syrupus.

PHTHI-

PHTHISIS.

Ad Phthiſin: Quotidiè bibant lac caprinum, aut vaccinum, ſtatim cum emulctum eſt. Non ſuperbibant vinum primum, & addant, pro expurgãdo pulmone, mel lacti. Aqua caſei etiam eſt bona. Caveant à pharmacis purgantibus.

In principio: ℞ Aquar. roſarum, vitis, plantaginis, ana ſextarium ß. Tragacanti, Gummi Arab. Hæmatitis, ana ℈.ij. Sacchari candi ℥.j. Coquantur, & de colatura bibat manè & veſperi.

Lohoch de pulmone vulpis, abſtergit & mundificat. Sæpè in ore teneat Diatragant. frig. in rotulis, vel bechicas albas.

℞ Paſſular. M.j. Exacinentur, caricarum ℥.ij. fœniculi, aniſorum, ana ℥. vj. capillor Veneris, Hyſſopi, ana M. j. liquirit. ℥.j. Coquantur in ℔.vj. aq. Poteſt addi ſacchar. candi, vel ſyr. de liquiritia.

Pectus inungatur populeone, vel ℞ Unguenti populeoni ℥.j. Diatrionſand. ℥.j. Camphoræ ℈.j. Miſce.

Electuarium de radicibus, pro pulmoniacis & aſthmaticis:

℞ Rad. Enulæ ℥.j. Liquiritiæ, Petroſelini, Fœniculi, ana ℥.ß. Althææ ℥.ij. Maſticis ℥.j. Cinamomi ʒ.ij. Coquantur in aquarum Malvæ, Enulæ, Agrimoniæ, ana ℔.ß. Sem. excorticator. cucumeris, cucurbitæ, melonis, amygd. dulc. pinearum, ana ℥.ij. Sacchari albiſſimi ℥.vj. miſceantur, & fiat elect. ß.a.

Lohoch de cancris ad Phthiſin:

℞ Cancrorum fluvialium lotorum ß.a. ℥.ij. Juiubarum, num. xx. Paſſularum, liquiritiæ, ana ℥.j. Capillor. Veneris, linguæ canis, arnogloſſæ, virgæ paſtoris, ana ℥. j. Bulliant in aqua ſufficienti, usque ad conſumptionem partium ſecundarum. Deinde ℞ Decoctionis illius ℥. viij. Sacchari albi, ſapæ, ſyrupi de papavere, ana ℥.iij. & reducantur ad ſpiſſitudinem mellis. Addatur poſtea ſem. cucurbitæ, gummi arabici, traganthi, ana ℥.vj. Sem. portulacæ amygd. dul. mund. ſem. cotoneorum, papaveris albi, ana ℥.ß. incorporentur omnia ſimul bona mixtione, & fiat Lohoch ß.a.

Aqua mirabilis, ad phthiſin & pleuriſin:

℞ Rad. Althææ recent. ℔. ij. Roſ. recent. violarum recentium, ana ℔.j. cochlearum, ablatis corticibus, num. 50. Teſtudines nemorales, num. v. Ranarum excoriatarum, numero xx. Cancrorum fluviatilium piſtatorum, num. 40. Pedum vitulorum mundat. num. x. Carnis pulli iuvenis ℔. j. ß.

Scabioſæ recentis, pulmonariæ recentis, bechii recent. Hyſſopi recent. ana M.iij. Sem. 4. communium frig. maior. ana ℥.vj. Rad. Satyr. recent. ℔.j. Rad. conſol. maior. & min. ana ℔.ß. Philonii Romani ℥.j.ß. Ex ſeminibus extrahatur lac, cum aqua flor. Nenuphar. Cætera verò incidantur minutim, & in vitreo organo ad ignẽ deſtillentur.

D. Magii, ad Phthiſicos:

Pix liquida cum melle, multorum teſtimonio. Aqua ſublimata ex Hedera terreſtr. Item pulvis pimpinellæ cum melle vel ſaccharo, cuius electuarii capiat ʒ.ij. cum ℥.iij. Pimpinellæ recentis, aut hederæ terreſtr. (Conciliator putat eſſe eam herbam, cum qua refert Avenzoar ulceratos ovium pulmones ſanari.)

NB. *Rondeletius pro ſecreto habebat* pulverem cancri marini veri, quem conficit poſito cancro in vaſe fictili probè tecto, combuſto, & tandem in pulverem redacto.

Pulvis in fluxu ventris cũ Phthiſi & tuſſi:

℞ Gummi Arabici ſpodii, boli armeni, ſeminis myrti, ana ʒ.j. fiat pulvis ſubtilis miſcendo probè, detur cum ſyrupo de papavere.

Electuarium præſtans D. Elidæi, pro pectore & Phthiſi:

℞ Diatrag. frigidi, Diapenidionis cum ſaccharo, ſine ſpeciebus, ana ʒ.iij. Carnis teſtudinis ʒ.vj. Sacchari Bugloſſati, violati, ana ℥.j. Sebeſten, Iuiubarum, ana numero .jx. ſem. papaveris albi, boraginis, omnium frig. ana ʒ.ij. Amydi, gummi arab. ana ʒ.j. Amygdal. dulcium, ʒ. iij. Pinearum, Paſſularum enucleat. Fiſticorum, ana ʒ.ß. Raſuræ Eboris, Margaritar. ana ℈.ij. Cinamomi, Macis, Caryophyllorum, ana ʒ.j.ß. Sacchari fini diſſoluti in Aqua ungulæ cabalinæ & Endiviæ q. ſ. fiat Electuarium ß.a. Doſis eſt Quantitas Avellanæ.

Ad idem, & ad tuſſim Phthiſicorum valet aqua deſtillata limaciorum & teſtudinis, ſæpè capiendo cyathũ. Item fiat Electuarium ex limacibus exiccatis, pulmone vulpis, mucilagine althææ & melle. Sulphur liquefactum in aqua tuſſilaginis, in modum pulveris in ovo ſorbili.

Ein Pulver vor die Schwindſucht/ deren von Hohnſtein:

℞ iij Loth gedörrt Ehrenpreiß / ein Loth Wolffs Lebern / zwey Loth Fuchs Lungen / ein Loth Aron / ein Loth Canel / drey Loth weiſſen Hut-Zucker / zwey quint. Koth / ex perſona laborante, alles klein gepulvert / vnd mit Schnitten Weck in Wein genommen / ein halb Quintlein.

Fit & bonum electuarium ex ℔.ij. Mellis cum mucilagine althææ, coctis, ſemper miſcendo, in quibus ponantur ʒ.j.ß. Sacchari Candi, Pinearum mundatarum & contuſarum ʒ.iiij. Limaturæ chalybis benè lotæ cum aceto forti, ad albedinem ʒ.ij. Cinamo-

Cinamomi ſolidum j. aut ij. Croci j. Paſſularum enucleat. ℥.j. vel ij. Liquiritiæ raſæ ℥. ij. Carduibenedict. M.j. Hyſſopi M.ß. Flor. Roriſmarini M.ß. Piſtata ſubtiliter. Benè incorporata remove ab igne, & ſub pannis calidis per horam unam aut duas cooperiantur. Poſtea uſui reſerva benè obturatum, de quo multo tempore patiens ſumat quotidiè ante cibum, ad quantitatem Caſtaneæ.

Inprimis laudatur lac aſinæ vel humanum.

Reſtaurativum pro Hecticis:

℞ Sem. papaveris albi. ſem 4. communium frig. ana ʒ. ij. Amygd dulc. avellanarum, fiſticor. Sebeſten, ana ʒ. iij. Pineær. præparat ʒ. v. Paſſular. ſacchari bugloſſati, borraginati, Diarrhod. Abbatis, ana ʒ. ij. ſacchari roſati antiqui, ʒ. v. Manus Chriſti perlati, penidiar. ana ℥. iij. pulpæ caponum ℥. ij. gallinarum ℥. iij. in cuius ventre bullierint bugloſſæ, meliſſæ, boraginis, endiviæ, ana M. ß. Roriſmarini, M. j. Piſtentur & benè miſceantur in mortar. marmor. cum piſtillo ligneo. Addantur Specier. diambræ, elect. de gemmis, ana ʒ. ß. doronici, croci, cinamomi, roſarum, corallorum alb. & rub. ana ʒ. v. Triaſantal. ℈. ß. Margaritar. non perforatar. ʒ. ij. Quibus pulveriſatis & aſperſis fiat electuar. ß. a. cum ſaccharo.

Aliud, magis calidum: ℞ Sem. papaveris albi ℥. j. pulparum caponis ℥ iiij. Amyli ʒ. vj. pinearum præparat. ℥. iiij. Amygd. dul. ℥. iiij. Roſar. rub. ʒ. ij. Cinamomi electi ʒ. vj. caryophyllor. ʒ. ij. macis, ʒ. ij. nucis moſc. ʒ j. ambræ ℈. ij. moſc. boni gran. vj. Olei amygd. dul. recentis ℥. iiij. Sacchari fini cum aqua roſar. q. ß. diſſoluti, & fiat elect. cuius Doſis eſt ℥. ß. ante prandium & cœnam.

Pro phthiſicis remedia D. Ludovici de Leonibus, optima:

℞ Aquam Hederæ terreſtr. adde tertiam partem aquæ Portulacæ, & continuè de eo ſumat. Si ſit rupta vena, addatur tertia pars aquæ cyclaminis.

Syrupus mundificativus:

℞ Pulmonariæ, ſcabioſæ, ana M. j. bethonicæ, malvæ, capill. ♀. ana M. ß. caricarum ping. num. vj. Bulliant in ℔. v. aquæ communis, ad partis tertiæ conſumptionem. Colaturæ adde ſucci caulium ℥. vj. & cum ſaccharo albo fiat ſyrupus, cuius ℞ pro vice ℥. j. ß. aquarum bethonicæ ſcabioſæ, Pulmonariæ, ana ℥. j. Miſce. Mel Roſarum convenit in principio, pro mundificatione.

Pilulæ: ℞ Liquiritiæ mundæ, & ſucci eius. Gummi Drag. Arabici, Amyli, Sem. Malvæ, ana ʒ. ij. Sandal. alb. & rub. ana ʒ. j. ß. Follicul. Senæ, Cyperi, flor. Squinanthi, Mirobal. Indor-Chebul-Emblicorum, rhabarb. electi, cinamomi optimi, caryophyll. nucis moſc. croci, ſerapini, bdellii, opopanacis, maſticis, thuris, ambræ, ana ℈. ij. aloës citrini, ad pondus omnium. Pulveriſata ſubtiliſſimè infundan-

fundantur in aqua ſcabioſæ, & incorporentur, fiantque pilulæ inſtar ciceris groſſi.

Electuarium optimum, ad tuſſim Phthiſicorum:

Fiat Electuarium ex pulvere limatum exiccatarum, pulmo vulpis, mucilagine althææ, & melle. Sæpè etiam capiat cyathum aquæ deſtillaſtionis teſtudinum & limatiarum.

Ad ulcera pulmonis valent: Oleum abietinum cum melle. Similiter theriaca recens cum melle. Lac aſinæ, lac humanum.

Curatis iniungendum eſt, ut diu utantur ſaccharo roſato, per annum, aut dimidium, debentque ſemper miſceri reſtaurativa cum aliis medicamentis, ut diapenidion, cum Phthiſici ferè ſunt hectici.

NB. Electuarium ex radicib⁹ ſymphiti maioris, coctis in aqua ad mollitiem, tandem mucagine remota, tuſis optimè cum conſerva roſarū, miva cotoneorum, & ſyrupo de veronica.

Exiccativum noſtrum: ℞ Rad. Enulæ, angelicæ, ana ℥.j.ß. baccarum lauri ℥.j. carduibened. praſſii, verbenæ, betonicæ, ana M.j. fiat decoctio ß.a. in aqua fluminis ad 3. partis conſumptionem. Colaturæ ℞ provice ℥.iiij. in quibus diſſolve theriacæ electæ aut mithridatii ℨ.j. & miſceantur.

Reſtaurativa. Electuarium: ℞ Omnium Zucharorum, roſatę novellæ, diatrag. frig. ana ℥.ß. flor. boraginis, bugloſſæ, violar. Nenuphar. liquiritiæ mundæ, ana ℨ.iij. amygdalar. dul. pinearum, fiſticorum, ana ℥.ij. ſem. 4. com. frig. maior. ana ℥.j.ß. ſem. acetoſæ, ſem. lactucæ, portulacæ, ana ℨ.iij. carnium teſtudinis benè coctorum, ℔.j. penidiarum, ſacchari tabarzet, ana q.ß. Miſceantur, & fiat electuar. ß.a. in meliori forma.

Morſelli præſtantes, ad idem:

℞ Pulpæ caponum ℥. vj. amygdal. dulc. ℨ.vj. avellanar. aſſat. pinearum, fiſticor. mund. ana ℨ.ij. farinæ hordei, amyli, ana ℥.ß. gummi arab. tragant. ana ℨ.j. ſucci liquiritiæ, ſem. papaveris albi, ana ʒ.ß.4. ſem. frig. maior. ana ℨ.j.ß. Seminum endiviæ, portulacæ, ſcariolæ, lactuc. ana ℈.j.ß. croci, camphoræ, ana gran. iij cum ſaccharo q.ß. in aqua roſarum diſſoluto, fiant morſelli, & deaurentur.

Eſculum bonum: ℞ Jus Galli, ſublata pinguedine, & ſalias q. v. Infunde farinam avenæ, hordei, amyli q.ß. & parum olei recentis amygdal. dul. & ſacchari albiſſimi q.ß. pro gula, & redigatur in formam eſculi, & detur.

Ad reſtaurativum optimum, D. Matth. de Grad.

℞ Teſtudinem recentis oſtracis, poſt infuſionem eius in aqua calidiſſima, carne prius benè mundata, coquatur in aqua hordei, ut benè cocta ſit, & optimè teratur, vel incidatur minutim. ℞ Paſſularum enucleat. pinearum, fiſticor. amygdalar. dul. ſem. 4. commun. frig. maior. mundat. & miſcentur cum prædicta carne. Deinde ℞ Zuch. albi ſolidi q.ß. & decoquatur

quatur in brodio cancrorum fluvialium & aqua limatiarum, vſque ad perfectam decoctionem; & adde pulparum cancrorum fluvial. decoctorũ, penidiarum, Zuchari candi, quantum placet. Cum zucharo decocto & ſupra dictis omnibus ſimul in mortario optime miſtis, cum piſtillo diu ducantur, & cum tepere incipiunt, adde fragmenta ſymphyti ſmaragd. Hyacinth. Indorum, Margaritar. Splendidar. Corallor. Oſſis de corde cervi charabe, ana ℈ij. Cinamomi electiſs. macis, Cardamomi, Zinzib. albi, Ireos, croci, ana ʒ.j. Amyli, ſucci liquiritiæ, Gummi arabici tragacant. ſem. portulacæ, cari, ana ʒ.j.ß. Pul. cancrorum fluvial. ʒ. ij. ß. Pulmonis vulp. præparati ʒ. iij. Incorporentur omnia optime, ac in vaſe vitreato vſui reſerventur; &c. Mundificat, conſolidat, confortat virtutem vitalem, & plurimum reſtaurat.

Electuarium Elidæi: ℞ Succi Pimpinellæ, ſucci aut Pul. ſerpentinæ, ana ℥.ß. ſacchari roſati ℥.j. f. miſceãtur. & ad lentũ ignem bulliant, vel ponãtur ad Solem, donec fiat Electuariũ.

Pro Phthiſicis, Matth. de Grad. ℞ Di Spiconardo, di gengevo, ana ʒ.ij. di ſem. di ſalvia arroſtito, peſto è crivellato ʒ. viij. de pepe longo, ʒ. xij. Incorporentur cum Succo ſalviæ. Detur ʒj. mane & Veſperi, ſuperbibendo parum Aquæ.

In Phthiſi, ex vlcere Pulmonis, commendantur. Lac Humanum vel caprinum, niſi aliquid obſtat. Caro cancrorum fluvial. præparatorum, Ranarum, limacum teſtudines, Ius cicerum, ſaccharum roſatum verò ante omnia.

Cauſa primum corrigatur, Si ſit Catarrhus acutus, vt ſupra dictum. Similiter ſi ſit ex ſanie affluente.

Secundo, Pulmo confortetur, cum appropriatis, vt ſunt: pulmo vulpis præparati, cancri fluviatiles, pulmo Eritii, cum liquiritia & Capill. Veneris. Cor & pulmo Anſeris ſyl. Pinguedo renum capræ ſyl. Vt ℞ Pulmonis vulpis præparati, ſem. fœniculi, ſucci liquiritiæ depurati, ſucci capill. Veneris miſceantur cum Aqua Zuchari.

Tertio, mundificetur vlcus, cum Aqua mellis, tandem cum ſyrupo de Praſſio, de Hyſſopo, vide ſupra de Aſthmate.

Quarto glutinetur vlcus, vt dictum in ſputo ſanguinis. Laudantur Bolus Armenus, terra ſigillata, carabe, Lap. Hæmatites, ſuffumigium ex creta & Roſacea, ex Decocto granorum myrti, ſumach.

Ad extenuationem corporis commendantur: Balneum Aquæ dulcis, debito modo adminiſtratum, Electuaria reſtaurativa & remittentia calorem febrilem, quale eſt, quod ponitur apud Mattheum, deſcriptum paulo ſupra. Diſtillentur cancri necati in ſero caprino, cum eodem ſero quod propinetur.

Lucæ Chini, de Imola, *Trochiſci optimi ad phthiſin, à tenui deſtillatione & ſalſa:*

℞ Sacchari Candi, violati, ana ℥.j.

Mannæ electæ ℥. ß. Liquiritiæ ʒj. ß. Gummi Arabici, Sem. Papaveris albi, ana ʒ. j. Traganthi ʒ. j. Amyli ℈ij. Pulveriſanda pulveriſentur, & cum mucilagine Traganthi, facta in Iulep violato, fiat paſta, & fiant inde parvi Trochiſci.

Pulvis præſtans, ad idem:

℞ Cancrorum fluvial. ſiccator. ℥. j. pulmonis vulpis ʒ. vj. pad. pentaphylli conſolidæ maio. ſem. Papaveris albi, ana ʒ. iij. ſem. citoniorum mund. ſem. communium frig. maio. ana ʒ. ij. Gummi Arabici, Amyli hordeacei, traganthi, liquiritiæ, ana ʒ. j. ſem. malvæ, portulacæ, ana ℈ij. renidiarum ad pondus omnium, & fiat Pulvis. Doſis ʒ. iij. cum Iuſculo Hordei. Aut fiat Electuarium cum ſyrupo Capill. Veneris.

Caput ſingulis ſeptimanis abluatur. Veſicatoria in cervice. Vſus Pitnearum præparatarum. Item ℞ Succi liquiritiæ. ʒ jij. Aloes lotæ decocto liquiritiæ ʒ j. pul. de cynogloſſa ʒ. ß. cum ſyrupo violato fiat paſta, de qua ſumatur ℈j. in ingreſſu lecti, alternis diebus.

Aqua rubea Montani:

℞ Boli Armeni ʒ. ij. Agitentur in lib. j. Aquæ conſolidæ & farfaræ, & de hac Aqua rubra cubitum iturus bibat parum. Adde, pro ventriculo, ℥. j. Mellis Roſati. Confortat pulmones, & catarrhum putridum exiccat. N. Bolus Armena cum mulſa, vel aqua farfaræ & melle Roſato.

℞ Terebinthinæ pinguis ℥. ij. ſacchari roſar. ℥. iiij. Agarici præparati, ℥. ß. Miſce, & detur in aurora 4. vicibus, vel prout ferre poteſt æger.

Eclegma præſtans Montani:

℞ Elect. de Pino, de pulmone vulpis, ana ʒ. j. ſyrup. Myrtini, de Hyſſopo, de liquiritia, Mellis Roſar. ana ℥. j. ß. Boli armeni, terræ ſigillatæ, hæmatitis, ana ℈j. Rad. ſymphyti ʒ. ij. diatraganthi ℥. iij. miſceantur, pro eclegmate.

Pulvis præſtaus fit ex pulmone vulpis præparati, Adiantho, fœniculo radice dulci, Amylo & tragantho. Doſis quotidie ʒ. j. cum ſaccharo roſar. aut ſyrupo de marrubio, vel Adianthi, ptiſana vel mulſa.

Montanus, Conſ. 122. In catarrho, cum ſputo ſanguinis & Phthiſi, per decem dies mane bibat loco ſyrupi brodium decoctionis Enulæ cũ marrubio & parum Hyſſopi, & poteſt dulcorari ſaccharo vel melle. Sex diebus quieſcat, & rurſus incipiat, vel mel. roſar. cum decocto Betonicæ. Pulvis fiat pro ſutura coronali, ex ſandaracha, Maſtiche, roſis, Maiorana &c. Pectus expurgetur melle roſato, & Oxymelite, miſtis. Doſis quotidie ℥. ij. Ius decoctionis hordei, liquiritiæ & farfaræ.

Ad extenuationem corporis, Balneum Aquæ dulcis, lactis Aſinini potus. conſ. 129.

Linimentum Montani: ℞ Medullæ vituli ℥. ß. olei Amygdal. dul. recentis, violarum, ana ℥. ß. Miſceantur, cum

modi-

modico Vini pauciferi, pro linimento totius corporis.

Emplaſtrum Montani præſtans: ℞ Carnis citoniorum vino auſtero coctorum ℥.iiij. carnis dactylor. ℥.iij. Paſſularum ℥. iiij. farinæ Hordei ℥. iij. Olei amygd. dul. ℥.iij. miſceatur, & cum vino decoctionis citoniorum fiat emplaſtrum pro toto abdomine, quod ſiccatum permutandum. Aliter: Coquantur Maſtix, citoniorum caro, cum dactylis, in vino dulci, non potenti, & facta expreſſione per cribrum, adde Oleor. chamemelini & abſynthini, q. ſ. pro linimento. Quo quidam curatus eſt, cui abdomen ita erat arefactum, vt inteſtinorum videretur contractio.

Optimum pro pauperibus: ℞ Terebinthinæ pinguis ℥.ij. ſacchari roſati ℥.iiij, Agarici præparati ℥.ß. Detur in aurora 4. vicibus, vel ut patiens ferre poteſt. Vide ſupra medicamenta Magij, vbi commendat Aquam Hederæ terreſtris.

Thomas Eraſtus, in Literis *ad me ſcriptis, Anno* 1573.

Filiolæ tuæ non admodum proderit trifolium illud aureum, cuius mentionem feciſti, cum potiones medicatas reſpuat. Egoque non niſi cum Guaiaci decocto, ipſo ſim, & quidem feliciſſime, in Phthiſicis duobus vſus. Poteris ipſi parare Electuarium ex pul. noſtræ Pimpinellæ & ſanguiſorbæ, cum ſyrupo de ſymphyto maiore; cuius quotidie detur ℥.j. vel plus, cum ℥.ij. aut iij. aquæ pimpinellæ. Exhibebis etiã canditas rad. Symphyti maio. & Pimpinellæ, non neglecto tamen pulvere dicti trifolii, cum conſerva roſarum vel florum ſymphyti.

Quidam aliis omnibus præferebat vſum olei florum Sulphuris parati ß. a. per ſpiritum Terebinthinæ, quod poteſt miſceri cum rotulis vel Lehochis. Vel vſum Sulphuris triti, & in ovo ſorbili mane & veſperi vſurpati. Lobelius commendat ſyrupum ex Nicotiana, ſeu Tabaco.

Pulvis optimus, ordinatus, pro Nobili Beinebergio:

℞ Pul. pulmonis vulpis, ſem. fœniculi, rad. liquiritiæ, ana ℥.ij. Gummi Arabici, Traganthi, rad. farfaræ, ſymphyti maior. ana ℥.j. ſacchari penidii ℥.j ß. fiat pulvis probe miſcendo. Detur ℥.j. cum iuſculo hordei, quotidie, vel cum ovo ſorbili, conſer. Roſarum, aut Pomo aſſato.

Vade mecum: In tuſſi calida & caterrhali medicamentum eſt præſtantiſſimum Diacodion Meſue, ad maturandum: ℞ Papaveris albi ℥. ij. Tragacanthi, liquiritiæ, penidiorum, ana ℥.x. Gummi Arab. Succi Liquiritiæ, Aniſi, farinæ fabar. fœniculi ſeminis lactucæ, Portulacæ, Amyli, ſem. Malvæ, ana ℥. v. ſem. melonis, Cucumeris & Cucurbitæ, excorticatorum, ana ℥.ij.ß. Confice cum melle colato & Penidiis. q. ſ. Doſis ℥. ij. pro vice. Confortat pectus & pulmones.

Huic reſpondet Diacodion Montani, ad Catar-

Catarrhos putridos: ℞ Papaveris albi, capitum 20. Liquiritiæ raſæ ℥.ij. ſiliquarum pinguium, carnis ſine acinis & cortice ℥.iij. Aquæ lib. 12. Coquãtur ad remanentiam lib. iij. ſacchari albi lib. j. Penidiorum ℥. iij. & rurſus coquantur ad juſtam conſiſtentiam Mellis. Sumat cochlear ante ſomnum, & interdiu de ea lambat ſæpius.

NB. Vide ſyrupum de Papavere ſimplicem, ex decocto capitum & ſaccharo, in diſpenſatorio cordi. Ex ſimplici facile fit compoſitus, addito violaceo vel Iuiubino.

Syrupus Doctoris Langij, de Papavere:

℞ Capitum Papaveris vtriuſque ℥.iiij. Capillorum Veneris M. ij. Liquiritiæ ℥.v. Iuiubas num. 20. ſem. lactucæ, Malvæ, ana ℥.iij. cotoneorum ℥.iij. aquæ communis lib. 4. Coquantur ad dimidium, adde poſtea ſacchari & Penidiorum ana ℥. iiij. pro ſyrupo.

CORDIS AFFECTIONES.

Electuarium pretioſum Benedicti Victorii Medici Bononienſis: 1554.

℞ Corticum citri, Zedoariæ, doronici, carabe, Corallor. rub. ana ℈j. ſetæ crudæ minutim inciſæ, Been albi, rubei, Folii, Spicænardi, Cardamomi, Caryophyllor. Ameos, calami Aromat. ana ℈ß. Oſſis de corde cervi, Margaritar. perforatar, & non perforatar. Rubinorum, Iacinthorum, ſmiraldorum, ſumitat. Samſuci, Stœchad. Arab. ana ℈j. Limaturæ Auri & Argenti, folior. Bugloſſæ, Tormentillæ, Storacis calamint. ſpodii, ſem. Baſiliconis macro piperis, ana ℥.ß. Muſci fini, Ambræ opt. ana ℈j. Maſticis, Menthæ, ana ℈ß. Conſervæ Bugloſſæ ℥.j. Omnia ſubtiliſſime pulveriſentur, & cum lib. iiij. Sacchari albiſſimi fiat Electuarium ß.a.

Emplaſtrum Montagnanæ, mirabile in omni Lipothymia & animi reſolutione.

℞ Spodii, Roſar. rub. ſandalor. rub. & alb. Oſſis de corde cervi, fol. & ſem. Baſiliconis, Caryophyllor. ana ℥.j. Muſci gr. iiij. Ambræ gr. v. croci ℈j. Farinæ hordei ℥.ij. bulliant in ſufficienti quantitate Vini aromatici antiqui ad ſpiſſitudinem Emplaſtri. Deinde in mortario conterantur, & in 4. foliis auri, & ℥.j. Margaritarum non perforat. extendatur in panno de

de Granata,ac calidum ſiniſtræ mamillæ applicetur.

Montani,pro Cardiacis:

Factis purgationibus per intervalla cum benedicto aliquo medicamento, pro obſtructionibus aperiendis,evacuandis crudis humoribus, & naturalibus roborandis, fiant diverſiva materierum & vaporum malignorum ad oppoſita cum iis quæ vrinas provocant,vel Menſes,vel cum reſeratione venarum,aut vltimorum cauteriis, in cruribus. Cor roboretur extrinſecus & intrinſecus, & ſimul ventriculus roboretur, Vt ℞ ſem.citri ʒ.j. Lign.Aloes ʒ.j.ß. Roſar.rub. ſandali citrini, Zedoariæ, ana ℈ij.Corall.rub.elect.ʒ.ß. Muſci, Ambræ,ana gr.ij. Pulveriſentur, & cum Roſacea & ſaccharo albo fiant Rotulæ pondere ʒ.iij.ſumendæ quotidie hora vna ante Prandium.

Linimentum optimum: ℞ Vnguenti roſati Meſ.recent. ℥.j. Roſar. rub. ſantali citrini,ana ʒ.j. Zedoariæ, ſpecier. cardialium temp. ana ʒ.ij. Miſceantur, & cum modico olei roſati completi fiat linimentum pro corde.

Ludovici de Leonibus, ad ſaltum Cordis,ex ventoſitate:

Primo ſecetur vena Baſilico dextro, ad divertendum, ſequenti die ſiniſtra, ad evacuandum vapores à corde. Imponantur deinde cucurbitulæ ſub papilla ſiniſtra verſus dorſum & lumbos inferius vſque ad nates,vbi & cum ſcarificatione poſſunt poni.Sacculi cum aromatibus, cum æquali pondere panis triti, rigentur roſacea, vel ſimili odorifero.

Syrupus confortativus, de quo ſæpe ſumat in die:

℞ Aquarum meliſſæ, Boraginis, ana lib.ß.roſacæ odoræ ℥.iiij. Been vtriuſque, doronici, ſem. fœniculi, ana ʒ.ij.flor. Boraginis M.ij.flor. Bugloſſæ & Lavandulæ, ana M.j. Fiat decoctio ſ.a. ad tertiæ partis conſumptionem. Colaturæ adde ſyr. de pomis ſabor,de Boragine, vini Malvatici,ana ℥.ij,Sacchari fini ℥.iiij. Coquantur ſ.a. &fiat Iulep.longum, & aromatizetur cum croci, Muſchi, Ambræ,ana gr. iij.& detur ſæpe parum.

Epithema Cordiale. ℞ Aquarum meliſſæ,Boraginis,ana ℥.vj.roſarum, fœniculi,ana ℥.ij. Doronici, Borag. ana ʒ.ij.croci orient.℈ß.muſci, ambræ,ana gr.iij, miſceantur probe ſ. a. & fiat Epithema pro corde.

Enema præſtans. ℞ Flor.Camomillæ,meliloti, ana M.j. Seminis fœniculi,℥.j.Roriſmarini, meliſſæ,ana M. iij.Aniſi,cimini, carui,Ameos, ana ℥.j.fiat decoctio. Colaturæ ℞ lib.j.& diſſolvantur in ea Hieræ ſimp.℥.ij. Benedictæ Laxativæ,Elect.de baccis Lauri,ana ℥.ß. Sacchari rub. Mellis Roſati colati, olei Rutacei,ana ℥.iij. vitelli ovi j.ſalis communis ʒ.j. Miſceantur probe pro Enemate.

Digeſtivum: ℞ Syr.de pomis compoſ.℥.ß.Aquarum Borraginis, ℥. ij.

Meliſſæ Aquæ ℥.j. Miſce, & detur pro vice. Er ſic procedatur & in reliquis, pro neceſſitate.

Cordialia, Matth. de Grad. ex Avicen.

Cor roborant ſeptem modis, 1. Spiritus reſtaurando & nutriendo, vt Vinum, Aqua ſeu expreſſum carnis. 2. Illuſtrando & clarificando ſpiritus, qualia ſunt, Margaritæ albæ, ſericum crudum minutim inciſum. 3. Prohibendo reſolutionem facilem cordis, cuius generis ſunt Emblici, Charabe, terra ſigillata. 4. Delectando Spiritus, ſeu aromatizitate. Huc pertinent omnia Aromatica. 5. Vivificando ſimilitudine & temperie ſua, aut alterando ad contrarium. Temperata ſunt, Bugloſſa, Borrago, Aurum, Terra ſigillata. Alterantia verò frigida, Roſa, ſandali, argentum, camphora, Nenuphar, ſpodium præcipue. Calida verò, crocus, Ambra, caſſia lign. Cinamomum, Lign. Aloes muſcus, meliſſa præcipue. 6. Evacuando humorem Melancholicum vel peccantem, Succus Roſarum, Myrobalani Indi, Agaricus, meliſſa, ſolvendo vapores à corde. 7. A proprietate occulta, ſem. Citri, Hiacinthus, Theriaca, Caro accipitris ac Rhaſen in Aphoriſmis.

NB. *Si Syncope vel tremor Cordis apprehenderit hominem, tria ſunt agenda:*

Primo, prohibenda reſolutio ſpirituum paucorum in ambitu, præſertim in facie, aſpergendo roſaceã, & ſimilia frigida ſtiptica, niſi ſyncopes fuerit ex cauſa nimis frigida, vel cum Diarrhœa. *Secundo*, regenerandi ſpiritus & confortanda virtus cum aromaticis odoribus, ſecundum diverſitatem cauſæ (niſi ſit ex vitio matricis) cum vino, Aqua carnium.

Tertio, virtus excitanda & Spiritus ad exteriora evocandi cum conſtrictione Artuũ, vociferatione, frictione, ſternutatorio, glande, & ſimilibus, niſi ex magna inanitione præcedente ſpiritum ſit penuria. Tunc enim quieſcendum, & Spiritus odoribus & bono vino reficiendi.

In Cura & præſervatione, inſtituatur victus ratio, pro diverſitate intemperiei alterandæ. Inprimis aer alteretur cum odoribus, omni ingenio, cum ſuffumigiis, pomis vulgo vocatis. Digeſtiva Cordialia ſunt, calida: Mel roſatum, Oxymel ſim. & comp. ſquil. Valentiora ſunt: Syrup. de radicibus, de Glycyrrhiza, Hyſſopo. Praſſio, Thymo, Pomis, Epithymo, Fumaria, cum Aquis Bethonicæ, Scabioſæ, Meliſſæ, Bugloſſę ſcolopendrii, fumariæ.

Frigida vero ſunt: Syr. violatus, Intyvi, Oxalidis, Ribes, de Berberis, Acetoſus, Nenuph. *Valentiora, Syr. ex Succo* Limonum & citrorum, cum Aqua Roſar. Portulacæ, Intyvi, ſolani, Plantaginis, Lactucæ &c. Trochiſci de Camphora, cum dictis Aquis.

Evacuant vero, materiam ſanguineam, Baſilica dextra. *Vaporoſam* Baſilica ſiniſtra, & Meliſſa. *Cholericam*, Myrobalani Citrini, pruna Tamarindi, Succus Roſarum, Manna, Caſ-

Caſſia, Rhabarbarum. *Pituitoſam* : Chebuli, Emblici, Agaricus, Diaphenicon, Indum.

Melancholicam : Epithymus, Lapis Lazuli, Armenus, Indi & belliricí. Confectio Namech, Pil. de Lap. Lazuli, Indæ.

Avertunt materiam ad partes ignobiliores, Sectio venæ Malleoli. Si res vrget, frictiones, Ligaturæ, Clyſteria, Cucurbitulæ.

Cor confortant, & Ventoſitates diſcutiunt: Doronicum, Cinamomum, Aniſum &c. Confortant prætere a reliqua Cordialia, ſuperius deſcripta, vnde fiunt Confectiones & Epithemata.

Commendantur in cauſa Calida: Saccharum Roſatum, violatum, Borraginatum, cum Trochis de Camphora. Syr. de Ribes, de pomis odoriferis de Acetoſitate citri, cum Aquis appropriatis. Diarrhodon Abbatis, Triũ ſandalor. Corallia, roſæ (fiũt inde poma ac ſacculi) Acetũ, ſpodiũ, violæ, ſandali, Margaritæ. Epithema ex Aquis Roſarum, violarum, plantaginis, Oxalidis. *In cauſa frigida* : Lætificans Rhaſis Diamuſcum dulce, Confectio de Gemmis, Theriaca, Mithridatium, Diambra, Bugloſſus, Zedoaria, Doronicum, meliſſa, Cortex Citri & ſemen. Caryophylli, Moſchus, Ambra, Nux moſchata, Ex his, cum Aqua Meliſſæ & Borraginis, fiant Epithemata. Ex pulveribus verò ipſorum fiant ſacculi & poma, cum Ladano & cera. Valent & Syrupi de pomis comp. de citro cum Aquis appropriatis,

Reviviſcere facit hoc: ℞ Caſtorei, macis, croci, ana, trita miſce, Doſis, ʒ.j. cum Vino odorifero. *In cauſa calida & maligna*, danrur ʒ.ij. Succi Pomorum dul. clarificati, cum pulvere Hyacynthi.

Ein köſtlich Stärck Waſſer / *ex Libro Principis Hennenbergenſis Bopponis*, zum Hertzen / *Aquam vocant Damaſcenam, ad Syncopen:*

℞ Macis, Cardamomi, cubebarũ, Zedoriæ, ana ʒ.v. muſcatæ, Caryophyllor. Canellæ, Galangæ, ana ℥. j. Tritis affunde Aquarum Roſarum, Pulegii, ana lib. ij. Roris herbarum partem dimidiam, vt omnia impleant duos cantharos. Stent diebus 14. & poſtea deſtillentur.

Aquam ad cordis tremorem egregiam vide ſupra.

Linimentum ad tremorem Cordis:

℞ Specier. Cardialium præparat. ℥.iiij. Corallor. rub. ℈j. ſantalor. Roſarum rub. ana ℥.ß. Olei Roſati ℥.j.ß. Cum modico ceræ, fiat Linimentum molle ſ.a.

Electuarium : ℞ Sacchari Roſati, Borraginati, ana ℥.j.ß. Corallor. rubeor. ʒ.ij. ſantal. rub. ʒ.j. Muſci., Ambræ, gr.iiij. Semen. citri ℈ij. Iulep. roſar. ℥.j. miſce pro Electuario.

Linimentum aliud: ℞ Galliæ Moſchatæ ʒ.ij. Theriacæ opt. ℈j. Specier,

S ij cord

Cord.temp.℈ß. ſandali albi xv. olei Nenupharini, roſati completi, ceræ, ana q.ß. In fine adde croci gr.vj. & fiat linimentum molle ſ.a.

Vnguentum de Nenuphare citrino, ad febres & dyſcraſſam calidam:

℞ Olei Nenupharini cit.℥.vj. roſati, omphacini ℥.ij. ſucci folior. Nenupharis cit.℥.vj. ſucci acetoſæ, Boraginis, Bugloſſæ, Roſar. portulacæ, ana ℥.ij. Aceti roſarum ℥.v. Succi citri, ℥.iij. ſpecier. cord. temp.℥.j. ſantal.rub.albi, citrin.ana ℥.ij. ceræ albæ q.ß. Bulliant ſimul omnia ad caſum aceti & ſuccorum. Expreſſio reducatur ad formam vnguenti aut linimenti. In fine adde ſpecier. cord. temp.℥.vj. ſantalor.albor. ℥.j. Camphora ℈j. Corallor.rub. & alb.ana ℥.ß. & fiat vnguentum nobile.

Electuarium Cordiale optimum, in Intemperie calida:

℞ Conſer. Roſarum, Bugloſſæ, ana ℥.j.ß. Conſer. Berberis ℥.iiij. Sacchari albi lib.j. diſſolvatur in aqua Bugloſſæ, ac fiat Electuarium, lege artis, cui adde fragmentor. ſmaragdi, ſapphyri, Iacynthi, Granati, rubini, ana ʒ.ß. margaritar.ʒ.j.ß. miſce.

℞ Conſer. Roſarum, violarum, boraginis, Bugloſſæ, ana ℥.j. Nymphææ, tantundem manus Chriſti perlatæ ℥.ij. ſantalor omnium Corallor. rub. ſem. acetoſæ, citri, corticum citri doronici, Been vtriuſque ſpodii, oſſis de corde cervi, Margaritar. præparatarum, ana ℈j. Fragmentor. Lap. pretioſorum omnium, ana ℈j. Pul. ſaracenici, ſpecier. Dialiberantis, ana ʒ.j. ß. Folior. auri num. v. cum ſyrupo de acetoſitate citri fiat mixtura, cui adde elixiris vitæ ʒ.ß. & optime miſceantur.

℞ *Aquar. Acetoſæ, Roſarum*, Nenupharis, Boraginis, violarum, ana ℥.v. ſpecier. cordialium pro Epithemate, ʒ.iij. camphoræ, croci, ana ℈ß. aceti ℥.ij. vini albi ℥.iiij. miſce,

Item ℞ *Infrigidantis* Galeni, vnguenti de Nenuph. citrini, ana ℥.ß. miſceantur.

In Intemperie frigida: ℞ Theriacæ antiquæ, ſucci limonum, aceti ana ℥.ß. Galliæ moſc. croci, ana ℈ß. miſce,

Potio, ad ægritudines Cordis Melancholicas:

℞ Diaſenæ leniti.℥.j. Lap. Lazuli præparati optime ℈j. ſucci bugloſſæ depurati, ana q.ß. fiat potus.

Cardiaca, quorum eſt noxia omnia malignaque depellere, & Cordi robur conferre, alia ſunt

Frigida Bugloſſum vtrunque viola & Nymphæa, ſem. mali Citri amarum, ſuccus eiuſdem & pumici, Arantii ſuccus, ſem. Oxalydis. Succus mali odorati, mali cotonei, Os è Corde Cervi, Cornu vnicornis, Ebur, Aurum, præſertim in burſa, & copioſum, Argentum, Margaritæ, Savirus, Hia-

Hiacinthus, Smaragdus, Corallus, Succinum, Sigillum Lemnium, Bolus Armen. Camphora, malignos extinguit vapores, præſertim calidos, & ab his exolutionem reparat. Ex his parantur Syrupi, ut de Bugloſſo, Syr. violarum, Malorum citri, Condita, Pulveres, Manus Chriſti, Epithemata, Deſtillata, Odoramenta, & ſimilia, quæ in malignitatem obtundunt, & Spiritus recreare poſſunt.

Calida: Meliſſophyllum, Doronicum Pauli Arnabo, Veronica altera, quæ eſt Tunix Biſtorta, Dictamnus, Pentaphyllum, vulgo Tormentilla, Atractylis, Carduus benedict. Storbe, Scabioſa, ſem. Ocymi, Xyloaloës, Cortex mali Citri, Cinamomum, Caryophyllor. Amomum, Crocus, Moſchus, Ambra.

Compoſita: Syr. de Cortice Citri, de Meliſſa, Condita ex iisdem & ſimilibus. Epithemata, Deſtillata, Cordiaca & reſtaurantia, Odoramenta, Electuaria, ut de Gemmis, de Ambra. Pulveres ſive Species Cordiales.

Pulvis Cordialis præſtans:

℞ Margaritarum ſplendidarum ℈.ij. Raſuræ eboris, cordis cervini oſſis, ana ℈.j. unicornu gran. iiij. Sacchari violati, ʒ.ij. Utatur medio Cochleari cum Syrupo acetoſitatis Citri.

Alius: ℞ Corticis Citri ʒ.j. Margaritarum ſplendidarum ℈.ij. ſem. Citri, melonum, acetoſæ, ana tantundem, limaturæ auri, fragmentor. gemmarum, ana ℈.j. Sacchari roſar. ʒ.iij. Miſceantur. Doſis, cochlear dimidium, cum vino albo odorifero, quod cum aqua, in qua aurum ſæpius ſit extinctum, diluatur.

Concinnantur & alii pulveres ex cordialibus, Item epithemata ex roſacea camphorata, oleo violato camphorato. Syrupus de corticibus citri, cum aqua meliſſæ. Syrupus de pomis odoriferis, nempe ſuccus expreſſus, coctus & depuratus, cum æquali ſaccharo decoquatur ad conſiſtentiam Syrupi.

NB. *Syrupum cordi ex pyris muſcatellinis & palatinis.*

Puls. Pölſterlein: ℞ Pul. ſpecier. cordialium pro epithem ʒ.ß. trochiſcor. de camphora ℈.ij. caryophyllor. granor. iuniperi, roſar. rub. ana ℈. ij. ß. macis, cinamomi, ana gran. ij. Miſceantur, & cum ſerico rubro fiant duo ſacculi.

Aqua Caponis præſtans:

Capone ſtrangulato & præparato fiat farctura cum ventriculo, hepate, inciſis, cum pul. caryophyllor. macis & canellæ. Imponatur lignis transverſim poſitis, ne fundum attingant, clauſoque operculo cum fermento, coquatur in B. ad ſufficientiam.

Potio D. Elidæi optima, ad Lipothymiam:

℞ Succi carnis pulli vel hædi ℥.ij. vini granatorum, vel citrinor. ℥.j. ß. vini vernacini optimi ℥.j. detur calidum.

dum. Bucella panis cum cretico, ſi abſit inflammatio.

In tremore cordis: Mirobal. citri. in cauſa calida, in frigida verò Emblici, & in melancholia, Indi.

Defectis animo, obvolutis Syndone calido, infundo, ait Luſitanus, vinum generoſum cum vitellis ovorum. *In febribus malignis*, propino Bolum Armenam Orientalem, cum vino & roſacea, aut ſucco carnium.

Savanarola in Praxi: Aſſetur capo vel perdix, ſemper irrorando cum roſacea & muſcatello, vel malvatico. Succus cum prælo extrahatur. Poteſt Julep fieri ſaccharo, ut. diutius duret. Aqua ſimilis fit ex capone, loto cum vino, aſperſo pulveribus cordialibus, qui pulvis etiam in ſuis cibariis ponatur. In Syncope, labia inunge ſucco radicis lappæ, omnium eſt certiſſimum, fricentur pulſus pulvere caryophyllorum & aqua lilii convallii, vel vino, ac iisdem locis alligentur ſacculi ex eodem cum mica panis compoſiti. Pedes frigidi cum pannis calidis fricentur.

Elidæi: Ad tremorem cordis & pulſuum valet meliſſa, aſperſo cretico, & in tegula calefacta. Præmiſſa miſſione ſanguinis, ſi opus erit, aut evacuatione cum Rhabarbaro, vel agarico, & manna.

Electuarium, ad tremorem:

℞. 4. Conſervarum cordialium, elect. de gemmis, ana ℥. iij. Margaritarum albarum, auri puriſſimi limati, boli armen. orient. Smaragdi, Rubinorum, ana ℈. j. Oſſis de corde cervi, ſem. citri, ana ℈. ß. cum ſyrupo de pomis fiat electuarium, quod detur manè & ſerò ante cibum, per duas horas, cum aqua bugloſſæ.

Si ſit ex humore melancholico: Purgetur cum Epythimo & manna, ut ſupra cap. de Melancholia eſt dictum.

Deſtillatum Mithobii, ex capone, ad tremorē & defectum cordis:

℞. Meliſſæ, pulegii, maioranæ, hyſſopi, ana M. j. roſar. rub. boraginis, anthos, ana M. *j*. caryophyllor. canellæ, macis, cardamomi, ana ℥. ij. corallor. perlarum, ana ℥. iij. ſuccini ℥. *j*. oſſicula cordis cervi iiij. ſandalarum, ana ℥. ij. moſchi parum. Inciſæ herbæ & trita aromata cum aureo monili in petia linea ligata cum longo iure decoctionis capi cocti contuſique deſtillentur.

Poteſt & addi vinum, ac deſtillatio fieri. Vel capo mundatus incidatur cum carne & oſſibus omnibus, ac in mortario conteratur, affuſisque cantharis 2. optimi vini, cum dictis herbis & aromatibus deſtilletur, pro potione.

Rotulæ præſtantes: ℞. Specier. aromatici roſati, diambræ, diamargariton, ana ℥. ij. cum ℔. ß. ſacchari albiſſimi fiant rotulæ.

Mithobii ad dolorem cordis: Saccharum roſac. cum borraginato & bugloſſato, de nymph. cum ſyr. de borragine, &c. Pulvis perlarum & oculorum cancrorum cum aqua meliſſæ ſæpè bibatur. Aut per dies 14. bibat

bat Aquam flor. Prunellor. cum caryophylis,manè. Aut coquantur in vino dicti flores,vel meliſſa,cardiaca, anthos,manè & veſperi pro potione. Aqua cinamomi,caponis.

Emplaſtrum optimum, D. Elidæi, ad defectum animi:

℞ Santali rub.& citrini, ana ℥.j.ß. roſarum, corallorum rub. corticum citri, been utriusque ſerici tincti, ana ʒ.j. cinamomi, caryophyllor. cardamomi,croci,ligni aloës,ana ʒ.ß. ſpecier.diambræ, diamarg.ana ℈.ij.flor. chamomeli, lavendulæ, maioranæ, ana ʒ.vj.olei chamemelini, lilior.albor.roſacei, ana ℥.ij.ß.ceræ citrinæ ℥.iij.terebintinæ ℥.ß. Miſce,& liquefiant liqueſcenda, ac fiat Emplaſtrum.

Epythema ex aquis meliſſæ, borraginis,lavendulæ,roſarum, cum ʒ.*j*.ß. diambræ. Aqua Caryophyllorum & Cinamomi. Oleum Muſcatæ olfactum.

Balſamus Regis Ferdinandi, ad Syncopen, inungendo pulſus manuum, nec non ad paralyſin, inungendo locum affectum, & bibendo ij. vel iij. guttas, cum vino. Sanat & vulnera recentia 24. horis vel ij. diebus. Prodeſt omnibus affectibus nervoſis, &c.

℞ Terebinthinæ electæ ℔.*j*. Mellis virginei ℥.vj.aquæ vitæ ℔.*j*turbith, ligni aloës,ſantali citrin.Ireos,ſalviæ, arthetic æ,ana ℈. iij. nucis moſchatæ, galangæ,cubebarum,cinamomi,thuris,maſticis, caryophyllor.nardi,croci,Zinzib.ſinapi,ſem.rutæ, coſti, ana ʒ.iij.moſchi ʒ.j.ambræ ʒ.ij. Species groſſe tritæ ſtent per diem in aqua vitæ. Muſcus & ambra per ſe mittantur in vino cretico. Terebinthina & mel miſceantur ſuper ignem, & additis reliquis fiat deſtillatio.

Aliter: ℞ Mirrhæ electæ,nardi,aloës epat.thuris maſculi,ſang.draconis, bdellii,carpobalſami,croci,maſticis, gummi arabici, ſtœchadis, ſtoracis calamin. ladani electi & puri, caſtorei,ana ℥.ij terebinthinæ, ad pondus omnium.Herbæ paralyſeos p.*j*.& fiat ſ. a. deſtillatio.

NB. *Reſtaurat vires & ventriculum roborat*, ſuccus carnis perdicis vel capi aſſi cum maſtice, cinamomo & pauculo pane, expreſſus per torcular,bibitus cum pulvere diambræ aut diamoſchæ.

Balſami deſcriptio, communicata mihi à Nobili Viro D. Georgio à Boineburg, Equite Hieroſolymitano, & Legum Doctore, paulò ante ipſius obitum:

℞ Baccarum lauri, libram, gran. iuniperi, ℔.ß. dictamni, galangæ, granor.Paradyſi,ana ℥.j.Pyrethri,piperis,macis, caryophyllor. canellæ, ana ℥.ß. piperis longi ʒ.j. Omnia diligentiſſ.pulveriſentur. Aquæ ardentis optimæ, ſextarios tres, & in vitro clauſo diebus ſex ſimul ſtent omnia. ℞ Rurſus balſami (puto eſſe men-

tham

tham hortenſem) lavendulæ, pulegii, fœniculi, nepetæ, meliſſæ, ſalviæ, ana ℥.iij. ſint folia ex herbis. Inciſis, & in mortario parum tritis, affunde cantharum vini optimi, ac ſtent tridui ſpatio. Facta deſtillatione in diplomate, deſtillato adde aquam ardentem à fecibus remotam, fecesque ad ſiccum deſtilla, ac priori miſturæ adde. Ubi per diem ſic miſta ſtetere, ℞ Mellis puri, ſextarium, & adde dimidium aquæ primæ, bulliant & deſpumentur, & ubi refrixerit parum, adde aquæ priori, & ad Solem ponatur, turbidum à claro ſeparabitur, quod ſeorſim aſſervari debet, in quo diſſolve ʒ. j. croci integri. Dicitur æquare balſamum ex Cayro, manè cochlearibus duobus ſumptum.

Vires. Valet ad cerebri morbos frigidos, catarrhos, aurium & oculorum dolores, totiusque capitis, ad oris ulcera, ventriculi debilitatem, lipothymiam, tuſſim, apoſtemata. Epatis & lienis obſtructiones, colicam, ad ſudores movendos, dyſuriam, calculos, menſes, uteri ſtrangulationes, & ad dolores articulorum, ebibitum & impoſitum.

Deſtillatum cordiale Norimbergenſe, pro Epithematibus:

℞ Aquarum Roſar. ℔.ij. Vini rub. ℔.j. aceti Roſar. ℔.ß. Miſtis infunde ſequentia pulveriſata: ℞ Santalor. omnium, ana ʒ.j. Roſar. tub. cinamomi, caryophyllor. Nucis moſc. cardamomi, cubebarum, Zedoariæ, Macis, Seminis baſilici, Florum Lavendulæ, ana ℈.ij. Deſtillentur in diplomate.

Ex Abbate Breitingenſe, vide infra in reſtaurativis.

Morſelli reſtaurativi optimi, D. Luſitani:

℞ Pulpæ Gallinæ vel perdicis, vel capi, ℥.v. Amygdalarum mundatar. ℥.ij. Sem. Melonis decorticati ℥.j. Piſtata diligenter cum ſacchari ℥.x. igne lento coquantur probè, pro Morſellis. Lege artis, poteſt etiam aliquid diamargar. frigidi addi.

Electuarium præſtans reſtaurativum:

℞ Carnis dictæ ℥.vj. Seminum 4. communium frigid. mundatorum, ana ℥.j. Piſtaciorum, Sebeſten, ana ℥.j.ß. Semen Papaveris albi ℥.ß. Paſſularum lotarum ℥.ij. Conſer. Bugloſſæ, Borraginis, ana ℥.ij.ß. Specierum aromat. Roſati, Diarrhod. Abbatis ana ℈.j. Sacchari candi, Penidior. ana ℥.j. Sacchari puriſſimi ℔.j.ß. fiat conditum ß.a. in forma Electuarii. vel in Morſellis.

AFFE-

AFFECTIONES VENTRICULI.

Aqua excellens, confortans ventriculum & cerebrum:

℞ Vini cretici ſextarios ij. Aquæ ardentis, dimidium Sacchari Candi, ℥.iij. Canellæ ℥.ß. Cardamomi, cubebarum ana ℥.j. Croci ℈.ß. Cretico cocto cum ſaccharo, addantur reliqua. Uſus cum panis toſti fruſtulo.

Alia: ℞ Cinamomi opt. ℥.iij. Infundatur in cantharo opt. eſſentiæ. Coletur poſt horas 24. & adde cretici vel reinfalii (in quo Sacchari Candi ℥. iij. bulliendo liqueſcant) dimidiũ, percolando. Addatur & ſextarius recentis cretici, vel reinfalii.

Aqua vitæ optima, der Marggrävin von Anſpach:

℞ Paſſular. pinguium inciſarum ℔.iij. Coquantur in fontana ad rubedinem. Alia aqua affuſa, rurſus coque, idque donec aqua nihil amplius imbibat rubedinis. Omnia ſimul coquantur, ad mellis ſpiſſitudinem, ut ſc. reſtent 4. vel 5. cochlearia. *Huic adde ſequens extractum:* Canellæ ℥.ij. Caryophyllor. ℥.ß. Muſcatæ ℥.ij. Galangæ, ℥.iij. Vini ardentis optimi, ſextarios iij. ac in Balneo Mariæ, vel ſupra fornacem vaſe clauſo teneantur hor. 24. Miſta poſtea dimittantur ſtare vaſculo clauſo, in loco calido, ut clareſcant, & clarum à fecibus ſeparetur placidiſſimè. Pro pauperibus poteſt nova eſſentia affundi ſpeciebus iam dictis.

Balſamus ex maſtiche, D. Iohannis Pontani:

℞ Pul. Maſtiches ℥.vj. Macis ℥.iij. Caryophyllor. ℥.j.ß. Mentæ ſiccæ ℥.ß Miſta infunde in vini quantitate ſufficienti, hor. 24. Poſtea ſeparata à vino deſtilla per retortam, exibit liquor aqueus. Poſtea fortior, cuius ℞ ℥.j.ß. adde ceræ albiſſimæ liquefactæ ℥.ß. Galliæ moſchatæ, ℈.ij. & fiat unguentum.

NB. Sic ex Oleo Terebinthinæ, cum oleo ſalviæ & menthæ fortificato, addita tertia parte ceræ albæ liquefactæ, & olei nucis muſc. ℈.j.ß. parabitur egregium unguentum, pro ventriculo.

Vinum ſublimatum præſtantiſſimum, Medici Clariſſimi CAROLI V.

℞ Salviæ ℔.j. ℥.ij. Cinamomi, cubebar. 4. galangæ, caryophyll. nucis moſc. ana ℥.iij. vini ardentis opt. ℔.iij & ℥. iiij. & leniter deſtilla. Sumatur ſingulis ſeptimanis quantitate Avellanæ. Miraculoſiſſimum eſt in reficiendis Spiritibus, & datur cum mi-

ea panis exactè trita, addito ſaccharo puriſſimo.

Elixir. vitæ præſtans, Doct. Heliodæi, Med. Bononienſis:

℞. Caryophyllor. nucis moſcatæ, Zinzib. galangæ, piperis longi & nigri, zedoariæ, granor. iuniperi, corticum arantiorum & citri, maioranæ, rorismarini, mentæ, baccar. lauri, pulegii, ariſtol. rotund. ſtœchados, ſigillæ S. Mariæ, carduibenedict. flor. ſambuci, roſar. rubr. & alb. ſpicæ nardi. ligni aloës, cubebarum, cardamomi, cinamomi, calami aromatici electi, ſtœchad. arab. ſalviæ, bethonicæ, baſiliconis, gentianæ, calamenthi, ſandalor. omnium, acori, corallor. macis, nigellæ, oſſis de corde cervi, raſuræ eboris, chamedryos, chamepyteos, melegetæ, maſtichis, thuris albi, aloës epat, myrrhæ, flor. chamomillæ, anethi, arthemiſſiæ, ana ʒ. iij. flor borraginis, bugloſſæ, meliſſæ, aniſorum, fœniculi, carui, ſeminum communium, ana ʒ. ij. ſpecier. elect. de gemmis, diarrhod. triaſandal. aromatici roſati, ana ʒ. ß. diamuſci, diambræ, electuarii de gemmis, theriacæ, diacori, dianthos, quatuor. zuchar. cordialium, ana ʒ. ß. olei de terebinth. ℔. j. muſci, ambr. ana. gr. iij. iſta duo ponuntur in coniunctione elixir. cum matre balſami. Ficuum ſiccarum, paſſular. enucleatar. Pulpæ dactylor. amygdalarum dulc. pinearum, fiſticorum, penidiorum, ana ʒ. j. Mellis albi ℔. vj. Sacchari albi ℔. x.

Omnia ſupradicta benè pulveriſata vel conquaſſata incorporentur in olla ſuper cinerib⁹ calidis, aut parvo igne, optimè miſcendo, & reponantur in aliquo vaſe, ut ibi fermentetur, per dies 6 aut 8. & quanto plus ſtabunt, tanto erit melius. Poſtea ponantur in aqua vitæ optima, quæ ſit facta per alembicum vitreum, non æneum, & pmittantur ibi rurſus fermentari, ut ſupra. Aqua illa ſit ad pondus ℔. 25. Deſtillabis autem melius in tribus vicibus, quam ſemel, aut in una (poteris igitur in diverſis betias dividere aquam & ſpecies) Alembicum pone in Balneo Mariæ & moderato igne. Primò exibit elixir. vitæ, quod ſerva benè obturando vas vitreum, ne reſpiret. Deinde ſtillabit aqua groſſior, quæ ſolum facit ad delendas maculas & lentigines faciei. Feces verò, quæ in alembico remanebunt, æquivalent theriacæ, & inſerviunt pauperibus ad plurimas ægritudines.

Mater balſami ſimplex:

℞. Terebinthinæ optimæ ℔. iij. thuris maſ. ligni aloës, ana ʒ. iij. maſtichis, caryophyllor. galangæ, cinamomi, nucis moſci, cubebar. gummi elenii, ana ʒ. ij. Piſtentur & incorporentur omnia hæc, & ponantur in alembico lutato, & permittantur fermentari, per dies 5. aut 6. poſtea deſtillentur inter cineres primo lēto igne, deinde augmentando, donec totum ſtillaverit, & hæc eſt mater Balſami prima.

Pone

Pone ergò de ipſa, & de elix.vitæ prædicto tantundem,in alembico,& iterum permittantur fermentari, ut ſupra. Poſtea pone alembicum ad Balneum Mariæ, & primò ſtillabit aqua clariſſima, quæ vocatur mater balſami coniuncta ſeu compoſita.

Medicamentum benedict. Montani,pro cardiacis:

℞ Specier.Ieræ ſimp.gal.ʒ.ij. rhabarbari opt. maturi ʒ. ij. Cinamomi, caryophyll. roſar. rubr. ſandal.citrin. ana ℈. ij. Zedoariæ optimæ ʒ. j. ß. ſem. citri. ʒ.j. Pulveriſentur omnia & miſceantur, aſpergantur ſucco roſar.puro, & exiccari permittantur, idque fiat ſepties. Poſtea cum ſyrupo de corticibus citri fiat magdaleon, fiantque ex eo pro ſingula vice pilul. iij.ad pondus ʒ.j.ſumendæ hora j.ante prandium vel cœnam.

Aqua vitæ pretioſa valdè, uſitata Venetiis:

Nim deß beſten Brandweins vij. Maß / vnd thue den in ein Kolben/ der etwa ein Maß leer bleibt vnter der Scheiben / daß er wol für der Scheiben auffgehe / vermach den Hut mit einem Tuch / verſtrichen mit einem Teich auß Eyerklar vnd Schererwollen. Setze es alsdann in den Keſſel mit dem Waſſer / vnd mache Kohlen an. Thue dann das Regiſter auff/ doch zum erſten nicht zu weit / biß daß der Bappen vertrucknet/darnach thue auff/ biß genug iſt. Doch laß das Waſſer nicht ſieden. Man muß allweg ſechs Maß einſetzen / ſo kommen fünff Maß hervor. Nachmahls ſo derſelbig wiederumb eingeſetzt wird/ giebt er bey ſechs Maß. So er zwey Mahl gebrendt iſt/ ſo bring jhn dann noch zwey Mahl durch den Filtz / ſo iſt er rectificirt biß auff die Species, kommet auch allwegen bey ſechs Maſen. Nachmahls brenne ſieben Maß außgebrendten Weins mit den Species, ein Mahl durch / doch nicht zu genau / kommen bey ſechs Maſen. Darnach addir Muſci, Ambræ, ana ℈.j ant ʒ.j. vel quantum vis, je mehr je beſſer/zertreibs mit dem Wein / vnd vermachs wol / brenn es alſo gemach herauß / ſo wird es ein köſtliches Aqua vitæ, koſtet die Maß fünff oder ſechs Floren / diß vermach ja fleiſſig / vnd verwahre es an einem kalten Ort.

Species: ℞ Zinzib.Calami Aromatici, Caryophyllorum, Cinamomi, Nucis moſc.Macis, Galangæ, Zedoariæ,Cardamomi, Thuris recent. Piperis longi, Granor.Paradyſi, Juniperi,Corticum Citri,Arantiorum, flor.Salviæ, Baſiliconis, Anthos, ana ʒ.ß.flor.Maioranæ, Mentæ, Pulegii, Rad. Gentianæ, Fol. Calamenthi, flor. Sambuci, Roſarum albarum, Spicæ nardi, Ligni Aloës, Cubebarum, Stœchados,Chamedryos,Chamepithi, Roriſmarini, Nigellæ nigræ, Aloës Epat.Flores & Semen Anethi, Arthemiſiæ, Carui,ana ʒ.ß. Ficuum,Paſſularum,Pinearum,Pulpæ Dactylorum, Amygdalarum dulcium, Penidiarum, ana ʒ.iiij.Mellis deſpumati ℔.j.ß. Sacchari Candi ℔. iij. Species minutiſſimè conterantur,

fructus conſcindantur, & dividantur omnia in partes. Uni parti adde ℔. j. ß. Mellis, Sacchari ℔. iij. Liquefiant hæc, & Species poſtea miſceantur una cum fructibus conciſis. Stent ſimul per Menſem, aut dies 14. Sic fiat & de reliquis. Mache es darnach/wie oben ſtehet/nemlich zu jedem Theil 7. Maß Weins/ſo iſt es recht/ꝛc.

Ludovici Chyni Aqua vitæ præſtantiſſima, ad dolores ventriticuli, ex cruditatibus:

℞ Cinamomi optimi ℥. iij. Cardamomi utriusque Caryophyllorum, Galangæ, ana ℥. iiij. Ligni Aloës ℥. iij. ß. Santali Citrin. ℥. ij. Macis, Nucis muſc. ana ʒ. ß. Aquæ ardentis optimæ, ℔. iiij. Contundantur contundenda, & omnia cum aqua ardenti in phiala vitrea ſemper optimè clauſa, ponantur, & per 15. dies, ſingulis diebus quotidiè agitentur, (poſſet eius loco poni in fimo equino.) Poſtea adde Syrup. de corticibus Citri, ℔. j. ß. Moſchi ℥. j. Ambræ ℈. ij. & iterum 8. aut 10. diebus quotidiè ſæpius agitentur. Deinde ſenſim, quod clarum eſt, in aliud vas effundatur, ac uſui ſervetur.

Aqua vitæ, in magna neceſſitate Venetiis, Anno 1555.

℞ Cinamomi electi ℥. j. ß. Zinziberis albi, ℥. j. Caryophyllorum. Nucis Muſcatæ, Granor. Paradyſi, ana ℥. ß. Ligni Aloës, Macis, Piperis longi, ana ℥. ij. vel iij. Cardamomi, Maſticis, Cubebarum, Galangæ, Calami Aromatici, ana ℥. j. florum Citrariæ ℥. ß. Roſarum ʒ. ij. Salviæ ℔. j. Corticum Citri ℥. vj. Baccarum Lauri excorticatar. ℥. ß. Stœchad. Arab. ℥. ß. Anthos, Maioranæ, Meliſſæ, Bethonicæ, ana M. j. ß. Rutæ M. j. Caſtorei, Spicæ, ana ℥. j. Vini Malvatici ℔. viij. Infundantur omnia ad 10. dies, & deſtillentur poſtea lento igne per Alembicum optimè obturatum. Deinde infunde in petia munda Moſchi, Ambræ, ana, ℥. ß. Reſervetur optimè clauſum.

Aqua vitæ D. Nevii, Medici Electoris Saxoniæ Auguſti:

℞ Florum Anthos, Lavendulæ, Stœchados utriusque, Chamemeli, Foliorum Maioranæ, Bethonicæ, Salviæ, Centaurei, ana p. ij. Cubebarum, Cardamomi, ana ℥. ß. Nucis Moſcatæ, ℥. ij. Caryphyllorum ℥. j. Radicem & Semen Pœoniæ, ana ℥. ij. Herbæ inciſæ & Aromata groſſè trita & contuſa infundantur in ℔. j. Vini ter deſtillati, ac diligenter obturatum vitrum ſtet per dies 14. in loco calido, demum utere, ut noſti.

Alia Aqua vitæ preciosiſſima: ℞ Vini ſublimati ℔. iij. & tantundem Malvatici, Cinamomi ℥. iij. Caryophyll. ℥. j. Zinziberis ℥. j. ß. Nucis Moſcatæ ℥. j. Macis tantundem, Zedoariæ tantundem, Cardamomi ℥. j. ß. Galangæ ℥. ij. Cubebarum, Rorismarini, Hyſſopi, Caryophyllatæ, Salviæ, Florum Lavendulæ, ana ℥. ß. Trita hæc omnia craſſè imponantur in vaſe

Si ſit obſtructio meatus, & copiabilis: ℞ Rhabarbari electi ℥. ij. ſquinanthi ℈ß. facta infuſione per horas x. & expreſſione, adde Electuarium de pſyllio, ℥. ij. ſemis, diaprunis lenitivi, diacatholiconis, ana ℥. iij. cum decoctione communi, in quo bulliant praſſii, cuſcutæ, ana M. ß. & fiat potus, cui adde mellis roſati colati ℥. j. Diebus ſequentibus potionem ſuperiorem exhibe. Eodem pacto valet, ſi ſingulis tribus diebus demus ℥. j. Aloes, aut Hieræ Galeni, ſuperbibendo decoctum praſſii.

Pharmacum præſtans:

℞ Diaprunis non ſolut. Diacaſſiæ, ana ℥. iij. Elect. de Pſyllio ℥. ij. & ℈j. de ſucco Roſ. ℥. j. ß. miſce, & cum decoctione communi facta in aqua cuſcutæ q. ſ. fiat Potio, cui adde mellis roſati colati ℥. j.

Hepatica.

Quæ Epar obſtructione, quæ ipſi ob vaſorum exilitatem familiaris eſt, liberant, ac viſcus abſque calore confortant,

Frigida: Gramen, Intybum, Cicerbida, Hieracium, Chondrilla, Lichen, Achantum. Sem. frigida maiora & minora. Plantago. Piloſella, inſignis adroboranda viſcera in Ictero eſt hydrope. Oxalidis omne genus, ſeu rumicis.

Corroborantia frigida: Santala omnia, ebur, ſpodium, Ebur vſtum Roſa et lichen, corallium.

Compoſita: Syr. cichorei, Endiviæ, Byzantinus, è radicibus. Oxymel comp. Elect. Diatrionſand. Troch. eupatorii & de ſuccino. Elect. Diacubebe. Potus & Epithemata Aquæ ſtillaticiæ.

Calida: Eupatorium, fumaria, Lupulus, Aſparagus, ſem. Apii, fœniculi, Petroſelini. Abſinthium, Praſſium, Peucedanum, Chamædrios, chamepytis.

Corrob. Calida: Iuncus odoratus, calam. Aromat. Eupatorium, Vva paſſa, Piſtacium.

Compoſita: Conſer. cichorei, Endiviæ, condita de Ribes, & eius farinæ. Illitus & vnguenta.

Ad Hepar calidius: ℞ ℥. ij. ſem. Melon. excorticatorum, tundantur cum lib. ij Aquę cichorei pro emulſione, & dulcoretur cum ſ. q. manus Chriſti.

In Ictero communi, commendatur à quibuſdam Oxymel, cum decocto Guaiaci. Vide infra Cap. de ſuppreſſione menſium.

Ex Mathiolo: In Ictero, ex obſtructo Iecinore, commendatur decoctum flor. Lavendulæ cum marrubio, Cinamomo, rad. fœniculi, aſparagi. Aſari. Item de rad. chelidonii.

Mithobij: Si ex calida intemperie provenit, purgetur elect. roſato. Refrigeretur epar lacte papaveris, Iulep. roſar. Aquis Endiviæ, cuſcutę &c. Ceroto ſantalino.

Si ex obſtructis Venis Cholidochij, vtatur aquis cuſcutæ, Capri, Betonicæ, chamedrios, cum ſyr. de Byſantiis. Diaprun. Laxativi ℥. ß. vel ʒ. vj. cum aqua Endiviæ. Diarrhod. Abbatis. ℞ Curcumæ, Eboris, ana ʒ. j. Rhabarbari ʒ. ß. & detur duabus vicibus, cum aqua cuſcutæ.

Pueris Ictericis aſſidue facies & oculi rigentur Roſacea.

Pro Ruſticis: Zinzib. ʒ. ß. Rad. Raphani ſyl. ℥. j. Inciſa, & cum cantharo vini bulliant, de quo ſæpe bibant

Vor die Leberſucht: ℞ Epar vituli, inciſum & cum foliis ſalviæ cruciatæ, q. ſ. deſtilla, aquam indeſtillatam bibat patiens, & tribus diebus ſanabitur.

Coronarius lib. 9. Comp. local. Cap. 1: Origanum decoctum Ictericis in balneo colorem detrahit, ſi eo laventur, & aquam reddit viridem. Oronntion Archigenſis.

Arculanus: *Ex expertis eſt*, ℞ *vini albi pauciferi* & ſubtiliſſimi, aquæ Endiviæ, ana lib. *j*. Cuſcutæ, Praſſii, ana M. *j*. & bulliant ad caſum partis tertiæ. Colaturæ dentur ℥. iij. vel iiij. cum ℥. j. Syrupi acetoſi ſimp. præcedente tamen aliquali evacuatione. Item Sudor excitatus cum vino in quo ʒ. j. ſem. aquileus cum modico croci ebullierit.

Electuarium, Epar diſſolutum confortans optimum:

℞ Ci-

℞ Cinamomi electi ℥.j. Maſticis ℥.ß. & cum ſaccharo puriſſimo fiat Electuarium, cuius Doſis eſt ſingulo mane ℥.j.&c. Syrupus ex ſoncho, ex cichorea.

Aqua Friſiomeligæ, ad Icterum:

℞ Rad. Intybi, Agrimoniæ, cuſcutæ, Epithymi, ana M.*j*. Folia aſplenii num. 5. vel 6. Coquantur in Cantharo aquæ, ad caſum trium digitorum, de quo bibat ante paſtum, per horam, mane & Veſperi.

Alia: In duos cantharos aquæ cuſcutæ pone cochlear Pimpinellæ pulveriſatæ, & de hoc, vt de priori bibe.

Potio Duciſſæ Würtebergenſis, pro Spleneticis & affectis deformitate faciei:

℞ Capni M.j. folia Borraginis, Linguæ cervinæ, Tamariſci, quatuor flor. cordialium, ana M.ß. folior. Meliſſæ, ℥.j. Abſinthii ℥.j.ß. Maioranæ ℥.ß. Rad. bugloſſæ ℥.j. rad. cichorei ℥.*ij*. rad. fœniculi ℥.*ij*. flor. thymi ℥.ß. rad. Enulæ, ℥.vj. Caryophyllatæ ℥.*ij*. Polypodii ℥.*j*. veratri nigri ℥.*ij*. Myrobalan. Chebulor. ℥.*ij*. liquiritiæ, ſacchari Candi, ana ℥.j. Paſſular. ℥.*ij*. Cnbebarum ℥.j. Folior. Senæ ℥j. Rhabarbari ℥.*ij*. Galangæ ℈j. Calami Aromat. ℥.ß. Fiat decoctio pro aliquot vicibus.

Matthiolus: Medicamentum paratur præſtantiſſimum pro Ictericis, ex vaſorum obſtructionibus, ex ℥.*ij*. Marrubii, cum Rad. Elenii, Bugloſſi, Eupatorii, ana ℥.*j*.ß. Rhabarbari ℥.j. Ligni Aloes ℥.j. Vini lib. iij. decoctis ad tertias vſque. Doſis per dies x. pondere ℥.*ij*. cum modico ſacchari. Si verò adſit febris decoquatur cum aqua.

Ex Empyricis Rulandi: Ictericis detur extractum Eſulæ, nempe ℥.*j*. vel ℈*ij*. cum Iure piſorum, vel cum ſero caprini ℥.iiij. Iunioribus ℈j. & bibant decoctum fragariæ M.iij. cum ℥. iiij. Paſſularum, in aqua fontis. Potio opt. in Ictero.

Potio Elidæi: ℞ Rhabarb. electi ℥.*j*. folior. ſenæ, fumi terræ, ana M.ß. Infundantur per noctem in aqua lactis Caprorum, & deinde bis bulliant, & colaturam alternis diebus exhibe. Similiter poteſt fieri infuſio folior. ſenæ, flor. Sambuci, Capri & ſimilium, in ſero caprino, pro pauperibus.

Matthiolus laudat pulverem lumbricorum terreſtrium vſtorum, cum aqua Marrubii vel abſynthii, vel cum aliquo electuario appropriato.

NB. Lumbrici terreſtres cum cereviſia triti, potentur ſubinde.

Ex ſequentibus poſſunt parari facile medicamenta, pro domeſticis & pauperibus: Spica vtraque, Millepedes, cicer, Rumex, Irion Chelidonia, Spondilion, Abſinthium, Origanum, Calamentum fœniculum, Roriſmarinus, Marrubium, Nigella, Adianthum, Conyza, Aſplenium, Chamemelum, Buphtalmos, Rubea, Chamepitys, Betonica, Anchuſa, chamedrys, quinque folium, Chryſanthum, Eupatorium, Verbena, Cornu cervi.

NB. *Radices Perſonatiæ*, Kletten/

diſſectæ orbitulatim, vino macerentur per noctem, & mane vinum bibat, & radices comedat.

Tragus: Das Holtz vom Amaro dulci ein ℔ zerſchnitten vnd in einer Maß weiſſen Weins geſotten / in einem newen Hafen cum operculo perforato, bey einem ſittiglichē Kohlfewer vber das dritte Theil eingeſotten. Morgēs im Bett/vnd zu Abendts/ein Gläßlin voll getruncken/purgirt ſanfft die Gelbſucht / durch den Stuhl vnnd Harm.

NB. Semen Aquileiæ cum croco.

Decoctum Nepetæ, Roriſmarini, Cypariſſi, Chelidoniæ rad. cum Aniſo. capni, cum fœniculo. Chamemeli, centaurei min. conyzæ, Betonicæ, verbenæ, aſparagi, myoſotidis, Euphraſiæ, abſinthii, linariæ, arthemiſiæ tenui fol. Aparines, rubiæ, fragariæ, Tormentillæ, adianthi, eupatorii, Linguæ cervinæ, Pœoniæ, Piſorum cum fœniculi ſem. & Cinamomo. Ariſtolochia, cuſcutæ, Filipendulæ, Peucedanum, Cychaminum, ruſcus, Aloes. *Crocus in cibo*.

Ad difficilem arquatum: Decoctum Colocynthidis, rumicis Monachorum. Squillæ. Petroſelini, cuſcutæ, amari dulcis.

Diacubebe Epaticum:

℞ Cubebarum, Sem. Ocymi, Caryophyllor. ana ℥. ß. Santalorum omnium, ana ʒ. *ij*. Raſuræ eboris, ſpodii, ana ʒ. j. ß. 4. Semin. frigid. maior. mundat, ana ʒ. *ij*. ſem. Endiviæ, Portulacæ, ana ʒ. j. Ligni Aloes, Nucis moſc. ana ʒ. ß. Sacchari albiſſimi ſoluti in aqua Endiviæ veræ lib. j. miſce.

Ad Icteritiam Citrinam: ℞ Agarici trochis. ʒ. *j*. Specier. Ieræ ſimp. ʒ. ß. Cum Syrupo de cichorea Nicolai fiat paſta, ſuperbibendo ſtatim Aquæ Cichoreæ ℥. ij. Aquæ praſſii ℥. iiij. miſce.

Ad obſtructiones etiam facimus Pilulas ex Agarico trochiſcato, Rhabarbaro & Aloe, æquis partibus, cum Oxymelite ſimplici. Doſis ʒ. *j*.

℞ *Trochis. de Eupatorio*, de Rhabarbaro, ana ʒ. *j*. pulveriſentur ſubtiliter, & cum Aqua Agrimoniæ fiant Pil. num. 5. Vtatur Petroſelino, Apio Alex. Cichorea. Secta vena exhibeatur ſingulo mane potio, Elidæi ſupra ſcripta, cum Pil. & trochiſcis.

Expertum: ℞ Succi folior. vitis ſyl. ʒ. j. Spicænardi ʒ. iij. Mentæ ℈j. Terenda terantur, & ſuccus diſſolvatur in iij. Cyathis Aquæ, & pulveres adde. Decoctum Roriſmarini, ſi adſit febris, in Aqua Endiviæ, ſin minus, in vino, multum prodeſt.

℞ Mane & Veſperi parvam portiunculam decocti folior. Roriſmarini; fiat decoctum in optimum vino ad tertias, & addatur Saccharum.

Elettuario per gl' oppilati, di M. Bened. Vittorio.

℞ Rad. Enulæ, Raphani, ana ℥. ij. Cort. medietatis Tamariſci, ℥. j. flor. Tamariſci ℥. ß. Betonicæ, Men-

Mentæ, ana ℥.ß. Limaturæ ferri præparati, limaturæ chalybis præparati, ana ℥.ij. Abſinthii, Rad. Ireos, Rad. Centaurei maioris, Scolopendriæ, Rad. Capparorum, Hyſſopi, Eupatorii, Aſæ, ana ℥.ij. Ariſtolochiæ utriusque ana ℥.j. Corticum fraxini, Dictamni, Florum Camomil. Aniſorum, ana ℥.j. Miſce, & contundantur, & cum melle deſpumato fiat elect. ſ.a.

Ad oppilationes Hypochondriorum, & calculum renũ PALATINUS RHENI WOLFGANGUS, quotannis in Vere & Autumno diebus 14. bibit decoctum Guaiaci, Capilli Veneris, Liquiritiæ & ſimilium, abſque Sudore & diæta omninò tenui. Poteſt & ſereno cœlo exerceri.

Montanus: Rad. Cichor. & Chamepytios melle cocto tritas prius excipe, ac avellanæ inſtar præbeto, ſuperbibendo iuſculum petroſelini radicum, Epar obſtructum aperit.

Pilulæ Doctoris Ludovici de Leone, in oppilatione hepatis & lienis, cum febre:

℞ Pilul. Aggregativar. ʒ.j. Rubiæ tinctor. Gummi Ammoniaci, ana ʒ.ß. cum ſucco limonum aut centaureę fiant pil. 9. Dentur 3. pro vice, & ſuperbibe ſtatim Syrup. Optimum eſt ante digeſtionem exhibere pil. 3. ex Trochiſc. de Rhabarb. aut de Eupatorio, vel ſimiles. In Febribus, in proceſſu commendatur alternis diebus dare iam ℈.j. Pilul. aggregat. iam ℈.j. ex Trochiſcis dictis, ſemper ſuper mittendo Syrupum digeſtivum, & nunqum fefellit.

Pilulæ Leonelli: ℞ Scoriæ ferri ſubtiliſſimè pulveriſatæ, ʒ.j. Specierum Diarrhod. Abbatis ℈.j. cum decoctione Tragacanthi, fiant pilulæ num. v. & exhibeantur, ſunt enim optimè in oppilatione.

Pilulæ Florenziolæ: ℞ Aloës lotæ, limaturæ chalybis præparatæ ʒ. ij. Miſce, & fiant pilul. num. vj. pro qualibet 3. in Aqua Abſinthii. Et detur una per dimidiam horam ante prandium aut cœnam, ad placitum. Aliquando duas exhibeas. Operantur intra 24. horas.

Infuſio Montani, qua dicit, ſe nunquam vidiſſe, febrem ex obſtructione non eſſe ſublatam, ſi modò pertinaciter quis in eius uſu perſeveraverit:

℞ Aquæ Endiviæ ℔.j. in quam ʒ.j. Rhabarbari in petia ligati infunde. Deinde ſingulis diebus ℥. iiij. Illius infuſionis, facta aliqua expreſſione, manè exhibe. Nec deſiſtas, priusquam videris obſtructiones ſublatas. Hæc eſt Doſis pro pueris.

In oppilatione Epatis: Quotidiè manè ſumat Cyathum dimidium Aquæ deſtillatæ Lupulorum, Apii. Solari & Eupatorii, ac bulliant in aqua ad dimidium. Colatura clarificetur cum ſaccharo, & fiat Syrupus longus. Doſis ℥. iiij. vel circiter.

Experimentum mirabile, ad fluxum Epaticum:

℞ Talpam unam, & exicca ipſam in fumo, & da cum vino albo bibere pulverem vel fiat electuarium.

Item aqua ſublimationis quercus, & piloſellæ, & equiſeti. Epar lupi aſſatum, quod Galenus in pulvere dabat cum Eupatorio.

Elect. confortans epar, in fluxu epatico, quære infra, in ægritudinibus inteſtinorum.

Pilulæ expertæ, Elidæi, ad oppilationem epatis, ſplenis, ſtomachi, & ad hydropiſin, & ſolvunt naturam:

℞ Spicæ Ind. ʒ.v. Spicæ Romanæ ʒ.ij. Rhabarbari, Agarici, Amomi, ana ʒ.iij. Croci ʒ.ij. Myrrhæ, Cinamomi, Caryophyllorum, Squinanthi, ana ʒ.j. Aloës ʒ.x. cum vino antiquo fiant Pilulæ. Doſis ʒ.ij. cum vino commiſto. Item fiant Pilulæ iij. ex ʒ.ß. Pulv. Rubiæ tinctor. cum ſucco Limonum aut Agrimoniæ. In ſuis cibariis bulliant Rad. Dauci. Item Decoctio Cuscutæ, Marrubii in Aqua Endiviæ & Vino albo odorifero.

Iulep præſtans, ad oppilationem hepatis, ſplenis, in via hydropiſis:

℞ Rad. Apii, fœniculi, ſpargi, bruſci, petroſelini, cyperi, acori, ana ℥.j. Ariſtol. rot. ℥.j.ß. Aniſi, carui, dauci, leviſtici, ana ℥.j. Scolopendriæ, capill. ♀ cichoreæ, eupatoriæ, endiviæ, cuscutæ, ceterach, fol. raphani, ana M.j. chamedryos chamepyteos, hyperici, praſſii, ana M. ß. Rubiæ tinctor. gentianæ, aſari, ana ʒ.vj. Bulliant in x. ℔. aquæ fluvialis aut fontis, ad medietatem, & colaturæ adde ſacchari albiſſimi, q. ſ. & fiat Julep longum, & addatur aceti albi modicum. Dentur ℥. iiij. & ʒ.j. Pulv. Lumbricorum terreſtrium, & ʒ.ß. Laccæ ablutæ.

Evacuetur cum Rhabar. & Agarico. Item ℞ Dialaccæ, Diacurcumæ, ana ℥.ij. Epatis Lupi, ʒ.ij. Miſce, & cum Syrupo Cichor. Nicolai fiat Electuarium, cuius detur ℥.ß. in brodio, pro vice.

Ad anaſarcam: Expertus ſum, decoquere lumbricos terræ cum vino lotos, cum 5. radicibus, & fomentare ventrem cum anodynis.

Item ℞ fœnugræci ℔.j. Panis porcini, num. iij. Bulliant in aceto ad ſufficientiam. Piſtentur in mortario, & cum pinguedine anſeris fiat Emplaſtrum. Aut coque allia & Rad. Althææ in vino aut aceto, & piſtentur cum axungia porci.

Item pulvis cetarch exhibitus cum vino, aut radices filicis coctæ in vino dulci, cuius detur cyathus medius. Et ſæpè evacua cum Pilulis agregativis ʒ.j. Ammoniaci in oxymel. ſimp. diſſoluti ℈.j. fiant Pilulæ vij. Item valet ʒ.j. pulveris ſplenis equini, cum vino.

Empla-

Emplaſtrum Leonis optimum, ad Apoſtema Epatis:

℞ Violar. ſiccar. ℥. x. Roſar. rubr. ℥. v. Spicæ odoriferæ, maſtichis, ana ℥. iij. Cyperi, ſquinanthi, calami aromatici, ana ℥. ij. farinæ fœnugræci ℥. ij. ß. Flor. camomillæ, ſem. malvaviſci albi, farin. hordei, ana ℥. x. Conſperſis omnibus cum mucilagine ſem. lini fiat emplaſtrum.

Elidæi, ad fluxum Epaticum: ℞ Epaticæ M. j. Radicum fœniculi, apii, bruſci, ſparagi, petroſelli, ana num. ij. Agrimoniæ M. ß. Cuſcutæ, M. j. Paſſularum ℥. j. Inciſis incidendis, fiat decoctio ſ. a. in brodio aut aqua, ad conſumptionem partis tertiæ. Cuius capiat ſcutellam cum ℥. ß. Epatis Lupi præparati, & utere epatica ſecundum omnem. Aut ℞ decocti ℥. viij. Rhabarb. ℈. iiij. & fiat potus pro ſingulis ſeptimanis. Cæteris diebus utere ſolo decocto, cum una ex rotulis huius deſcriptionis: ℞ Specier. Diarrhodon Abbatis, Epatis Lupi, Rhabar. electi, ana ℥. ß. cum ſaccharo fiat electuarium. Bis in hebdomate utere ℥. j. Rhabarb. Item fac pilulas ex Rhabarbaro & Spodio, & utere aperientibus. Item ℞ Diacurcumæ, Paſſularum, ana ℥. j. Rhabarbari, Epatis lupi. ana ℥. j. Spodii ʒ. ß. Philonii Perſici, ʒ. j. cum Syrupo de Byzantiis q. ſ. fiat elect. pro 2. vicibus detur diebus interpellatis. Item ℞ Trochis de Spodio, cum ſem. acetoſæ, Rhabarb. electi, ſem. alkekengi, ana ℈. j. Pulveriſentur ſubtiliter, & cum aqua hepaticæ fiant Pil. num. vj. Et ſumantur 3. ſingulo manè cum aqua apii.

Optimum eſt de 3tio in 3tium diem dare ℈. j. Rhabarbari, & tantundem epatis lupi, cum philonio Perſ. ſine Pyrethro & Euphorbio, ʒ. j.

Item ℞ Specier. Diarrhodon Abbatis, Epatis lupi præparati, epaticæ, ſpodii, ana ʒ. j. paſſularum enucleat. ʒ. j. cum ſyrup. de cichorea cum Rhabarb. q. ſ. fiat ſ. a. electuar.

Pandectarius ait, ſe quendam epaticum ſanaſſe ſola exhibitione aquæ Cimarum quercus, 8. vel 9. Auroris.

Montani: ℞ Paſſular. mundatar. ac benè lotarum vino, ℔. ij. Rhabarbari electi ℥. iiij. Sacchari optimi, ℥. iiij. caryophyllorum ℥. ij. Incorporentur omnia ſimul. Doſis ℥. ij. vel j. bis vel ter in ſeptimana; ante prandium.

Epar confortat, impinguat & nutrit, ac meſaraicas aperit obſtructas.

HY-

AFFECTIONES HYDROPIS.

Syrupus Diaireos, Elidæi, ad Hydropem, de quo Avicenna, in cura Aſcitis:

℞ Rad. Ireos virid. & in fruſta inciſar. ℔.ij. Infundentur in aqua fontis per dies 3. bis in die agitentur. Quarto die renovetur aqua per dies 3. adhuc, ut prius. Prima aqua in vaſe vitreato ſervata. Inde prima & ſecunda aqua ſumantur & miſceantur cum ſaccharo q.ſ. Cum qua poſtea aqua bulliant ſequentia: ℞ Scabioſæ, Capill. Veneris ana M. j. Rad. aſparagi, fœniculi, Ireos viridis & inciſi, ana M.ß. Sem. communium maior & minor. frigidorum, ana ʒ.ij. Sem. Diureticorum calidor. ℥.ß. Milii Solis, alkekengi, ana ʒ.iij. Dactylorum pinguium, & ficuum ſiccarum, ana num. vj. Liquiritiæ raſæ. rubiæ tinctor. ana ʒ.v. Coquantur omnia ad conſumptionem aquæ medietatis. Colatum ſyrupizetur cum ſaccharo albo, & aromatizetur cum cinamomo. Ego etiam addo in decoctione colata ʒ.ij. Rhabarbari, infuſi ſ.a. per hor. 12. ut epar ſimul roboretur, & obſtructiones reſerentur.

Et ita quando volo digerere de dicto ſyrupo in quantitate convenienti exhibeo. Cum volo evacuare in maiore. Iſte Syrupus, cum veteraſcit, amittit ſolutionem. Incipiendum à parva Doſi.

N. Aquam educit, aqua æris pota cum mulſa. Item ſuccus Ireos cum ſpica aut mulſa, ut corrigatur. Inducit enim excoriationem.

Gervaſius: Aquas Hydropicorum efficaciter educunt Clyſteres ex urina pueri, præſertim ſi carduus benedictus fuerit incoctus.

Elidæi: ℞ Paſſular. enucleatar. ʒ.ij. Polipodii quercini ʒ.ij.ß. flor. borraginis, bugloſſæ, ana ʒ.ij. Carui, folliculor. ſenæ, ana ʒ.j. Epithymi, ʒ.j.ß. Decoquantur in ℔.j. ſeri caprini, ad medietatem, & in fine ebullitionis, debent addi flores, Sena & Epithymus.

Sylvius: Iridis taleolæ x. macerentur nocte in vino albo debili, poſtridiè bibatur vinum diebus aliquot. Sed nihil educit.

Pilulæ optimæ, ad oppilationem & cachexiam:

℞ Aloës ℈.j. maſticis ℈.ß. ſucci abſinthii ℥. Detur bis in ſeptimana.

Valent pro hydropicis: Rhabarbarum cum paſſulis. Item cum Soldanella. Succus Ireos cum ſpica, ſed aliquando perducit ad gulæ & inteſtinorum exulcerationem. Urina in anaſarca.

Muſa:

Muſa: Syrupus roſatus ſolutivus in hydrope aquam tàm bellè educit, ut nullum aliud medicamentum.

In ſcirrho epatis: (Quem Galenus ſe negát unquam ſanaſſe.) Elidæus ſequentia exhibet feliciter: ℞ Ammoniaci, in aceto diſſoluti, ʒ.ß. Rhabarbari ℈.j. vel.ß. cum oxymelite fiat paſta, quæ quotidiè ſumatur, ſuperbibendo oxymelitis ℥.ij. Aquæ Agrimoniæ ℥. iiij. *Exterius vero applicat Emplaſtrum tale*: ℞ Specier. Emplaſtri de meliloto, ammoniaci aceto ſoluti, maſtiches, ana ℥.ß. Reſinæ Pineæ & ceræ, ana q.ſ. & fiat lege artis cerotum.

Commendatur præterea in duritie & oppilatione tam lienis quam hepatis, Electuarium de limatura chalybis. Item ipſa ſola per ſe, in voluta convenienti aliquo Electuario. Evacuetur cum manna & rhabarbaro, in aquá agrimoniæ. Et ſi opus ſit, primum mittatúr probè ſanguis. Poſtea Pilulas ſuperiores & evacuationem, & deinde ſumat epatis lupi præparati ʒ. j. cum aqua agrimoniæ ℥.iij. pro vice. Epar emplaſtretur Emplaſtro de meliloto. Fac etiam Electuarium ex Speciebus Diarrhod. Abbatis, Rhabarbaro, & epate Lupi. Similiter Trochiſc. de Rhabarb. & Terebintina. Sæpè utatur Rhabarbaro.

NB. Quædam Hydropica præter omnem Spem Smalchaldiæ ſanabatur continuò potú decoctionis ſl. cyami.

Vnguentum præſtans, in apoſtemate duro epatis & ſtomachi, periculo Icterieciæ & hydropis:

℞ Olei Rutæ vel Roſar. ℥.j.ß. Succi extremitatum Abſynthii, Olei nardini, Maſtichini, ana ℥.ß. Pul. extremitatum Squinanthi, Spodii, Caſſiæ lign. Caudæ Caballinæ, ana ʒ.ß. Ceræ q.ſ. & fiat ſ.a. Unguentum, quod aceto perfuſum applicetur Epati. Ad ſtomachum verò fiat prius inunctio cum Oleo de Spica, de Maſtiche.

Avicenna: Epar per urinam expurgat & roborat, Electuar. ex partibus tribus Spicæ Romanæ, & p.j. abſinthii, cum melle.

Pilulæ ex farina mundiſſima, incorporata cum ſucco cucumeris aſinini, & dentur ij. inſtar cicerum.

Familiare optimum: ℞ Duo cochlearia mediocri ſucci ebuli, (vel ſucci Iridis, ana cochl.j.) adde partem ſextam vel octavam Elaterii vel ſucci Mezerei, Cinamomum, & aquam mellis vel ſaccharum. Utere diebus alternis, vel tertio. Altera die da infuſum Abſynthii in aqua Mellis. Sic etiam poteſt miſceri Ebulus cum infuſo chameliæ. Vide ſupra de purgantibus.

Iulep optimum, quod commendatur à multis:

℞ Aquæ hordei, ℔.viij. Aceti ℔.ß. Vini Granator. ℥.iij. Sacchari, Mellis, ana ℔. j. fiat Julep clarificatum & aro-

aromatiſatum,cum modico cinamomi.Doſis ℥.iij.manè & veſperi,

Aut ℞ aquæ hordei ℔. iiij. Vini Granati ℥.ij,Mellis ℔.ß. Aceti ad guſtum,fiat Julepus.

Purgatio ex ʒ.ij. Hieræ cum Oxymelite. Aut ex Rhabarbaro & agarico, ut ℞ Rhabarb ʒ. j. Agarici ℈.ij. Diagridii gr.iiij. cum oxymelite fiant Pil. Aut diſſolvantur in Aqua Capri, agrimoniæ,cuſcutæ,vel decocto rad. aperientium.

Certiſſimum eſt Remedium, frequens huius pulveris uſus:

℞ Elect.Diarrhod.Abbatis, Triaſantal.roſatæ novellæ,ana ʒ.ij. Detur ʒ.j.in cochleari cum ſex granis mali punici.

Aliud : ℞ Succi Endiviæ depurati ℥.j.Oxyſachari ſimp. ℥.iiij. commendatur rad.filicis, & ſem.ſecuridacæ. Remedia ferè eadem, quæ in ictero & lienis obſtructionibus. Optima victus ratio, iuſcula ex decocto aperientium.

Si adſit ſcirrhus : Potus ex oleis, additis aromatibus, & aceto. Emplaſtrum de meliloto.Cerata.ammoniacum. Decoctum caricarum,paſſularum recentium. Chamepityos Alimenta ſaccharata cum aceto aromatico.

Calidiori epati convenit, Ceratum ſantalinum cum Cydonio, Galeni refrigerans. Rhabarbarum Epatis dicitur eſſe vita. Calidiore tamen Epate & ſicciore, mors potius dici debet.

Elidæus, pro Hydropicis, in Aſcite:

℞ Rhabarbari electi,℈.iiij.Soldanellæ, ʒ.j.ß.Cum brodio Pulli detur Pulvis iſte, ſingulis 4. diebus. Aut pulveris Soldanellæ ℥.ß. cum brodio pulli.

Potio optima in Leuco Phlegmatia:

℞ Rhabarbari electi, craſſè triti, ℥.j.Ceterach.Praſſii, Abſinthii, ana M.j. Bulliant in vino odorifero albo q.ſ. Colaturæ ſingulo manè capiat ℥.viij.

In Anaſarca : ℞ Rhapontici ℥. ij. Laccæ ablutæ ℥. ß. Decoquantur in aqua fœniculi q.ſ.cum modico vini albi odoriferi,& M.j.Praſſii, Colaturæ ℞ ℥. vj. cum ℥. ij. Syrupi de 2.Radicibus, quotidiè per 15.dies. Eodem pacto valet in duritie lienis, addendo ceterach. Radix vincetoxici, vino decocta. Item ℞ Succi Ireos montanæ ℥.j. aut ß. Detur cum vino optimo decoctionis abſinthii,diebus alternis. Poteſt & fieri ex eo emplaſtrum. Aut ℞ Rad.cucum. aſinini, M.iij.Abſinthii M.j.ß.Spicæ,ʒ.j.Bulliant in vino albo odorato optimo q.ſ.ad conſumptionem partis tertiæ. Colaturæ ℞ provice ℥.iiij. aut 3. ſingulo manè. Poteſt & addi rhapontici, Ceterach. ana ℥. j. & bulliant ſimul.

Item ℞ Eſulæ præparatæ (infundendo ſæpè in lacte, ex exiccando) ʒ.iiij. Rhabarbari ʒ.iij.ß. Aloës ʒ.v. Confice cum ſucco fœniculi & Endiviæ,

diviæ. Doſis ʒ.j. Aut des ℈.j. Eſulæ præparatæ, cum granis iiij. Maſticis, pro vice, ut Tragus refert. Balneum Nitroſum ap. Savanorolam, de Balneis.

NB. Narrabat mihi quidam Venetiis, ſe vidiſſe Cardinalem Aſciticum, curatum herbæ Valerianæ uſu, ſuccu ſcilicet in ovo, & herba in acetariis ac juſculis frequenter ſumpta.

Emplaſtrum pro pauperibus:

℞ Storacis bovini, vaccini & caprini, ſulphuris, ana p. iiij. flor. camomillæ, rutæ, cymini, baccarum lauri, ana p. j. Salis communis p. ij. Piſtentur piſtanda, & bulliant ſimul in aceto vel vino ad formam pultis liquidæ, de qua fiat emplaſtrum, quod dimittatur toto die. Curat paucorum dierum ſpatio.

NB. *Sudorificum*: ℞ Rad. Ebuli, Valerianæ, caryophyllatæ, Iridis, fœniculi, leviſtici, ana ℥.ij. Tuſa coquantur cum iiij. Cantharis vini optimi. Colaturæ adde ſemen aniſ. pulv. ℥. ß. Bibat patiens dimidium ſextarii, in balneo ſcoriarum vino extintar. ubi probè ſudet. Sudore deterſo, lectum calidum petat. Purgetur ℥.j. Diaturbith. Utatur confectione Diatameorum. Ventrem inungat Dialthæa.

Epithema Elidæi, pro jecore

Calido: ℞ Aquarum ſolatri, cichoreæ, endiviæ, epaticæ, ana ℔. ß. triaſantal. roſar. rubr. ſpodii, ana ʒ. j. aceti ℥.j. ß. pulveriſentur ſubtiliter, & miſceantur pro epithemate.

Hauſtus pro Hydropicis, ad provocandam urinam in hydrope, expertus D. Pantaleonis:

Ligni Guaiaci ℔. ß. bulliat in vini vel aquæ ℔. ij. ad conſumptionem partis tertiæ, adde Rad. inciſæ ebulorum, petroſelini, ſoldanellæ, ana ℥. ß. Cinamomi opt. ʒ. ij. Imponantur in aquam vel vinum ſic coctum ad conſumptionem partis tertiæ iterum. Cuius ℞ ℥. ij. manè, in qua diſſolvatur mithridati antiqui ʒ.j. aut ℈.ij. & fiat hauſtus.

Deinde ℞ Summitatum iuniperorum, ligni & fol. ebulorum, Rad. conſol. maior. & folia, flor. camomillæ, ſerpilli, ana M. ij. & bulliant in olla nova plena aqua benè. Patiens ſedeat in tinna, usque ad orificium ſtomachi, cum aſſeribus benè coopertus, ne vapor exeat, & ponatur ibi olla, ut fumus tranſeat ad pedes & corpus, & provocabitur ſudor & urina copioſè, & ſic ſæpè ſunt curati Hydropici. Commendantur à Galeno lumbrici terreſtres cum vino poti. Jeiunus bibat ſuccum fœniculi, apii, petroſelini & leviſtici.

Digeſtivum in aſcite:

℞ Aquæ Ireos bonæ ℥. iij. Mellis violati ℥. j. Miſce. Item ℞ pul. ſoldanellæ, Zuchari albi, ana ℥. ß. Miſce pro vice. Aut ℞ Succi ſoldanellæ ℥. ß. mellis roſ. colati ℥. ij. Miſce pro vice.

N. ℥.ß. Iridis bulliat in ℔.ß. Seri caprini, ad conſumptionem partis tertiæ. Colaturæ adde ℥.ß. ſacchari, & ℥.ß. Electuarii de ſucco Roſarum.

Fiunt & Pilulæ ex Euphorbio & ſtercore columbino, cum ſemine fœniculi. Item ex ℈.ij. euphorbii in aqua ſalita multum, aut cum caſſia, tunc enim ſitim non ita parit. Si ſuccedit dolor, aqua educta, propter anaſarcam aſciti coniunctam optimum eſt facere ſcarificationes multas cum novacula, & ſpongiis impoſitis aquam egredientem excipere.

Paſtilli ad hydropem:

℞ Soldanellæ ʒ.j. ℈.ij. Rhabarbari electi ℈.ß. Spicæ gran.j. Succi Ireos depurati ʒ.ij. Pulveriſentur ſubtiliter, & fiant lege artis Paſtilli num.vij. *Fomentatio:* ℞ Origani, calamenti, abſinthii, camomill. anethi, ana M.j.ß Baccarum Lauri ℥.*j.* Olibani ℥.ß. Semen urticæ, Gallarum, Cyperi, Squinanthi, ana ʒ.ij. Miſceantur. Aut ℞ Squinanthi ℥.ß. Salis gemmæ ʒ.iij. Coquantur in urina juvenis colerici ſani, & fiat fomentatio.

Matth. de Grad. ex cura Ducis Mediolanenſis:

Præmiſſis univerſalibus, ℞ Rad. viridis Ireos ℥.iij. Incidantur in rotulas ſubtiles. Contundantur & infundantur per horas duodecim, in aqua caſei q.ſ. addendo maſticis ʒ.*j.* & facta expreſſione, addatur ſacchari albi ℥.*j.*

Clyſtere: ℞. Rad. ebuli, Ireos, ana ℥.iij. Mercurialis M.ij. Aniſi, Carui, ana ℥.ij. Miſce, & fiat decoctio pro duabus vicibus. Diſſolve in ea Diaphenicon. Hieræ long. ana ℥.*j*.ß. Olei Anethini, Chamemel. ana ℥.v*j*. Salis ℥. Miſce.

Item ℞ Confect. S. de Mezereon Meſue ʒ.v. Julep violati ℥.*j*.ß. Miſce, & cum aqua endiviæ diſſolvantur, ac fiat potus.

Interdum dabimus trochiſc. de rhabarb. ʒ.*ij*. Aliquando ℥.v*j*. Aquæ Soldanellæ, cum modico ſacchari, per dies aliquot. Per intervalla ſumat Theriacam vel Mitridatum. Laudatur etiam ſi ingrediantur vinaceas (prioribus tentatis) ſi ſepeliantur in Arena Maris. Exhibent quidam ℥.ij. Tartari diſſoluti in brodio pulli, & ſic nunc hoc, nunc illo poſſumus uti, pro oportunitate. Syrupi ſemper debent Epar reſpicere. Sudet ſupra decoctum Ebuli, agitando id cum baculo, pudendum intumeſcet, & aquam largè emittet. In lectulo rurſus reſidebit. Bibat de lixivio cineris ſtraminis fabarum & vitis, facto poſt multam percolationem. Medicamentum ex epate lupi & aliis aromaticis.

Pro Plebe paupercula: ℞. ℥.j. Rad. fœniculi, ℥.ß. Aſari, Paſſular. ℥.ß. Aniſor. ℥.ß. Hyſſopi M.ij. Agrimoniæ, Mentæ, ana M.j. Cum mediocri cereviſia coquatur.

Deco-

Decoctio in Hydrope optima, vſitata Ferrariæ:

℞ Corticis Ligni fraxini viridis lib.ij. Scabioſæ, lib.j. bulliant ſimul ad conſumptionem partis tertiæ. Coletur per torturam & pannum albũ, Cum ea Aqua miſce ℥. iij. Mellis Roſati, & duc bene cum baculo, ac pone in olla nova munda, & fac apparere ebullitionẽ. Poſtea ℞ dictã materiã & per aliũ pannũ cola, ac de hac Aqua da patienti ℥. iiij. per 9. dies, & ſanabitur. De tertio in tertium vtatur hoc Clyſteri: ℞ Chelidoniæ, Mercurialis, malvæ, ana M.j. bulliant ad conſumptionem 4. part. adde ſucci Cyclaminis ℥. iiij, & fiat clyſtere.

Deſtillatum præſtans, multoties expertum.

℞ Rad. Ireos, fœniculi, petroſelini, Apii, aſparagi Pruſci, Lupuli, ana M.ij. Capill. ♀ Scolopend. Tamariſci, ana M. j. ſem. Aniſi, fœniculi, Petroſelini, Cimini, ſparagi, Pruſci, Lupuli, ana ℥. ß. Zinzib. Galangæ, Cinamomi, Macis, ana ʒ. iij. Omnia conquaſſentur ac miſceantur probè, & deſtillentur. Aquæ huius quotidiè accipiat ℥. iiij. aut cum vino, ieiuno Stomacho.

Lotio pedum, Schobberi, in Hypoſarca:

℞ Rad. Ebuli, rad. Vrticæ, folior. Lauri, Hederæ, ana M.j. Granorum Iuniperi ℥. ß. Roſar. rub. Balauſt. granor. Myrti, ana M. ß. Miſceantur, & fiat decoctio in vino aut lixivio

Balneum ex decocto filicis, in quo bibant hauſtum veteris cerevisiæ, decocti Fragariæ. Lac canabis potum, & aſperſum lactibus in Laconico.

Oleum, ad Ventrem: ℞ Cyclaminis, Mezereon, rad. Cucum. Aſinini, rad. eſulæ, ana ʒ. ij. Spicæ ʒ. ß. Aniſorũ, cartami, bene cõtuſi, ana ℥. ß. Ol. camomillę, Ol. Rutæ, ol. Lilii, ana ℥. ij. aceti, ℥. iiij. Bulliant ad conſumptionem aceti, & coletur, quo oleo totus venter vngatur. Valet & Vinum decoctionis Rutæ, ad conſumptionem medietatis. *Doſis à* ℥. iij. *ad* ℥. v. Similiter emplaſtrum ex Ruta & ficubus. Vinum calidum, Stomacho ieiuno. ℞ Rad. Iridis M. ij. Enulæ M. j. Sem. Carui, fœniculi, ana M. j. Aquæ Sextarios iiij. Coque ad Caſum partis 4. & dulcoretur Melle. Datur alternis ℥. ij. vel duo cochlearia. *Clyſteria fiant cum Syrupo* de ſucco Cucum. ſylveſtris,

Experimentum Paracelſi, Germano Bohemi, quo omnes Hydropicos ſanabat:

Vrina patientis, in ſigno igneo collecta, ponatur in nova olla, ad prunas, & ſimul Silex maiuſculus, ita vt tota exhalet efferveſcendo. Et ſic procedatur, donec ſeptem Silices collecti fuerint, quibus ignitis, & in Vaſo magno poſitis, aqua putei ſuperaffundatur, & patiens ſupra vas in ſcala ſedeat, obvoluto toto vaſe & corpore ægri, cum linteaminibus, ita

vt ſolum caput ſit liberum. Fumus ergo ſeu vapor poros in patiente penetret per horam, plus minuſve. Hoc non facies vltra ſeptem vices, æger enim penitus liberatur, & in hoc tempore nihil comedat nec bibat, niſi aquam caſei, pro Potu, & carnem Leporis, pro cibo.

Montanus: In Hydrope calefaciendum eſt & ſiccandum Epatis obſtructiones auferendæ, & tumor ex flatu ac aqua reſolvendus. Fiat ergo Pilula ex ʒ.ß. Specier. Ieræ ſimp. quam ſingulis vel alternis diebus capiat ante ſyrup. Diarrhodon & Acetoſum, vel de Abſinthio, aut de radicibus cum decocto Chamædryos, Agrimoniæ & Cichoreæ, ana M.j. in lib. ij. Aquæ, ad tertias.

Fomentum paretur ex abſinthio decocto in Vino potenti cum Aceto, cui ſuccedat linimentum ex Olei Coſtini & Nardini, ana ℥.j. Pul. Cumini, Aniſi, carui, Ammeos, ana ʒ. j. cum cera. q.ſ.

Evonymus: Succum Iridis noſtratis ovo, effuſo albo, infunde, & cum vitello miſtum ad cineres calefac, ac hauſtu præbe matutino. Similiter, vt ſudent, ſuccum rapi rotundi in pila contuſi, expreſſi, cum ſaccharo vel Cinamomo mane exhibebis ægro bene operto, & ſudabit egregie.

Quidam retulit mihi, ſemirifice curaſſe Hydropicos duos, exhibendo diebus alternis, per tres ſeptimanas, ſuccum Iridis, cum Melle Roſato, vel decocto paſſularum, & ſuccum Abſynthii, cui alios ſimiles ſuccos miſceri poſſumus. Victus ſiccans & aperiens.

Hydropicus quidam ſanatus ſolo vſu lactis cannabacei, extracti cum aqua Hordei. Emplaſtrum ex vrina & canabi tuſo.

Quidam dicebat, ſe à Cachexia poſt Chronicam Febrem liberatum eſſe, potu cereviſiæ antiquæ cum ſeminibus canabis piſtatis, vt fieret inſtar lactis. Idque poſt balneum aereũ in quo etiam vnctus fuerat reſecamentis huius canabis.

Pilulæ optimæ, ad Cachexiam:

℞ Aloes ℈j. Maſticis ℈ß. Succi abſynthii ℥. j. Datur bis in ſeptimana. Vide ſupra de oppilationibus Epatis & ſplenis.

Vinum, quo quidam Vulcanus Bononiæ curavit Hydropem, & omnem malum habitum, D. Lucæ Chyni.

℞ Chalybis puri, ſubtiliſſime limati, ℥. vj. Infundatur in vaſe vitreato, in vino albo optimo, mediocris vinoſitatis, ad q. vnius Flaſchi (vulgò ij. bocal.) Exponatur Soli ad dies 8. & quotidie agitetur, Cuius duos cyathos aſſumat Patiens quotidie, ordine & hora, vt in decocto Guaiaci. Poſtea leviter deambulet per ij. horas (Ne ventriculus male afficiatur, poteſt addi ſcolopendrion, Agrimonia, Coma Abſinthii, Aniſum, ſerpillum, & id genus aliud) Quantum autem Vini illius ex vaſe demes, tan-

tum adiunges de eodem vſque ad quantitatem alterius Flaſchi. Duobus illis Flaſchis finitis, aliud ad quãtitatem Flaſchi ſuper infunde limaturæ. Præterea in vaſe etiam fruſtum integrum Chalybis ſuſpendes, & octo dierum ſpatio ſimiliter Soli expones, exhibendo eodem ordine, quo ſuperius.

Vtatur bono regimine, & ſi venter non fluet fiant Clyſteres.

Exhibetur quotidie mane & Veſperi Cyathus, vt in Guaiaco (niſi quod decumbere non oportet) victus ratio ſit attenuans & tenuis. Si autem non poſſunt bis bibere, ſemel ſaltem quotidie bibant, ac pro vino exempto vas ſemper repleatur, donec iam ſint deſituri, tum ad partes craſſiuſculas vſque bibant.

Montani, ad Hydropem:

Singulis diebus aliquid evacua cum iis, quæ obſtructiones aperiunt, & calorem roborant. Familiare mihi eſt, dare ℥.j. Ligni Indicum Rhabarbari ʒ. j. Quotidie duo cochlearia, tribus horis ante Prandium. ℞. Elaterii gr.iij. vel iiij. cum ℥. *ij.* Aquæ Lactis detur ſingulis ſeptimanis (à *ij.* gr. ad v*j.* adde Lac vaccinum ad ℥.iiij. ne excoriet.) Alternis ſumat Ieræ ſimp. ℈*ij.* ante cœnam. Cibi actu & potentia ſint ſicci, non bibat vltra Cyathũ vini, infuſionis Caryophyllor. vel Cinamomi. Ante & poſt cibum comedat Aniſa confecta.

Vinum Abſynthites, præaſſumpta Rotula Aromatici Roſati, vel alterius, Caro limacum tuſa cũ cochleis, educit & exiccat mirabiliter. Aſparagi lotium cient, vt & tenue Vinum.

℞ Aniſi, Caryophyllor. ana ʒ. *j.* Diachylon. cum gum. ℥. iij. & cum corio applicetur ventri toti, ab ore Stomachi ad Vmbilicum vſque. Succus Iridis ad ℥. *iij.* vel iiij.

Luſitanus: ℞ Succi Ireos ℥. *ij.* Mellis Roſati colati ℥.j. Quotidie bibat mane. Et poſt dies octo ℞ Pil. de nitro Alexand. ℈*ij.* Trochiſ. Alhandal. ℈*j.* Miſce, fiant pil. v. Belocatus ℞. pil. Alophangini ℈j. Elaterii gr.j. vel *ij.* Miſce.

℞ Rad. Ireos pulveriſatæ ℥.ß. Zinzib. ℈ß. Mellis q. ſ. ad ſpiſſitudinem, quæ ſæpe vtatur, nam placide aquoſitatem educit.

Mel Roſatum, confectum ex floribus Perſicæ arboris. Diacurcuma cum Vino, diebus interpoſitis. Dialacca quantitate Nucis cum Vino.

Mithobij: Potus aſſiduus ex Elenio, fœniculo, rad. dulci, Apio, Vrtica, Petroſelino. rad. Sambuci, ZZ. paſſulis &c. Coctis in Vino vel cereviſia, de qua bibat mane & Veſperi. Lixivium Cineris Hederæ Arboreæ, mane bibitum. Lixivium ex cinere Iuniperino. Emplaſtrum ex Sulphure, Oleo Chamomelino, pice, cera. Pedes teneat in decocto Arthemiſiæ, Chelidonii, Phyllitidis.

In Hydrope, ex Cauſa calida, fiat Syrupus ex aquis Endiviæ, violarum, cuſcutæ, Sambuci, ana ſextar. *j.* cum Syrupo de Byſanthiis. Omni quatriduo purgetur Pilulis de Rhabarbaro, quæ acuentur ad ʒ. ß. Bibat ſæpe Lac

Lac papaveris. Conſervam Nenupharis. Diatraganth. frig. in Rotulis.

In Cauſa frigida: ℞ Aquarum Salviæ, Ebuli, Sambuci, Mentæ, ana ſextar. ſ. Syr. de menta ℥. ij. Purgetur ℨ. j. Specier. Diaturbith, Diagalanga, Diambra. Emplaſt. ex ſilere Montano, Baccis Lauri, Camomilla, ana ℥. j. ß. Spicænardi ℨ. ij. & cum Melle q. ſ. fiat Emplaſtrum.

Eraſti: Succum Iridis exprime ad cochlearia iiij. vel 5. & adde tantundem Mellis Roſati, bulliant in duplici vaſe. De hoc ter vel quater, diebus interpoſitis, ſumat cochlearia 2. vel 3. Dieb⁹ intermediis vtatur ſucco abſinthii, horis ante cibum duabus. Succus Iridis dulcoretur rotulis ex Oleo Caryophyllorum. Pro potu bibat Aquam Abſinthii, recte extractam. Quo facto, ſudet in Laconico. Aliquando ſumat ℨ. j. Theriacæ, à balneo. Crura ſcarificet, tibias vitando, deorſum. Victus ſit ſiccans & aperiens.

Manardus: Si tumida ſit facies & malus corporis habitus poſt Febrem relictus fuerit, ſingulo aut tertio ſaltem die grana 36. Rhabarbari maſticet & deglutiat. Abſynthite vino decocto Agrimoniæ diluto vtatur. Cinamomo eſcas condiat. Oleo Abſynthite naturalia membra foveat, parciuſque edat ac bibat, donec priſtinus habitus redintegretur.

D. Pontani, ad Hydropem:

℞ Rad. Ireos, Elenii, Pimpinellæ, ana ℥. j, Valerianæ, Aſari, liquiritiæ, Polypodii, ana ℥. ß. folior. Praſſii M. ij. Hyſopi, Mentæ, Calamenti, Chamædryos, ana M. j. Agrimoniæ, Cuſcutæ, Salviæ, ana M. ß. Comarum Abſinthii, florum Chamomillæ Ialicæ, ana p. ij. Sem. Chartami quaſſati ℥. j. Agarici trochiſc. ℥. ß. Rhabarbari electiſs. in petiam ligati ℨ. ij. Rad. Spicæ Romanæ, Schænanthi, ana ℈j. Pul. Ligni Guaiaci, ℥. ij. Sem. Aniſi ℨ. vj. fœniculi, Dauci, Carui, Ammeos. ana ℨ. iij. Cicerum rub. M. j. Fiat horum iuxta artem decoctio in lib. iiij. Aquæ, & lib. ß. vini optimi. Adde Oxymelitis ſimp. & compoſiti, ana ℥. ij. Syr. Byſantini, Syr. de Succo Chamemeli Italici, ana ℥. j, ß. Miſce, & fiat Potio, Aromatiſata cum ſpecier. diagalanga, Diamoſchi dul. ana ℨ. ß. &c.

Pilulæ: ℞ Agarici trochiſc. Rhabarb. electi, ana ℨ. j. Specierum Ieręſimp. ℨ. ij. Pul. Ireos ℈j. rad. Spicæ, Maſtiches, ſagapeni, ana ℈j. Cum ſyrupo de Abſinthio, fiant pil. num. xv. ex ℨ. j.

℞ Confect. Diacurcumæ ℥. ß. trochiſc. de Rhabarb. ℨ. ij. Pulveris noſtri ℨ. j. ß. Spe. Aromatici Roſat. Diarrhod. Abb. ana ℨ. j. Cinamomi electi, Hepatis Lupi præparati, ana ℨ. j. ß. Caryophyllor. Zedoariæ, ana ℨ. ß. ſem. Aniſi ℨ. ij. ſacchari puriſſimi ℥. j. Miſceantur.

Vnguentum præſtans Montani:

℞ Fol. Ebuli, Calamenti, Chamomeli cum floribus, Meliloti, ana M. j. Sem. Carui, Cimini, ana ℥. ß. Baccarum

rum

rum Lauri ℥.ij.rad. Aſari, valerianæ, ana ℥.j. Bulliant in ſ. q. Vini opt. ad tertias. Cuius colati ℞ ℥.iiij. & adde Olei Rutacei ℥.iij. Amygd. amar. ℥.j. ß. Vnguenti de Baccis Lauri ℥.j. Bulliant ad caſum vini, & colantur.

Pontanus, in Literis ad me ſcriptis:

Elaterio non ſum vſus, niſi in Hydropicis robuſtioribus. Poterit tamen in parva Doſi cum Benedictis exhiberi. Iridis ſuccum magnifacio, præſertim Radicis noſtratis. Inter omnia ſimplicia Praſſium & Chamædryon ſingularem habere inimicitiam cum hoc morbo deprehendi. Imo ſolius Praſſii decoctò quoſdam liberavi.

Claretum optimum, pro Podagra & Hydrope:

℞ Rad. Bruſci, Aſparagi, Apii, Fœniculi, ana ℥.j, Quatuor Semin. frig. maior ana ℥.ij. Sem. Endiviæ, Cichorei, Scariolæ, ana ℥.ij. Turbith ℥. ß. Hermodactyl. ℥.x. Polypodii quercini ℥.ij. Cinamomi ℥.j. folior. Senæ ℥. ij. Zinzib. ℥.j. Vini albi lib. iiij. Sacchari lib. j. quart. j. Stent cum Vino per hor. 48. Colentur per manucam Hippocratis. De hoc ſingulis ſeptimanis fiat hauſtus pro natura ægri, purgat leniter, & confortat.

Potio ad Hydropem præſtans & probata.

℞ Vini Abſinthitis, ſextarium, Rhabarbari ℥. ij. folior. Senæ, ℥.j. Calami, granor. Paradyſi, Zinzib. ana gr. ij. Caryophyllor. ʒ j. Nucis Muſcatæ, Macis, Galangæ, Cinamomi, ana ℥.j. Sacchari optimi ℥.ij. In Sacculo ponantur in Cantharum Vini, & ſtent diebus 4. Inde bibat æger quotidie ter, mane ante cibum horis ij. Veſperi hora quarta, & ante Somnum.

Mathioli, ad Hydropem:

Succi Cucum. ſyl. in canicularibus ſiccati (defuſa ſemper quæ ſupernatat aqua) ℥.j. tantundem bdellii, Maſticis ℥.ß. Salis gemmæ, ℈ij. Incorporentur. Datur pilula inſtar fabæ, ante ſomnum.

VIERI, DE HYDROPE.

In Aſcite, Statim ad humoris aquei evacuationem, abſque concoctione, properandum; quod præſtat Gratiola in vino decocta, nempe M. j. aut ℥. ß. cum paſſulis exacinatis, à forti expreſſione, addita Canella, Aniſo & ſaccharo.

Vel ℞ Gratiolæ ℥. ß. Soldanellæ ℥.j. Aniſi ʒ.ij. Paſſular. enucleatarum ℥.ß. Bulliant in Vino, ad remanentiam ℥.v. & exhibe. Proximum habet locum ſuccus Rad. Iridis reſidendo depuratus; qui cum vitello ovi ſorbeatur. Aut ipſius ℥.iij. vel iiij. cum ℥. j. Syr. Roſati ſolutivi, & Cinamomi electi ℈j. miſceantur. Aut exhibeatur Electuarium Mathioli ex ſucco Iridis. Succus Cucum. ſyl. inſpiſſatus (vulgo Elaterium.)

Medicamenta Hydragoga Hollerii, vide cap. de ſpleneticis.

NB. Elaterii gr. ij. cum ℈j. pil. Agregativar. redacta in pil. aſperſo pulvere Aniſorum. Succus rad. Sambuci, aut corticis Ebuli, redactus in paſtillos. Aut decoctum ipſius in vino Item ʒ.j. pul. ſem. Ebuli cum vino & ℈j. Cinamomi, cum ſaccharo. Cortex vtriuſque interior, flaveſcens. Item corticis pulvis, datus pondere ʒ.j. cum ℥.ij. Aquæ Linariæ.

Decoctum Frangulæ corticis interioris, cum Eupatorio, Abſinthio Rom. Cuſcuta, veronica, rad. Cichorei, ſem. Apii, fœniculi, & Cinamomo. Radix vitis ſyl. Stibii gr. ij. aut iij. per noctem in vini ℥.j. infuſa, facta colatura, & canella adiecta, bibantur.

Quidam pro Secreto propinant Olei Victrioli guttam, cum Vini cyatho. Repetatur autem ſingulis ſeptimanis hæc evacuatio.

At ſi propter virium labefactationem paulatim ſit evacuandum & alternatim roborandum Epar, exhibebitur Apozema ſequens Magiſtrale, quotidie vel alternis diebus, ad tres vel iiij. ℥. ℞ Rad. valerianæ, Pimpinellæ, Enulæ, Ebuli, ana ℥. ß. vitis ſyl. ʒ.ij. Medullæ cnici ʒ.v. Sem. Aniſi, fœniculi, ana ʒ.iij. Gratiolæ, Eupatorii veri, ana M.j. Scabioſæ, veronicæ, Bethonicæ, Carduib. ana M.ß. Flor. Geniſtæ, Sambuci, ana p.ij. Paſſular. enucleatar. inciſarum ℥.j.ß. Senæ Alexand. expurgat. ʒ.vj. Soldanellæ ℥.j. Agarici trochiſc. ʒ. v. Vini albi lib. v. (ſi febris adſit, in Aqua decoquantur) Bulliant ad caſum dimidii in vaſe duplici aut tecto. In Decocto bulliat denuo ſaccharum aut mel deſpumatum q. ſ. pro conſervatione, ſuſpenſa in linteo ℥.ß. Rhabarbari, & admiſceatur pul. Cinamomi electi ʒ. iij. Vide in cap. ſequenti Vinum ſpleneticum. &c.

Aut aliquot taleolæ rad. Iridis macerentur in vino albo per noctem, & mane huius vini hauſtus bibatur, & duobus etiam ſequentibus poſſunt & radices melle vel ſaccharo conditæ exhiberi, ad ℥.j. Aut hoc conditū, quod & Mathiolus recitat. ℞ Succi rad. Iridis ℥.ß. Canellæ, Galangæ, ana ʒ.ij. Caryophyllor. Maceris, ana ʒ.j. Zedoariæ ℈ij. Soldanellæ elect. ℥.ß. Miſce cum Melle deſpumato. Electuarium ex Baccis Ebuli & Sambuci per colum traiectio, & cum pauco melle vel ſaccharo inſpiſſatis, nec nō vtriuſque Aqua ſtillaticia, ad ℥. vj. Vinum ex Thymelæa & Chamelea. Infuſio talealarum Brioniæ cū Vino, additis Canella & macere. Olea, linimenta, Emplaſtra, exterius ventrem ſubducentia.

In Anaſarca exhibemus fere eadem medicamenta, at in Tympanite Hydragogis addenda erunt, quæ flatus diſſipant, & talia ſunt: Elect. Indum maius, ad ʒ.vj. cum ʒ. iiij. Soldanellæ, cum vino, aut aqua rutacea, vel ſimili. Si vermes adſunt, addatur Semen ſantonici. Poſtridie cuiuslibet evacuationis exhibeatur ʒ. j. aut j.ß. Theriacæ vel mithridati.

Exhibeantur & Diuretica, inter quæ primas tenet oleum ex Iuniperi

baccis, cum Vino. Lixivium ex cineribus Iuniperi & vino paratum. Aut ex cineribus ſarmentorum & Geniſtæ. Petroleum cum Vino, movet ſudorem, vrinam & vomitum cinis Bufonis. Cantharides cum decocto radicum diureticarum & ſem. Lini.

Pro roborandis viſceribus: Conſerva Abſynthii Rom. Zinzib. Indicum conditum. Rad. pimpinellæ conditæ.

Conditum præſtans, pro roborandis viſceribus:

℞ Conſer. rad. Helenii ℥.*j*.ß. Abſinthii Romani ℥.j. Specier. Diacinamomi, ℥.i.ß. Dialaccæ ℥.*j*. Olei Iuniperini ℈*ij*. cum ſyrupo de Eupatorio fiat conditum. Vſus Vini ſublimati, cui imponantur, Canella, Calamus, Zinziber cum ſaccharo & mica panis.

In Tympanitide ℞ Electuarii de Baccis Lauri ℥.j. Confer. Helenii ℥.ß. Sp. Dianiſi ℥.*ij*. Diagalangæ, Diacymini, ana ℥.j. Olei Iuniperini ℥.ß. Syrup. de Eupatorio q. ſ. aut aliquot guttæ olei Aniſi hauriantur cum Vino. Rotulæ ex ſpe. Dianiſi, Diacymini, diagalangæ & oleo aniſi aut fœniculi aut Maceris. Habeatur ratio Ventriculi, cum Sacculis, Vnguentis. Sacculus calefiat ſuper Ollam, cui imponantur Lapides igniti, & affuſo vino excitetur vapor. Venter totus fricetur frequenter, & inungatur vino ſublimato, aut Oleo Rutaceo, Laurino &c. Sacculi ex Carminantibus. *Emplaſtrum ex* Baccis Lauri. Cucurbitula magna cum flamma, vmbilico impoſita, abſque ſcarificatione.

Præcipua totius Curationis Capita ſunt: Sitis tollerantia, nempe, vt per diem patiens non bibat vltra libram & dimidiam idque ex anguſto vitro, & Vinum Helenites, Abſynthites, & Aromaticum. Item Sudoris provocatio, quod fit, à purgatione exhibendo Theriacam, aut ſuccum Rapi rotundi, cum ſaccharo & canella. Electuarium Sambucinum cũ Oleo Vitrioli. Decoctum rad. Hirundinariæ, quæ ad ſemi libram in vino macerata decoquatur ad tertias & mane propinetur. Expellit ſudorem copioſum. Vinum apparatum eodem modo cum veronica. Promoveatur & Sudor extrinſecis præſidiis, ſilicibus calidis, ſacculis ſub Axilla, cupis idoneis, ſuffitibus ex acri Lixivio, aut herbarum calidarum decocto. Extremum eſt, ſectio, maxime in Regione Vmbilici, ſi is ſit eminentior. Victus ſit calefaciens & ſiccans, frequens etiam Allii vſus.

Bayrus commendat Syr. ex ſucco Iridis & ſaccharo clarificato probe, Doſis eſt ℥.j. vel ℥.j.ß.

Ex IV. Parte Antiparacelſi Eraſti:

Hydrops ex vitiata coctione Hepatis, quæ pro ſanguine, Aquam, flatus aut pituitam procreat. Corruptæ ſanguificationis cauſa (quæ & Hydrops morbus eſt) nil eſt aliud, quam Hepatis & Venarum frigida & humida intemperies, cum coctionis

cauſa præcipua ſit calor, cuius diminutio cauſa eſt fruſtratæ coctionis. Cum frigida intemperie neceſſario ſaltem proceſſu temporis, copulatur humida. Introducitur hæc intemperies de re aliqua refrigerante, vel calorem diſſipante, & ſi ſit Epati impreſſa, non tantum à ſua cauſa depẽdens, Hydropem conſtituit inſanabilem, & talibus ſtatim à vacuatione redit tumor. Pro huius Morbi curatione, inprimis ſpectandum an Hepar adhuc fiete, an verò omnino facta laboret Intemperie, quod ex eo deprehenditur, ſi factis recte omnibus, tumor depulſus recurrat, quod inſanabilem morbum arguit. Vt igitur mala Hepatis temperatura deleatur, omne prius impedimentum è medio auferatur, & talis eſt Aqua, quæ prius ſubducenda eſt, quo facto, ſi cauſa effectrix adhuc præſto ſit, ea ſubmovenda. Ea extincta, tunc Hepati providendum. Hæc vt fiant, Victus inſtituatur commodus, & vel alternis vel longioribus intervallis exhibeatur Hydragogum, cuius ordinis ſunt, ſuccus Rad. Iridis noſt. ad ℥.ij. vel iij. Cum Saccharo, Iulepo, Vino vel ovi vitello. Aut decoquatur Radix in vino vel carnium iure. Decoctum fol. Chameleæ pro robuſtioribus. Succus medii corticis ſambuci, eodem modo & pondere, aut Rad. Ebuli, aut Elect. ex granis maturis.

Dantur & Semina in hoc morbo & aliis pituitoſis, drachmæ pondere. Pulvis Soldanellæ, ſenæ, Trupeti & ſacchari &c. nẽpe folior. Senæ ʒ.j. Braſicæ Marinæ ʒ.j.ß. Turpeti ℈j. vel Rhabarb. Mulieribus, Turpeti ʒ. j. Rhabarb. ʒ.ß. Soldanellæ ℈ij. Zinzib. & ſacchari, ana ʒ. j. Poteſt vigorari, additis aliquot granis Diagridii.

In Hydrope ex obſtructione diuturna Splenis, in menſura vini Chalybem ignitum extinguo (metallis omnib⁹ vis ineſt purgatoria) & percolatum propino magno cum ſucceſſu. Incredibilem aquæ copiã evacuat aliquando. Flores ceraſorum ex aceto, oleo & Sale, inſtar Acetarii. Flores prunor. ſylveſtrium & domeſticorũ Aſari rad. decoctum. Item ℞. Diaphenicon ʒ.iij. Elaterii gr. v. vel vij. ſed ab his quantum poſſibile, abſtinendum. At tutius eſt remedium Rhabarb. ʒ.ij. & ℥.ij. Oxymel comp. & ℥. iij. decocti rad. fœniculi, Lactucæ, Scariolæ &c. Præſcribantur vina medicata, præſertim delicatioribus, quę paulatim aquam, flatus, pituitam evacuant. Pro tegendo ſapore ingrato & odore Purgantium, Abſinthium, Carduusbened. & ſimiles amaræ herbæ addantur.

In Aſcite, addatur radix Iridis & Soldanellæ: In Tympanite, eadem cum maiori quantitate ſeminum, flatus diſcutientium.

In Leucophlegmatia, quæ pituitam detrahant, Turpetum & Agaricus.

Cachedticos curavi, vt Anaſarca laborantes, in primis cum Vino, in quo pulvis Chalybis limati macerabatur. Vide paulo ſupra vinum Fabri Bononienſis.

Vinum Medicatum Muraldi:

℞ v. Radicum aperientium, Glycyrrhi-

cyrrhizæraſæ, cort.rad. cappar.cort. medii fraxini,ana ℥.j.rad.iridis recentis, calami aromat. cinamomi elect. ana ℥.ß.ceterach.capill. ♀. fol.tamariſci, flor.cordialium, ana M.j.abſinthii pontici, carduib.hyſſopi, praſſii, ana M.ß.aniſi,apii,ammi veri, fœniculi, ana ʒ.j.ß. fol.ſenæ repurg. ℥.ij. ſcobis ligni, guaiaci, ℔.j.ſacchari albiſſimi ℔.ij. vini albi generoſiſſimi libras civiles 40. coniiciantur inciſa omnia in vaſculum; & ſuperfundatur vinum fervefactum, ac vaſe optimè obturato macerentur per 2. aut 3.dies, poſtea utatur ipſo æger. Ego ſoleo parare ex M.v.Herbarum, & ℥. totidem radicum, ſeminum & aromatum, ana ℥.ß. fol.ſenæ ℥.ij. aut j.ß. Soldanellæ M. ij. Iridis conciſæ ℥.ij.aut iij.turpeti contus ʒ.v. His in vaſculo compoſitis ſuperfundo vini generoſi albi (in quo chalybs ignitus ſæpè reſtinctus fuit, metalla enim omnia habent purgatorii aliquid) libras comunes ſeu civiles 16. vel menſuras noſtrat. 4. Vaſeque obturato per biduum vel triduum, poſtea uti permitto. *Prioris vini uſus poteſt eſſe continuus, noſtri non item, niſi quando æger non facilè purgatur.* Bibant autem, corpore prius, validiore medicamento elaterium recipiente, expurgato, manè poculum, alternis, vel tertio quoque die. Diebus intermediis ℥.ij.aut iij. Succi abſinthii, aut eiusdem comas conditas ſumant.

Inprimis prodeſt diebus multis aſſumptus Syrupus de abſinthio, pondere ℥.ij. cum iij. ℥. decocti maioranæ, roriſmarini, ligni aloës & menthæ ſiccæ. In magnis obſtructionibus, Oxymel Squillinum.

Laudantur pro corroborando calore nativo, nuces moſc.Indicæ conditæ cum carne ſua. Frequens uſus aſparagi.Eryngii rad.condita. Alia aliis contulerunt.

Externa ſunt remedia. Pedum ſcarificatio. Sudoris provocatio, cataplasmata ventri impoſita, ex columbino ſtercore, & capillo, rad.Pyrethri, ſem.rutæ, agni caſti, carui, euphorbio, ſulphure, ſale p.farina fabarum, & aliis ſimilibus.

Alimenta ſint calefacientia & ſiccantia, facilis tamen concoctionis, & flatus expertia. Eo etiam tempore, quo tumor ſubſedit, ſemper calor congenitus ventriculi & hepatis fovend⁹ erit, manè & veſperi inungantur: Spicatum vel irinum, abſinthii oleum aut mentæ, capparorum, &c. cum aliquot guttis olei ſtillatitii abſinthii, menthæ, cum totidem granis camphoræ, propter penetrationem. Sitis imperetur, parciſſ.tamen, vinum album, tenuè & vetus, concedatur. Hæc ferè curationis Methodicæ ſumma.

Vinum ſolitivum præſtans, Eraſti:

℞ Abſinthii Pontici, centaur.min. Praſſii, carduib. ana p.j. fol.ſenæ ℥.ß. turpeti ʒ.v.rhabarb.electi ʒ.ij.agarici ʒ.ij.galangæ, zinziberis, zedoariæ, caryophyllorum, ana ℈.j.ß.inciſa, & in ſerico rub.ligata infundantur in ℔. ij. vini, hor.24. Detur hauſtus bonus pro alvo cienda.

Hydrogogum Fernelii tutiſſimum:

℞ Succi roſar. pall. ℥. iij. mellis, ſacchari albi, ana ℥. vij. Coquantur ad craſſitiem & deſpumationem. Adde ſucci Rad. Ebuli ℔. ß. Pul. Praſſii, ſemen Fœniculi, ana ℥. j. Acinornm vel pulpæ ebuli, ſambuci ana ℥. j. cinamom. ℥. iij. macis, galang. cardam. caryophyllor. ana ℥. v. rad. cucucum ſyl. ℥. iij. Percoquantur igne lente, ad mellis conſiſtentiam. Ultimò inſtillando ol. fœnic. caryophyll. vel cinamomi aliquot guttas. Doſis ℥. ß. cum ſerò.

Eraſti: ℞ Electuar. de ſucco roſar. diaprunis ſol. Indi, ana ℥. vj. Soldanellæ ℥. ij. Elaterii ℈. ij. Uſurpatur per intervalla.

Charichterius: Clematitielis cinis. Item Chamepithtis lignoſa. Sarmentorum cinis in petia ligatus è vino bibitus. Idem facit, cinis chamemeli, tanaceti, tragopogi. Item der gemeine Dauranth.

Deſtillatum ad Hydropem efficaciſſimum:

℞ Victr. ung. ad rubedinem calcinati ℔. j. Silicis fluviatilis albi, optimè calcinati ℔ *j*. ß. Tartari ad albedinem calcinati ℥. iij. Contuſa tenuiſſimè inſperge marmori in loco humido & frigido, diebus 14. vel 16. ut reſolvantur. Tandem materiam deſtilla per alembicum in cineribus, idque ter, & ſingulis vicibus ſuper feces contuſas reaffunde; poſtea in retorta lento △ urge, primum phlegma d. quo remoto, liquorem acetoſum ſeorſim collige per hor. 12. Doſis cochlear. j. per dies aliquot manè.

Antidotus Irina D. Iacobi Theodori, lib. de fontibus acidis. Commendatur potus acidæ in hydrope, præſertim im langen Schwalbach / der Weinbrunnen genandt Expurgentur autem primum extracto colocynthidis, rhabarbari, mezerei, mechiocanæ rad. Item gratiola & mechiocana. radicem cucum. ſylveſt. Omnibus autem præfertur Antidotus Irina, quæ ℞ Succi radicum Ireos ℥ j. Gratiolæ, Soldanellæ, radicem Mechiocanæ, ana ℥ ß. Rhabarbari ſelectiſſimi ℥ iij. Galangæ, Zedoariæ, ana ℥ ij. Gran. Hederæ ℥ *j*. ß. Pul. Diarrhod. Abbatis, ℥ *j*. Dialaccæ, ℈ *j*. Spiccæ Indicæ ℈ ß. Oleor. Cinamomi, Aniſi, Caryophyllor. ana ℈ ß. Cum ſ. q. Syrupi Cinamomi fiat Antidotus mediocris conſiſtentiæ. Frequenter etiam ſumat quantitatem caſtaneę ſequentis Antidoti: ℞ Conſer. flor. anthos ℥ *j*. flor. cichorei, citri cum corticib⁹ canditi, ana ℥ ß. conſer. Maioran. fl. Meliſſæ Turcicæ, gr. Hederæ, ana ℥ iij. conſer. rad. Elenii ℥ ij. Pul. arom. roſ. dianiſi, diarrhod. Abb. ana ℥ *j*. ß. hepatis lupi præpar. ℥ ß. dialac. ℈ *j*. ß. olei caryophyll. ℈ ß. medullę paſſularum ℥ iij. cum ſ. q. Syr. cinam. fiat miſtura mediocris conſiſtentiæ, artis lege.

Evonymus: Datur ſuccus Iridis cum vitello ovi calefacto, & movetur ſudor cum ſucco rapi expreſſo.

Ex Hollerio: Expurgentur octavo quoque die Hydragogis, ut decocto rad. verbaſci fœminæ, ſucco Ireos, ſyrupo Roſarum pallidarum, granis ebuli,

ebuli, diacarthamo. Vitetur antimonium, quibuſdam peculiare & ſecretum. Pro cienda urina, Syrup. de duabus Radicibus, de Raphano. Topica, emplaſt. de baccis lauri. Sudorifica.

Leucophlegmatiæ peculiariter convenit Phlebotomia, præſertim ſuppreſſa aliqua evacuatione. Capparum ex aqua mulſa eſus quotidiè. Expurgatio per intervalla, ut cum ℥ ß. Benedictæ laxativæ, cum ſero. Pilulæ de Rhabarbara, Pilulæ ex Iera ʒ j. Agarici Trochiſcati ℈ j. cum oxymelite, in quo maduerint, laureola, Iridis rad. cum ſucco Iridis depurato per reſidentiam, ad ʒ v. aut vj. cum aqua mellis ana, vel ſero propter epar addatur Diarrhod. aut Triaſantalor. Aqua ſtillatitia flor. Iridis, ad ℥ j. cum Cinamomo. Laudantur Sambucus, Ebulus, & eorum aqua, additis ſpecieb. dictis. Pul. cucum agreſt. nempe cort. radicis ℈ j. inſpergatur mulſæ.

Conſerva præſtantiſſima ad hydropem, ex Gordonio & Valeſco de Taranta:

℞ Succi Cucum. Aſinini, Succi Laureolæ, Ireos purpur. Abſinthii, Eupatorii, ana ℥ iij. Reſideant, & aqua ſupernatante abiecta, craſſiori parti inſperge Rhabarbari, Agarici, ana ℥ ß. Spicæ Nardi, ſem. Endiviæ, Scariolæ, Portulacæ, Maſticis, lappæ, Traganti, ſalis gemmæ, ana ʒ j. Mellis colati ℥ ß. Reponatur in vaſe vitreo ad Solem, pro conſerva.

Localia: Sacculi, frictiones, evaporationes, thermæ, emplaſt. balſamum artificiale, diaſpiratũ, phænigmi. Ultimò paracentheſis.

AFFECTIONES SPLENIS

Splenetica Medicamenta Duciſſæ Wirtenbergenſis:

Pulvis: ℞ Trochiſc. de capparibus, Diarrhod. Abbatis, ana ʒ ij. Croci ♂ ʒ iij. Sacchari candi albi ℥ ß. Pulveriſata ſubtiliſſimè miſce.

Electuarium: ℞ Conſer. Endiviæ, fumariæ, adianthi, ana ʒ iij. Trochiſcor. de capparibus, Diarrhod. Abbatis, ana ʒ j. Croci ♂ ʒ iij. cum Syrupo acetoſo ſimplici fiat electuarium.

Potio ſplenetica: ℞ Folior. Senæ electæ ʒ vj. Rhabarbari ʒ j. ß. Rad. Mechiocanæ, Turpeti, ana ʒ ß. Spe inciſarum ℥ ij. macerentur in ℥ 13. vini albi, vel amari ſplenetici infra deſcripti horis 18. In expreſſi ℥ iiij. diſſolve Mannæ ʒ. vj. pro potione.

Vnguentum ſpleneticum: ℞ Pomadæ ℥ j. Terebinthinæ ʒ ij. Ol. roſac. ʒ. vj. Ceruſſæ,

Ceruſſæ, lythargirii, lotorum ana ℥ ij. Pampholyges, ℥ j. Terræ ſigillatæ roſacea ſolutæ ℥ j. camphoræ ℈ j. miſceantur probè pro unguento.

D. Wolffii Marpurgenſis in intemperie ventriculi & ſplenis:

Expurgato corpore, & ſanguine miſſo, poſt menſium ceſſationē, diebus 20. pulv. croci ♂ quotidiè ſumat ℈ j. vel minus, cum miva, vel cum nebula, ſuperbibendo vini prunellorum hauſtulum, vel 2 coch.

D. *Oſvvald Gabelhöver*: Simpliciſſ. croco ♂ (hoc eſt, limatura chalybis aceto ſępè rigata & exiccata in fornace, ad rubedinem) admiſceo conſer. Roſar. ad ℥ j. vel j. ß. Croci ℥ j. & ℥ ij. pondus exhibeo, idque in affectibus ventriculi.

Exhibetur etiam alius crocus, forma electuarii diluti cum aquis Plant. quercus, corrigiolæ. Idq; in deſperatiſſ. profluviis albi. Nam multo poſt obdormiunt, & à ſomno cibum poſcunt.

Fortè, ut Sualenbergius putat, eſt crocus D. Nithameri, h. e. ſulphur vitrioli reverberatum, de quo Theophraſtus de victriolo. Hoc enim eſt rubrum, & habet magnam vim narcoticam.

Vide de extractione hæmatitis in manuſcripto in fine capitis, de ♂ flores extracti per reverberationem coquantur cum duplo mellis deſpumati vel roſati, ad conſiſtentiam electuarii. Doſis ℥ ij. cum ſucci millefolii ℥ ij. in ſputo ſanguinis, diſſenteria ventris. Paralyſin & melancholiam.

Electuar. Solenandri, in obſtructionibus epatis & lienis:

℞ Flor. Borrag. ℥ ß. flor. violarum, liquiritiæ, ſem. aniſi, fœniculi, ana ℥ ij. Senæ ℥ j. Pulveriſat. adde ſpec. Diarrhod. Abbat. ℥ j. ß. rad. azari ℈ ij. arom. roſat. ℥ j. ß. Scoriæ chalybis ℥ vj. limaturę chalyb. præparat. ℥ ij. Mellis puri deſpumati q. ſ. pro electuario. Doſis cochl. j. cum bono vino. *Commendatur placentula ex ovo & milzadella*, h. e. urtica mortua. Lamium vocat Plinius, macula alba in folio. Piſani vocant l' herba della Milza. Item decoctum Filicis.

Ad ſplenis duritiem, ex Pandect. ℞ Abſynthium coctum in oleo, cataplaſmetur, vel inungatur ex unguento facto de eius ſucco, aceto, ammoniaco, cera & oleo. Emplaſtrum ex ficubus nitro & hyſſopo. Minuit verò ſplenem, quod ſequitur: ℞ Agnum caſtum, dimittatur in amurca olei, quousque putreſcat; & addito vino forti, fiat decoctio, & cum cera & oleo bullita ſimul decoctione usque ad eius perfectam conſumptionem, fiat unguentum, ſpleni ſæpius applicandum. Vide ſupra, de hydrope, vinum chalybeatum Falloppii.

Magii, ad lienis affectum valent: Decoctum fraxini cort. in vino, aut aqua ipſius, per dies 3. adhibitum. Omninò enim abſumit lienem. Item pul. uiticæ mortuæ ſeu Galeopſeos Diosc. Succus Bacharæ. Terebinthina lota, data in hoſtia, morbis ſplenis medetur. Oleum nucis unguentariæ,

tariæ, per ſe, aut cum farina lupinorum & Spica Nardi, aut bibitum per ſe.

Eſt enim mirabile à proprietate. Betonica etiam comeſta. Radix rubeę in aqua mellis cocta. Aqua educta per alembicum de Splene Hædi.

Vnguentum præſtans in duritie lienis, quod & Luſitanus mirificè extollit:

℞ Olei communis ℔. *j*. Medullæ crurum bovium ℥ iiij. Butyri recentis ℥ ij. Succor. Bryoniæ & Cyclaminis, ana ℥ iiij. Bulliant ad lentum ignem ferè usq; ad conſumptionem ſucci, & coletur. Colaturæ adde pul. Ceterach. cortic. capparor. Tamariſci, ſem agni caſti, ana ℥ *j*. Miſce, & fiat ſ.a. unguentum.

Vnguentum Doct. Elidæi, ad duritiem lienis:

℞ Mucilag. Althęę, ſem. lini, ana ℥ ß. Pingued. anatis, medullæ vituli recent. ana ℥ iiij. Bdellii, ammoniaci, ana ℥ *j*. ſem. agni caſti, acori, ana ℥ ß. Ariſtol. long. ℈ ij. Olei de capparibus ℥ j. ceræ parum, & fiat ſ. a. unguentum.

Cerotum: ℞ Bdellii mollis & ſubalbidi ℥ *j*. ß. Galbani ℥ j. Ammoniaci ℥ ij. Tamariſci, ceterach, ſemen agni caſti. Plantag. cort. rad. capparor. ana ℥ ß. Roſar. ſem. cuſcutæ, acetoſæ, portulacæ, ana ℥ j. diſſolve gummi in aceto optimo, & fiat cerotum, quod extendatur ſuper corio ſemilunari.

Vnguentum optimum: ℞ Unguenti Agrippæ, Dialthææ, Butyri recentis ſine ſale, ſucci rad. ebuli depurati, ana, bulliant in vino optimo, usq; ad eius conſumptionem, ac uſui reſervetur. Laudatur & cerotum montagnanæ, conſ. 219. cap. 20.

Ex lib. Gervaſii: In duritie & tumore lienis, exhibito primum bolo caſſiæ, cum ℥ ij. Diaſenæ, & ℥ ß. pul. Aniſorum, & poſtea ebibito Syr. de fumo terræ, cum aquis ceterach, praſſii & endiviæ, vel ſimilium, per dies 8. aut 10. & demum purgato corpore cum ℥ j. Rhabarbari infuſi ſ.a. in qua expreſſione diſſolvantur, diaſenæ, confect. Hamech, & ſyr. roſ. q. ſ. Die ſequenti; facto prius Clyſtere communi, regio ſplenis fomentetur manè cum decocto rad. altheę, malvę, flor. Camomil. fœniculi, fœnugreci, pulegii, aniſ. q. ſ. in aceto q. ſ. Et poſtea inungatur oleo de capparibus, amygd. dul. camomillæ, ana, ſimul miſtis. Ultimò poſt dies 4. æger utatur per dies 8. ſequenti Electuario: ℞ Limaturæ chalybis præparat. ℥ ß. diarrhod. Abbat. diacurcum. ana ℥. ij. Miſce. De quo capiat ſingulo manè ℥ ß. & poſtea obambulet per loca iucunda, pro libitu.

N. Lapis Pyrites inſtar manus longę vel molaris ignitus, & aceto aſperſo in linteo in aceto calido madefacto, donec refrigeretur, ibi ponatur, Montanus.

Spleneticis proſunt petiæ intinctę in urina pueri calida. Radices Ebuli in urina decoctæ.

Elidæi, ad ægritudines ſplenis materiales:

Præmiſſa purgatione cum diaſenę, Rhabarb. cum aqua Bugloſſæ, Ceterach. Deinde utere hoc remedio: ℞ Ammoniaci pinguis, & mollis ℥.j. Tamariſc. Ceterach. ſem. Agni caſti, ana ℈.ß. cum ſyrup. acetoſ. comp. f. Pil. ex ℥.j.vj. de quibus per dies 8. capiat omni ſero, parum ante cœnam, unam aut duas. Poſtea accipiat infra ſcriptum potum: ℞ Aq. Tamariſci, Ceterach, Cichoreę, ana ℥.j.ß. Aceti ſquillitici ℥.ij. Sacchari albi ℥.ß. Miſce, & manè ſumatur cum duobus de dictis Pilulis, per decem dies, ad minus. Sunt enim duo remedia præſtantiſſima cuiuscunque malæ diſpoſitionis ſplenis cum materia.

NB. Elidæus ſanabat ruſticum 4. diebus, dando quotidiè cochlear 1. Pulv. Ceterach, & faciendo unguentum ex Tamariſco decocto in oleo, cum modico aceti.

Vnguentum ſingulare: ℞ Cucurbitæ ſyl. Panis porcini, ana mediam ſcutellam, Dialthęę ℥.ij. Ol. de Capparibus ℥.ij. Butyri, totidem. Bulliant ſimul ad quatuor horas ad Balneum Mariæ coletur, & cum cera fiat unguentum.

Cerotum fiat ex Ammoniaco diſſoluto in ſucco artemiſię. Item valet pulvis rad. filicis, cum vino, ℥.j.ß. per dies x.

Singulare eſt & hoc: ℞ Ammoniaci ℈.j. aut ʒ.ß. cum ℈.j.ß. pil. aggregativ. Item Ireos, aut fac decoctionem cum vino forti & agno caſto putrido reddito in amurca olei, addendo ceram & oleum de capparibus.

Splen fomentetur cum lapide molari calefacto, aſperſo forti aceto.

Comedat Cappares & radices Cichoreę decoctas cum aceto paſſulato.

Laudatur ad oppilationes & duritiem lienis, rubia tinctorum, Item ſuccus centaurii.

Vnguentum & Medicamentum præſtans, D. Elidæi:

℞ Succi panis porcini, ſanetionum, olei de capparibus ana ℔. ß. Ol. amygd. dul. de ſpica, ana ℥.ij. ſem. portulacæ ℥.ß. ceræ q. ſ. & fiat ſ.a. unguentum. Medicamentum: ℞ Paſſular. enucleatar. ℥.ij. Polypodii quercini ℥.ij.ß. flor. Borraginis, Bugloſſæ, ana ℥.ij. Carui, Folliculor. Senæ, ana ℥.j. Epithymi ℥.j.ß. Decoquantur in ℔.j. Seri Caprini, ad conſumptionem medietatis. In fine ebullitionis debent flores, Senæ & Epithymi addi. Manè ex poſca bibat ℥.j. Pul. urticis, per multos dies.

Ad obſtructum lienem: ℞ Tamariſci, Ceterach, Marrubii, ana M.j. Rhapontici noſtri, ℥.ij. Contuſa groſſo modo decoquantur. Poſt decoctum bibitum ſumat ℥.ß. Elect. dèli matura chalybis, abſtineat à fructibus, caſeo, paſta, &c. Montanus: Vaſcula ex ligno Thamaricis, ex quibus bibat vinum tenue. Oleum Ammoniaci intus & foris uſurpatum.

Fomentatio: ℞ Rad. Altheæ, rad. malvæ, ſem. lini, fœnugræci, Tamariſci, Ceterach. Rad. Cort. Capparor. ana

ana M.j.Meliloti,anethi,rutæ,folior. ſenæ, ana M.ß.Polypodii, epithymi, ana ʒ.ij. Inciſis incidendis, fiat fomentatio in aceto,pro ſplene.

Vnctio lienis : ℞ Emplaſtri de meliloto, olei de ſpica, de capparibus, ol. amygd.dulc.dialtheæ, ammoniaci in aceto diſſoluti, ſucci cyclaminis, ana ʒ.ß.ceræ parum, & fiat unctio mollis pro ſplene.

NB. Comitis ſenioris Guilhelmi in Hennenberg:

Zum Stechen deß Miltzes ſoll man machen einen Wein / ſo der Wein in Möſten iſt (auch mag mans von fürnem Milven Wein machen) von Tamariſken vnd Eſchen dürren Spänen vnd Hirſchzungen/ (lignorum ana p.j. folior. p.ij.) darvon ſo er lautter worden / ſoll man Abends vnd Morgens trincken.

Oxymel ſpleniticum, Montani, optimum in tumore lienis, poſt diuturnas febres:

℞ Rad.Tamariſci,Ceterach.Chamędryos, ana M.ij.Cort.rad.Capparum ℥.ij, Contuſa coquentur in ℔.8. Aquæ ad conſumptionem medietatis. Cuius ℞ ℔.iiij.Mellis,aceti,ana ℔.j. & fiat Oxymel. Cuius ℞ ℥.j.ß. cum ℥.iij. Aquæ Ceterach, pro Syrupo. Poſt dies 7. purgetur cum ſena, polypodio epithymo, ut ſcis. Quo, ſi opus fuerit, reiterato, deinceps utatur ſequentibus. (Diaclylon Nardino dilutum, mollit & digerit. *Aetius*: Aqua lixivii pota, ſpleneticos ſanat, & ſi quis panem tali aqua præparatum ipſi præbeat, multum prodeſt.)

Electuarium: ℞ Ceterach, Chamedryos, rad.Tamariſci, Cort.rad.Capparum, ana ʒ.vj. Ammoniaci, Rubiæ tinct.ana ʒ.ß.Polii, Arthemiſiæ, ana ʒ.iij.Galbani,ſem.Hyperici,Nigellæ, Amygd.amar.ʒ.ij.Cardamomi,Periclymeni,ana ʒ.j.ß.Diſſoluto Ammoniaco cum aceto, omnia excipiantur oxymelite ſquillitico,& fiat Electuar. cuius frequenter ſumat ʒ.j.ſuperbibendo ℥.iij.vini flavi decoctionis Tamariſci, ceterach, cort.rad.capparũ, chamedryos, partibus æqualibus.

Cerotum : ℞ Ceræ, Olei antiqui, Ammoniaci aceto diſſoluti, ana ℥.vj. Croci ʒ.ij.Miſce. Aut ℞ viſci quercini ℥.vj.calcis viv.℥.ß.cort.rad.capparum ℥.ij. Picis liq. ℥.ß. Pulveres cum diſſolvendis ad ignem miſce.

Aut ℞ Ceræ, reſinæ, picis, adipis tauri, ana ℥.iiij. Baccarum lauri, ℥.iij. Salis uſti, ammoniaci, ana ℥.j.ß. Aceti q.ſ. ad diſſolvendum Baccas lauri, pul.ſal. & Ammoniacum, & fiat Cerotum.

Aut ℞ Bdellii, ſæpi vitulini, ammoniaci, rad.Ireos, ana ℥.ij. Opopanacis, Galbani, Baccar.lauri, Styracis, Thuris, ana ℥.j.Piperis gr.160.Ceræ, Terebintinæ, ana ℥.vj.vini q.ſ. & fiat Cerotum ſ.a.

Inunctio : ℞ Corticum rad.capparum, folior.Tamariſci, ana ℥.j. Olei commun.℔.ij.vini albi boni ℥.v. decoquantur ad caſum vini.

Fomentatio: ℞ Cort.rad.capparum ℥.j.flor. Tamariſci, Ceterach, Chamædrios, ana M.j. Rubiæ tinct.℥.j.

Cardamomi ℥.ß. Rutæ ſiccę M.j. Piperis ℨ.iij. Aniſorum, Fœniculi, ana ℨ. ß. Decoquantur omnia in aceto acerrimo, pro fomento faciendo cum ſpongia ſupra lienem, poſt uſum tamen emollientium. Item ſit uſus frequens unguenti de Arthanita parvi Meſ. aut ſucci Ceterach vel Ebuli, & loco applicetur. Aut ſal uſtus diſſolvatur in ſucco Tamariſci vel ceterach, aut in decocto rad. Capparum, & cum veſica actuali caliditate ſæpè lieni applicetur.

Splenetica pro quartanariis, ex Fernelio:

Lupulus, Cuſcuta, Ceterach, Raphanus, rad. Apii, Cortex tamaricis, Capparis, folia Ericæ, Chamedrius, lonchitis altera, Spicartum oſſi, Acorus verus, Scilla, Lapathum, Rubia, Peucedanum, Iris, Ariſtolochia, Lacca. Localia, ex ruta cum aceto, naſturtio, ſtrutio, urtica, ſinapi, centaurea, aſaro, cyclamino, (ebulo, filice, abſynthio, ſenibus accommodatis.) A fotu, illitus ex rutaceo, de capparibus, amygd. amarum, liliorum cum aceto ſquillitico, cera q. ſ. cum ſextante Iridis, aſari, cyclamini, ammoniaco, bdellio, aceto ſolutis. Inunctio ex oleo vulpino, lumbricorum, ſcorpionum, capparum, nardino, cum bona parte œſipi, bdellii, ammoniaci, aceto ſolutis, & cera q. ſ. fit emplaſtrum. Expurgentur Diapruno, cum ſpec. Indi minoris, vel eleſcoph. Vide in altera parte, cap. de quartana.

Vinum ſpleneticum, pro quartanariis & lienoſis:

℞ Linguæ cervinæ, ceterach, tamariſci fol. vel cnicæ, abſynthii, carduiben. agrimon. ana M.j. Zinziber. galangæ ana ℨ.iij. Polypodii ℨ.iij. fol. ſenæ ℥.j.ß. Turpeti opt. ℥.j. Paſſular. ℥.v. vini q. ſ. nempè ℔.18. vel plures.

Poſſunt addi praſſium chamædris, rad. cichorei, flores borraginis, bugloſſi (radices faciunt mucilaginem) chamepithys, hypericon, aniſum, capillus ♀. rubea tinct. gentiana, radices diureticæ.

NB. Emplaſtrum ex alliis & althæa, decoctis in oxycrato, & piſtentur cum anſerina. Evacuentur autem cum aggregativis & ammoniaco, vel oleo eiuſdem.

NB. Lonchitis altera (Waldhirſchzungen tragi) eſt præſtantiſſima ad affectum lienis, pro vino ſplenetico, & aliis remediis.

Splenetica ex Fernelio:

Humorem feculentum emolliunt, colliquant, detergunt & attenuant, absque adſtrictione manifeſta, ut obſtructione ſoluta facilius deinde exeat per alvum.

Horum quædam moderatè ſunt frigida, ut viola, bugloſſum, ſucc⁹ malorum fragrantium. Compoſita ex his parantur. Syr. violarum, bugloſſi. meliſſæ. (Hæc iterum atræ bilis vaporem demulcent.

Syrupus ſcolopendrii, fumariæ, è radicibus, oxymel ſcilliticum. Elect. diacappar. troch. è cappar. dialacca, elect.

Elect.de Gemmis,ex hilarans.Iulepi, Apozemata,fotus, illitus & Emplaſtra.Hæc Melancholiæ reliquias ex liene tumente vel diſſipant, vel abſumunt.

Quædam ſunt calida: Et tenuium partium, Lupulus, cuſcuta, ſcolopendrion ſeu ceterach, Raphanus, rad.Apii, cortex Tamaricis, cappariS rad.Cortex,Agnus caſtus, Chamedrys,rad.Acori veri, Galanga maior,ſcylla,Iris,Lapathum, ſem. Raphani, Raphanus, Ariſtolochia, caucamum.G.Lacca.Ruta,Naſturtium, Struthium,Vrtica,Sinapi, Centaur. minus,Aſarum,Cyclaminus.

Splenetica Hollerij:

Pro Liene indurato, cui ſæpe comes eſt ſcorbutus,ex pravorum ſuccorum redundantia. Emollito ventre, ſecetur vena ad medium digitum,aut quæ ad lienem nigricat, cui loco & ſcarificatio poterit adhiberi, ſed melius vacuato corpore. Incidatur poſtea humor Melicrato ex cort. Rad.Capparis,ſcolopendriæ, capillaribus,Roremarino, R. Tamariſci, S.Agni caſti,Scariolæ,Endiviæ,Portulacæ,ſem. maioribus, corticæ & Rad. ſalicis, fraxini,Geniſtæ, & aliis diopilantibus,vt ℞ Cort.Rad. Capparis ℥.ij.Polypodii, ana in decocto diſſolve Mellis ℥.iij.ß. & vtatur horis ante paſtum duabus. Expurgetur Epithymo, foliis ſenæ Hiera magna, cum ſero vel aqua Chalybeata. Syrupi Acetoſi laudantur, Item de capillarib⁹,depomis. Vas ex fraxi in ligno.

Vnguentum egregie emolliens, incidens & reſolvens:

℞ Medullæ Cervi aut vituli, Butyri recentis, olei de capparibus, ana lib.ß. Ammoniaci, aceto ſoluti,℥.ij. Aquæ Roſar.℥.iij.Coquantur ad caſum Aquæ,pro linimento, admotis prius parti lateribus candentibus, aceto extinctis. Convenit & Emplaſt. de Meliloto,de Althea, Diachylon ſimplex. Tumore aliquantiſper emollito,diſcutiendum adhibito lapide molari vel pyrite; qui aceto acerrimo extinguatur candens, & linteis involvatur.

Redeundum deinde ad emollientia.Fortius erit, ſi Ammoniacum aceto ſolutum malaxetur cum Oleo Cucum.ſyl.vt & Opopana. Emplaſtrum Agrippæ, Emplaſt. de fermento.Sinapiſmi, Dropaces.Sacculi ex Milio & Sale, profumigati aceto acerrimo vel decocto Ebuli. Aut parati ex Cumini p. ij. Sem.Rutæ, Agni caſti,ana ℥ j craſſiuſcule conquaſſata alternatim apponantur.

Emplaſtrum Leonis,in intemperie calida Splenis præſtans:

Excavetur Radix Cyclaminis, ac impleatur oleo de capparibus. Coquatur ad olei conſumptionem. Iterum,vt prius repleatur, & coquatur ad medietatis olei conſumptionem, & poſtea coletur cum expreſſione, vtaturque vel ſolo, vel addendo ei

Gummi Ammo.& mucilagines, quibus vtimur in aliis Emplaſtris.

Pilulæ optimæ, Montani, in intemperie frigida Lienis, & Ventriculi imbecillitate.

℞ Succi Ceterach, Chamedryos, polypodii recentis, ana ℥. j. Exiccentur in vmbra ſ. a. Deinde ℞ Agarici electiſs. Rhabarbari electi, Aloes Epat. ana ℥. iij. Zinzib. Cinamomi, Caryophyllor. ana ʒ.j. Salis gemmæ ℈j. Miſce, & cum Melle roſaceo fiat Magdaleon, de quo fiant Pilulæ per ʒ.j. tres, ſumendæ ter in Menſe, hora ante cœnam. Corpore perpurgato optimè, vere & Autumno.

Mithobii, ad dolorem Splenis: Bibat decoctum Allii, Rutæ, Raphani, Abſynthii, Betonicæ, Linguæ cervi. In calidioribus, ſecetur vena ſiniſtræ manus, apud auricularem. ℞ Aq. Boraginis, Bugloſſæ, Linguæ Cervinæ, Caſſutæ, ana lib. ß. Syrupi de Thymo ℥. ij. Manè & Veſperi bibat. Purgetur cum ℥.j. tabularum Diaſena. Item ℞ Emplaſt. de Meliloto ℥. iiij. applicetur in Corio. ℞ Saccharum Boraginis, Bugloſſæ, ana ℥. ij. Sp. Diatamaron, Diacurcumæ, ana ʒ.*j*. fiat canditum cum Aqua Meliſſæ, aut f. Rotulæ.

Spleni calidiori fiat Epithema ex aqua Roſacea cum dimidia parte Aceti Roſar. *Purgetur cum* ℥. vj. *Harnach*, & Aqua Capni.

Inunctio Arculani, quam gnaviter commendabat:

℞ Olei de Cappparibus ℥. vj. Pingued. Anatis, Medullæ vituli, Ammoniaci aceto ſoluti, ana ℥. *ij*. Aceti parum, Ceræ q. ſ. Item Emplaſtrum de fermento. Meſues. Vel ſolum Ammoniacum diluatur oleo Cappar & Nardino.

Vinum Spleneticum, pro mitiganda Melancholia, præparatum pro Principe in Hennenberg. *Georgio Erneſto*: 1573.

℞ Scobis Ligni Guaiaci lib. j. Polypodii recentis ℥. j. ß. Milii Solis ℥. j. Liquiritiæ recentis ℥. j. Cinamomi ſelecti, Aniſorum, ana ℥. *ij*. Corticum Tamaricis, Fraxini, rad. Capparum, ana ℥. vj. Santali rub. & albi, ana ℥. iiij. Sacchari albi & ſicci ℥. iij. vel iiij. Inciſis incidendis omnia miſceantur, & affundantur vini calentis cantharos 4. vel vj. Doſis, hauſtus ante cibum horis *ij*.

Eraſtus: In Melancholia, præſertim Splenetica, purgandi ſunt frequenter, idque medicamentis gratis & ſuavibus, quale eſt cotoneatum, deſcriptum Cap. de Melancholia, & Electuarium Caryophyllatum, cuius deſcriptio hæc eſt. ℞ Sem. Carthami excort. ℥. j. Rad. Borraginis, Glycirrhizæ, ana ℥. iij. rad. Capparum ℥. j. ß. Prunorum Damaſc. dul. caricar. ping. ana num. vj. Succi pomorum dulcium purificati q. ſ. Bulliant ſ. a. ad caſum dimidii. Coletur cum expreſſione, & adde Myrobal. Citrinorũ, Indorũ, Chebulorum, ana ℥. j. ß. Polypodii quercini ℥. vj. Agarici trochiſc. ℥. j. ß.

Zin-

Zinziberis ℥. ß. Senæ Alexand. ℥.iiij. Bulliant ad tertias, & leviter exprimendo colentur. In expreſſo ſolvantur caſſiæ extractæ, Mannæ Calabr. ana ℥. iij. ſyr. violati, ſyr. Caryophyllati, ana ℥. j.ß. Bulliant ad formam Electuarii; & addantur pul. Senæ præparatæ ℈ij. ß. Conſer. Borraginis, violarum, ana ℥ iij. Miſceantur probè ſ. a. pro Electuario. Cuius ℞ ℥.ij. Zinzib. conditi, ℨ.iij. Conſer.flor. Bethonicæ ℨ. ij.ß. pul.Turpeti opt. pul. ſenæ Alexand. ana ℈j. ſyr.florum pruni ſyl. comp. ſyr.Roſarum comp.q. ſ. olei Caryophyllor.℈ſ.Miſce.

Syrupus Caryophyllatus: ℞ Vini opt. Aquar. Roſarum, Pœoniæ, Betonicæ, ana ℥. ij. Caryophyllor. Electi ℥. j. Rhabarbari, Turpeti, ana ℈ij. Tartari ℨ.ß. ſacchari albiſſimi ℥.ij. Coquantur ſ. a. ad ſpiſſitudinem ſyrupi.

Foveatur diu Lien, & inungatur: ℞ Fol.Rutæ ſiccæ, Hyſſopi, Pulegii, Betonicæ, Chamedryos, Centaurii min.ana M.ij.ſem.Rutæ, Aniſi, fœniculi, Dauci, Carui, Agni caſti, Naſturtii, fœnu græci, ana ℨ.vj. Baccar. Iuniperi, Lauri, Cort. Tamaricis, Fraxini, ana ℥.ß.Rad.Eringii, Imperatoriæ, Ariſtol.longæ, ana ℥.j.Inciſa miſceantur pro duobus ſacculis (Coquantur Aceto & aqua.)

℞ *Olei de Capparibus, Scorpionum,* Rutacei, ana ℥. ß. Olei Lumbricorum, Nardini, ana ℨ.iij.pingued. vulpis, Taxi, Vrſi, Cati ſyl.ana ℨ.ij.Mucilag.rad. filicis ℥.j. ß. Aceti acerrimi ℥.ß.Bulliant in diplomate ad Caſum aceti & mucilaginis.

Victus ſit minimè Melancholicus, cibi Evchymi, potiones Chalybeatæ. Corpore bis expurgato, ſecetur vena externa Lienis, quæ in quibuſdam nigricans in ſiniſtro Hypochondrio conſpicitur, aut affigantur ibi Cucurbitulæ. Poſtea procedatur fovendo, inungendo, & per vices evacuando.

Vinum abſynthites pro ventriculo & ſplene imbecilli præſtantiſſimum.

℞ Abſynth. Carduib. Agrimoniæ, homionitidis, ligni tamariſci ana M.j. cort.fraxin M. ß. vini opt. amphor. dimid. reſervetur ad vſum.

ALVI FLVXIONES.

Proceſſus Bellocati, in Lienteria:

Si ſit à cauſa calida, humores peccantes debent educi primum, antequam ſiſtatur fluxio, cum adſtringentibus. Si in concavo ventriculo ſint, cum Caſſiæ ℥.j. & ℥.j. Myrobalanor. Aut cum ſero Caprino cum Melle Roſar. Vel cum Hiera. Si imbibiti fuerint, cum ℨ.j.ß. vel ij. Ieræ ſimp. cum ſyrup. Roſar. recenti, vel melle Roſar. pro vt placuerit.

Si ad-

Si adſit ſuſpicio Vlceris: ℞ ℥ij. Succi plantaginis, detur cum ſaccharo, vel Rob de Granatis, vel ſucco granatorum Victus ratio ſit adſtrictoria. Exterius: ℞ Acinorum punici, Vvæ, ana ℥ iij. Carnis Citoneor. ℥ iiij. panis cruſtæ torrefactæ, ℥ vj. Sandalorum ℥ ij. Pul. Maſticis ʒ j.ß. folior. Plantaginis M. ij. Succi Omphacii, aut ſimilis alicuius q. ſ. bulliant pro Emplaſtro, quod frigidum apponatur, & frigidum ſervetur.

Item ℞ Olei Roſ. Omphacini ℥ vj. Myrtini ℥ ij. Succi Omphacii, ℥ iij. Sem. Punicor. uvæ, Rhu, ana ℥j. bulliant ad caſum Succorum, & exprimantur pro Inunctione aut Epithemate. Vtatur Saccharo Roſato antiquo, cum Aqua Plantaginis aut Roſacea.

Vlcus conſolidabis ſic: ℞ Sacchari Roſati antiqui ℥ j. Boli Armeni opt. ʒ j. aut terræ Lemniæ ʒ j. Miſce, & detur per horas iij. ante cibum. Si materia biloſa & acris aliunde affluat, membro mãdanti inprimis eſt conſulendum, vt materiam ad alias partes avertendo, ceu per diuretica frigida. Si id non ſatisfaciat evacuetur cum Cholagogis adſtringentibus leviter, vt ℞ Pulpæ Tamarind. ʒ vj. Rhabarbari electi pulveriſati, ʒ j.ß. miſce, & fiat bolus. Aut ℞ ℥ vj. decocti Myrobalanorum in Aqua convenienti, cum Melle Roſarum. Deinde refrigerantibus antea dictis vtendum eſt.

Si non adfuerint ſigna caliditatis vel vlceris, ſed frigiditatis ſeu materię pituitoſæ, debilitantis facultatem contentricem, ea cum cibis & medicamentis ſiccantibus & abſtergentibus eſt auferenda; vt ſunt: Salſamenta, caules, condimenta ex Allio, cœpa, ſinapi, & ſimilibus. Si materia ſit multa, vt per illa nequeat evacuari, materia abſterſa per vomitum reiicienda eſt, vt cum Aqua Raphani cum Oxymelite, decocto Raphani, Anethi, & ſimilibus. Si verò & hæc non ſuffecerint, dandum eſt medicamentum ex Aloe, vt ℞ Ieræ ʒ ij. aut ij. aut Ieræ cum Colocynth. in Electuario ʒ iiij. Veſcantur aliquando Salſamentis, muſtarda vulgo dicta, & ſimilibus, quæ potius ratione appetitus, quam nutrimenti, aſſumenda ſunt.

In Cœliaca paſſione magis inteſtinis eſt proſpiciendum, quam in Lienteria ventriculo. Inprimis verò frequenter ſolet eſſe Epar in cauſa, ob frigidam intemperiem non attrahens chylum. Vtendum ergò erit calorificis, admiſtis tamen adſtrictoriis, vt roboretur Epar & inteſtinæ, vt in fluxu Epatico dicetur.

At ſi non adſint ſigna imbecillitatis Epatis, Inteſtina cum calorificis & adſtringentibus ſunt reducenda ad ſanitatem, vt ℞ Diacalamenti ʒ. j. pul. alicuius adſtrictorii ʒ. ß. cum ſyr. de Mentha, de Abſinthio, & ſimilibus fiant Pilulæ vel Electuarium. Optima autem eſt noſtra Muſtarda.

In Diarrhæa, procedatur vt in Lienteria, ſemper habita ratione cauſæ, præcipuè calidæ, ea enim cibos corrumpit. Sin materiæ corruptæ

ptæ motu Critico ſic expellantur, adſintque ſigna bonæ criſis, fluxus eſt permittendus, quo ad vires ferant. Vt & faciendum in fluxu ſymptomatico, ne materiæ retentæ putreſcant. Si materiæ acredo inteſtinis noceret, ea ſunt munienda ſeu obducenda cum vnctuoſis, materia prius abſterſa, ſi adhæſerit. cum Melle Roſar. aut cum ſyrupo roſaceo. Poſtea iniiciantur decocta ſymphiti, pedum caſtrati cum ovo. Ceſſante mordicatione, adſtringentibus vtendum.

Si vires concidant, fluxus eſt compeſcendus, ne æger pereat. Vt ℞ Boli Armenę ʒ. ij. Thuris ʒ j. Gummi Arab. ʒ j. ß. ſem. Acetoſæ, Plantaginis, ana ℈ j. flor. labruſcæ ʒ j. ſem. Myrti ʒ j. Tritis optime terendis cum Gummi illo fiant Pilulæ & dentur ad ʒ j. aut ij. hæ ſunt ſimiles trochiſcis de ſpodio. Aut ℞ Rad. Conſol. M. j. fol. Plantag. M. ij. Roſar. rub. ſiccarũ M. ij. vel j. Carnis Cidoniot. ℥ iij. aut prunulorum illor. agreſt. aut pyror. adſtringent. Fiat ex his decoctum cũ Aqua Chalybeata, cuius dentur ℥ iij. aut iiij. cum ſyrup. Myrtini & de roſis ſiccis, ana ℥ j.

Exterius foveatur venter cum decocto adſtringentium in vino auſtero, & inungatur oleis adſtringentibus (vt & Anus) Cibaria condiantur cum Vva acerba, cum granis Rhu, Vva criſpina, & ſimilibus. Bibant Aquam Chalybeatam aut ferream ex Thermis, & ſi vires eam non ferant, Vinum, ſed pauciferum & adſtringens.

Et ſic procedatur in Diarrhæa, quæ fit à toto vel pluribus membris, vel ab Epate tranſmittente vicioſos humores. Si fiat vitio ventriculi, procedatur vt dictum eſt in lienteria ex materia birioſa.

In Dyſenteria attentendum eſt vlceri facto & cauſæ vlcus foventis, vt ℞ Fol. cichorii M. j. rad. ſymphiti M. ß. ſem. Melonum, citrulli, cucurbitæ, ana ℥ j. ſem. Plantag. ℥ ß. aut folior. M. j. fiat decoctio in ſuffi. q. Aquæ, ad tertias. Cuius ℞ ℥ iiij. ſyrupi Roſati recentis, aut de Roſis ſiccis, ſyr. Myrtini, ana ʒ vj. miſceantur pro ſyrupo, ac mane & Veſperi propinetur. Epar enim refrigerat, materiam ad vrinam divertit, nec non vlceri prodeſt, provocabit & ſudorem, ſi addatur aliquid Radicis Petroſelini.

Si hoc non ſuffecerit, ob copiam materiæ, evacuabimus per ſectionem Venæ, ſtante virtute, vt Epar refrigeretur, & fiat retractio à loco affecto. Similiter dabimus Pharmacum, ſed ſimul adſtringens, vt ʒ j. Rhabarbari infundatur inciſa in Aqua Plantaginis, vel alterius, vel in decocto, (detur cum ℥ ij. ſyr. de roſis ſiccis aut Roſis recent.) Aut detur ʒ j. in Pulacre. Aut ℞ Myrobalanor. cit. ʒ. iij. Infundantur vt prius, & bulliant. Fiant & diverſiones per vomitum, aut per lotium aut ſudorem, quod melius eſt, cũ frictionibus ſc. & diureticis frigidis, vt dictum. Interea & vlceri proſpiciamus, nec non dolori, infundendo per Anum conſolidantia, & dolorem mitigantia vt: ℞ Rad. ſymphyti, Portulacæ, Equiſeti

Plantaginis, ana M.j. Pedes & caput Caſtrati, fiat decoctum in Aquæ lib. xx. pro aliquot vicibus. Cuius ℞ lib.j. ſevi Hircini loti ℥.j. Boli Armeni ʒ.j. Mellis Roſar. ℥.j. Si abſterſione opus ſit, Pompholygis ʒ. j. cum vitello & albo ovi, fiat Clyſter. Aut fiat Clyſter ex lacte Chalybeato, integro, cum ovi luteo & albo. *Per os etiam lac id convenit*, vt & fercula ex Chondro, oryza, rad. Symphiti, pro Ruſticis. Item ſacchari Roſa ℥.ß. cum ʒ.ß. Boli Armeni, cum ſanguiſorba. Vel ℞ Rad. ſymphiti, ſub cineribus decoctarum ℥.ij. ſacchari Roſ. ℥. iiij. Boli Armeni ℥.ß. Pul. Corallor. ʒ. j. ſem. Plantag. Portulacæ, ana ʒ. j. ß. ſem. Citonior. ʒ. iij. Contuſis contundendis fiat Electuarium, cum ſyr. de Roſis ſiccis. Detur bis in die, per hor. ij. ante cibum ad ℥.ß.

Ob vehementiam doloris & vigilias, aliquando confugere oportet ad Opiata, vt dando Philonii ℈ij. aut iij. per os, aut ʒ.j.ß. in Clyſteriis dictis, vel ʒ.ij. ex lacte. Expertus ego ſum, ſolum potum aquarum ferrearum ſponte naſcentium, ſanaſſe innumeros. Bibant ad Cyathos iij. aut iiij. ad ℥.vj. aut IX. pro natura ægri. Bibant eam & in Menſa, & alias, cum ſitiunt, corpore prius bene evacuato. Poſſumus & exterius aliqua moliri, ratione & cauſæ & morbi, vt ſi applicentur Epithemata, ſtillicidia, inunctiones, & ſimilia ex infrigidantibus, vt eſt: Epithema ex ſantalis, vnguentum Santalinum, infrigidans Galeni, Roſatum.

Vtimur & ad tormina ac cruciatus omento hædi vel ſuis, calefacto in ſartagine cum oleo aliquo adſtringente.

Aliquando vtimur fomentis dolorem ſedantibus, Item inunctione cum pinguedine Anſeris.

Aliquando Teneſmus coniungitur Dyſenteriæ, cuius tamen & aliæ dentur cauſæ, penes quas & cura debet inſtitui.

Si ſit ex flatibus, fiat tale Clyſtere: ℞ Sem. Cymini, Aniſi, fœniculi, Carui, ana ℥.j. Comæ Anethi, Camomeli, ana M. j. Bulliant in ſ.q. vini Aromatici ad ſ. Decocti ℞ ℥.viij. vel vj. & fiat Clyſtere.

Aut ℞ Specier. Ieræ, Diacymini, ana ℈j. Mellis q.ſ. fiat ſuppoſitorium longum.

Si ſit ratione vlceris, vtendum erit ſiccantibus ſine morſu, vt: Bolo Armenſo, ceruſſa, Tutia, Lithargirio. ℞ Cornu Cervi vſti. præparati, Agrimoniæ, ſcabioſæ. Boli Armeni, ana ʒ. ij. vel iij, Pulvis iſte iniiciatur vel imponatur. Aut fiat decoctum ex Agrimonia & ſcabioſa, ac miſtis pulveribus illis, fiat Enema. Vlcus ſordidum optime abſtergit Oxymel ſquilliticũ. Si verò non adſit ſordities, & cruor excernatur, vt materia acris temperetur ac reprimatur, fiat ſuffumigium ex ramentis caſei non ſaliti, aut ex caulibus, Malvis, Rad. Altheæ, ſimul decocti, in materia ſ. acri. Si enim ſit mucoſa, magis convenit, quod fit ex ſcobe Caſei, Item æger inſideat tabulæ factæ ex Nuce Arbore, inunctæ ſevo hircino & calefactæ.

Laudatur & fotus circa plantas pedum,

pedum,ex Aceto acerrimo,cui incoquantur pul.cupreſſi, Cortices granatorũ&c.Spongia intincta alligetur Plantis.Optimum eſt,ſi ſæpe iniiciatur ℥.iij.vel iiij.aquarum Thermalium Sulphurearum,niſi adſit magni caloris ſenſus, tunc enim potius conveniunt ferreæ vel Chalybeatę. Prodeſt mirifice & Lac iniectum,nec non albumen ovi.

Epithema pro Epate: ℞ Solani hortenſis, ſempervivi,ana M.j. Lactucæ M.ij.Contuſa cum farina hordei redigantur in Epithematis formam, cum modico aceti. Si ſit ex duritie fæcum,aut ex inflammatione, recurratur ad propria capita.

In fluxu Epatico:Ex quacunque ſit intemperie,ſemper intemperiei Epatis eſt conſulendum cum contrariis, miſtis ſemper iis, quæ à proprietate ſubſtantiæ Epar reſpiciunt.

Si à frigida fuerit intemperie: ℞ Specier. Aromatici.Roſati ℨ.ij.Trochiſc. de Rhabarb. ℨ.j. de Eupatorio, ℨ.j. Carnis paſſularum ℨ. iij. Squinanthi ℨ ij.Nardi ℨ. j.Ligni Aloes ℨ.j. cum ſyr.de Abſinthio q.ſ.fiat Electuariũ. Aut fiant Trochiſci ex pul.ſcordei ℨ. j.cum ℈ß.Rhabarbari.Galenus commendat Cyphoides Medicamentum.

Exterius fiant Epithemata, ex Aromatibus dictis,tritis optime,& miſtis cum ſucco Mentæ,aut vino odorifero.Inunctiones fiant ex oleo Abſynthino,de Spica,Nardino, maſticino.

Emplaſtrum: ℞ Carnium paſſularũ,Dactylorum,ana ℨ.vj.Panis triti, tantundem,Macis, Caryophyllorum Spicæ,Zedoariæ,Galangæ, Ligni Aloes,ana ℨ.j. ß. Sem. Aniſi,fœniculi, Ammi,ana ℥j.Trita bulliant in vino Aromatico & quarta parte Aceti,ad formam Emplaſtri, addendo Terebintinæ ℥.ij.

Fomentum: ℞ Folior.Lauri,Baccar. Iuniperi,ana M. ij. Menthæ, Anethi, Abſynthii ana M.j.Sem.Aniſi, fœniculi,Carui, ana ℥,ij. Vini Aromatici parum auſteri lib.xx. Aceti lib.j.& bulliant ad caſum part.tertię, & cum ſpongia vel filtro fomentetur locus.Poſſunt etiam fieri Pilul. Electuaria, Pulveres, ex iis quæ Epati ſunt familiaria,vt ſunt: Paſſulæ, Iecur lupi,Abſynthium, Eupatorium, Cochleæ &c.quæ conveniunt in omnibus Intemperaturis. Præ omnibus verò aliis, potus Thermarum Sulphurearum ſæpiſſime talem fluxum etiam deſperatum & Annuum, curavit.

Si ob calidam fuerit Intemperiem Epatis:℞ Succi Cichorei lib. ij. depuretur ſ.a. & reſideat, quod clarum eſt,accipe, addendo carnes paſſularũ cribratarũ, fiatque per decoctionem Syrupus, qui debet dilui cum decocto vel Aqua ſeridis, Endiviæ,&c.

Laudantur & Succi ſiccati, ſeridis,Eupatorii,Filicis,ſi ℨ.j.detur in Pilulis aut decocto, ante cibum per hor.iiij.Item ℨ.j.Epatis lupini vel cochlearum vſtarum, cum ſuccis prædictis.

Exterius: ℞ Sandalor.omnium ana ℨ.j.Succi ſeridis q.ſ.fiat Linimentum liquidum,pro Epate. Aut fiat decoctum ex ſantalis,Roſis ſucco ſeridis,

& modico Aceti, ac cum petiis apponatur. Valet & vnguentum Sandalinum. Conveniunt inprimis Aquæ Ferreæ, parum Aluminoſæ, vt ſi in lib.xxx. Aquæ Chalybeatæ imponatur ℥.j. Aluminis. Vltimo laudantur Trochiſci adſtringentes & refrigerantes, vt de Berb. Roſ. Saccharum Roſaceum cum Ligno Aloes. & ſandalis, ac Spica. ℞ Pulpæ paſſular. cribratar. ℥.iiij. Pulpæ Cydonior. ʒ.ij. Santal. Ligni Aloes, ana ʒ. j. ſucci ſeridis ſiccati ʒ.ij. Miſce pro Electuario, cuius detur ℥.ß. quotidie bis ante cibum per horas ij.

Aliquando infundimus Clyſteria, ne inteſtina ex longo tranſitu bilis lædantur. Ex decocto hordei, ſimphiti & pingui caprino, alternis ſc. diebus. Vltimò laudatur ſuccus Plantaginis depuratus, ſi ℥.ij. aut iij, dentur in decocto Paſſularum. Aut detur ʒ.j. pulveris ipſius cum eo decocto. Comedant Ptiſanam, panem lotum cum paſſulis contuſis, coctum in iure pulli. Fercula ex paſſulis, Acetaria Cichoreacea, cum modico Aceti paſſulati. Bibant Aquam Chalybeatam aut paſſulatam. Vinum non, niſi adſtringens ac pauciferum, ſi abſtinere non poſſit æger.

Si fluxus non fit ex Viſceris huius imbecillitate, ſed oppilatione, cum aperientibus eſt procedendum, vt cum ſyr. de Cichorea cum Rhabarbaro, decocto Chamædryos, Chamephyth. &c. Fiant frictiones, vt materia evocetur. *Pro obſtructionibus aperiendis &* Viſceris roboratione, aliquando vtendum eſt Rhabarbaro. Vtimur & Cochiis ad ʒ.j. aut minus, nec non Agarico trochiſcato, Item Alephanginis cum ℈ß. trochis. Alhandal. ſeu de Colocynthide. Veſcatur æger Salſamentis, Conditis, cum Aromatibus. Laudatur & Diaſinapi noſtrum. Laudantur & flores Roriſmarini. Vinum bibant tenuium partium, & odorum. Sic ergò obſervatis obſervandis, in omni fluxu eſt procedendum.

Iacchinus: Paro inſeſſum ex teneris germinibus quercus, baccis Cupreſſi recent. Nucibus pineis viridibus, vel Pini foliis & Cortice. *Secretum eſt maximum ad Pueros.*

ÆGRITVDINES INTESTINORVM.

Pulvis ad Dyſenteriam præſtans.

℞ Spongiam novam, quæ in olla comburatur, & deinde pulverizetur ſubtiliter. Pulvis hîc bis aut ter detur in die, in vino adſtringenti, eſt enim valde exiccativus, & reſtringit das Gliedwaſſer.

Laudatur cinis ſuberis cum Plantaginis ſucco.

Secre-

Secretum in dyſſenteria, D. Friderici à **Fürſtenberg:**

Moſchus invent⁹ infra oculos cervi, infra angulos lachrymales, circa duas feſtivitates B. Mariæ. Recipiatur de eo quantitas unius fabæ, & potetur in vino rubeo. Dicunt nunquam fefelliſſe.

Aliud: ℞ Corticem ſuperiorem **eines Leib-Brods/der wol gebacken iſt/ ſolchen/ſo er ſchier gebacken iſt/waſche ab mit einem Waſſer / vnnd laß jhn darnach beſſer backen/Eichen Miſtel/** quantum poteris tenere tribus digitis, p.j. Coque in vino rubro, & da ægro actu calidum ieiuno ſtomacho, ſtringit enim dyſenteriam certiſſimè. Argillæ olibani rudera in aqua cocta, & colata.

Clyſtere ex lixivio cineris ficus aut glandium, valet in ulceribus malis inteſtinorum.

Aliud: Traganthum diſſolvatur in aqua pluviali, in qua pullus decoquatur, quem patiens comedat, aqua verò clyſterizetur. Idem facit traganthum diſſolutum in aqua plantaginis.

Electuarium in dyſenteria mirabile:

℞ Scoriæ ferri præparat. ℥.iiij. ſtercoris canis albi loti cum aqua plantaginis, ʒ.ij. ſuccini, cornu cervi uſti, ſem. roſar. papaveris utriusque, nenupharis, plantaginis, myrtillor. ſumach, ana ʒ. ij. Corticum mandrag. ℈. iiij. boli armenę Orient. ʒ.ij. Corall. rub. trium ſantal. Margarit. frag. omnium, ana ʒ.ß. Granor. tinctor. ʒ.j.ß. Rad. tormentillę, ſaniculæ albæ ana ʒ. ij. oſſis crurum bovis combuſti ℈.ij. diacydonii, ſine ſpeciebus, de ſach. elect. de cornib. ana ℥.iiij. ſacchari roſat. antiqui ℥.ij. cum ſyr. myrtino fiat electuarium.

Pilulæ, ſtatim ſubvenientes in dyſenteria:

℞ Croci ʒ. ij. Myrrhæ ʒ. j. Ligni aloës, hypocyſtides, licii, ſucci eupatorii, gallarum, opii, piperis albi, traganthi, ana ʒ. ß. Miſce, & conficiantur cum vino nigro. Doſis eſt ʒ. ß. provice, per horam ante cibum.

Electuarium optimum, pro confortatione epatis, in fluxu epatico:

℞ Sem. fœniculi ʒ.j. baccæ ablutæ, tantundem. Semen endiviæ, cinamomi, ana ʒ.ij. Fiſticor. paſſular. ana ʒ. ß. Xyloaloës, calami aromatici, ana ʒ. j. Spicæ ʒ. ß. Roſarum rubrarum ſandal. rubr. ana ʒ. ß. Spodii ℈.j. Caſſiæ ligneæ ʒ. ß. Rhabar. ʒ.j. Epatis lupi, rhapontici, ana ℈.ij. Sacchari diſſoluti cum aqua endiviæ q. ſ. & fiat electuarium, pro confortatione Epatis.

Expertum, Lucæ Chini, Herbarii Piſani, in Dyſenteria:

Quod quidem præter clyſtere ex ſucco plantaginis, & ſemina eiusdem

in brodio exhibita ordinat: ℞ Picis græcæ, thuris ana ℥.ij. Farinæ volatilis ℥.j. Corticum nucis pineæ, ℥.iij. contundantur groſſo modo ad ſuffumigium.

N. Stercus canis oſſa ſola vorantis, cum lacte chalybeato. Folia roſæ in aqua cocta & pota. Item butyrum majale non ſalitum ſępius comeſtum.

Pulvis præſtans, ad dyſenteriam, D. Magii, Bononienſis:

℞ Cochlearum p.iiij. Gallarum 12. piperis p.j. combuſtis cochleis fiat pulvis, qui cum cibo vel aqua quercus aut equiſeti bibatur.

Item lapis ſpecularis, h.e. alumen ſcariolæ, ad magnitudinem avellanæ potus in vino. Item aqua ſublimationis à palma Chriſti odorata.

NB. Super tegula ignita nova, coquantur duo lutea ovi, cum nuce moſc. pro placentula.

Elidæi, ad fluxum ventris: ℞ Mithridati ℈.iiij. Corallorum rubror. cum aqua roſarum ablutor. ℥.j. Semen roſarum ℥.ß. Maſticis ℈.iiij. Diſſolve cum mivæ citonior. ℥.j.ß. Aquæ plantag. ℥.ij. Vini optimi ℥.ij. Cinamomi, caryophyllor. ana ℈.j. Miſce, & detur in aurora.

N. Aqua quercus bibita. Tuetur replet⁹ cera nova, myrtho & ſumach, aſſatus. Semen naſturtij uſtum, cum maſtice & miva cydonioru͂ ſimp. oſſa myrobalanorum uſtorum, cum bolo armeno. Carabe, cum mucilagine traganthi, & gummi arabici, facta in aqua plantaginis.

In fluxu ventris, cum phthiſi & tuſſi:

℞ Gummi arab. ſpodii, boli armeni, ſem. myrti, ana ℥.j. fiat pulvis, & detur cum ſyrupo de papavere.

Dolorem ſedant: Furfur cum parietaria, aſperſo aceto. Cum aceto & aqua parietaria decocta in oleo camomil. cum croco.

Panes Dyſenteriaci: ℞ Farinæ triticeę ſubtiliſſ. ℥.vj. Nuc. moſc. ſubtiliter inciſar. num. v. cum albumine ovi fiat paſta, ex qua formentur morſelli, qui in furno leviter decoquantur, ut panes.

NB. Pulvis radicum malvæ, vel althææ, aut herbæ ſanicul. detur cum vino rubro, fodiantur intra duo feſta S.M.

Pro pueris: Succus myrtillorum noſtratium, conſerva roſarum cum reliquis Rhabarbari infuſi, vel carnis cydoniorum coctorum & expreſſorum, cum ſucco eorundem.

℞ Hordei torrefacti M.j. coquatur in aqua, cuius ℞ cantharos ij. Sacchari roſ. antiqui ℥.iiij. Bulliant ſimul, & colato adde ℥.vj. Julepi roſ. Poteſt & gummi Arab. addi.

Electuarium efficaciſſimum ad dyſenteriam:

℞ Rhabarbari uſti ℥.ij. Baccarum myrti, amidi, conſol. maior. ana ℥.j. ℈.ij. Cinamomi optimi ℥.ij. Sumach, Berberis, Boli Armeni, Gummi arab. Acaciæ, Hypociſtidis, ana ℥ j. Corallor. albor. & rub. Lap. Hæmat. Santali utrius-

utriusque ana ℈.j. Maſticis, Thuris, Traganthi, Succi Liquiritiæ, Capitum Papa. Arthemiſiæ, Semen Plantaginis minoris ana ʒ.ß. Citoniorum, Balauſtiorum vel Granatorum, ana ʒ.ß. Coſti, Styracis calamit. Polii, folior. Lauri, Caryophyllor. Sang. Draconis opt. Zinzib. Galangæ, ana ℈.j.ß. Rorismarini ʒ.j. Aniſi ʒ.ß. Mellis optimi, vel Sacchari q.ſ. & fiat Electuarium.

NB. Quidam Medicus feliciter propinabat manè & veſperi ʒ.j.ß. Panis toſti cum vino rubro.

Ex Montano:

In principio dyſenteriæ inviſcentur inteſtina per os & per Clyſteres. Per os accipiat Tragacanthum in omnibus ferculis. (Quantum eſt nux pontica quotidiè diſſolvatur roſacea, de qua ponatur in ferculis) Clyſtere cum ſævo hirci. Talia enim obtundunt acrimoniam humorum. Adſtringentia exaſperant & dolorem augent. Deinde derivetur materia ad urinam cum Syrupis & ferculis.

Si poſt longam ægritudinem viſcera remanent imbecillia, ℞ Carnes dactylorum, paſſularum, & cotoneorum coctorum malvatico, adde oleum de Abſynthio & Amigdal. dulc. cum mica panis aſſati, omnibus contuſis fiat emplaſtrum, quod in ſubtili linteo ſacculo membris naturalibus applicetur calefactum, corroborat hoc enim mirabiliter.

Si procedat excoriatio, inviſcanda inteſtina cum Clyſteri hoc: ℞ ℥.ij. ſevi hircini, olei roſati ompha. ℥.j. Diluantur in ℔.iij. Aquæ ferratæ, vel chalybeata fabrorum, ac aliquoties bulliant ad caſum ℔.j. Veſperi ante cœnam iniiciatur. Emplaſt. Diaphenicon. pro ventre.

Manè autem fiat abſterſivum ex decocto M.ij. hordei non depilati, & part. iij. furfurum, bulliant in brodio, adde ſacchari albi ℥.ij. & vitellum ovi j. Miſceantur. In ſuis cibis decoque pedes vitulorum & Traganthum. Fiant & tabellæ ex Tragantho albo & Liquiritia, de quibus ſæpè comedat. Adſtringentibus non utendum, niſi copioſè fluat ſanguis, & vires deiiciat. Comedant Priſanam paratam, ut ibi docet. conſ. 159.

Aliud Clyſtere: In brodio coquatur pes vituli, ac addito tragātho, ſaccharo rubro, & ℥.j. ſevi hircini, fiat Clyſt. In cibis ſemper decoquatur pes vituli, & una radix Petroſelini.

Mitthobii: Bibat vinum rubr. decoctionis, muſcatæ, tormentillæ, canellæ & ſanguiſorbæ. Comedat de jecore ſuillo. Semen Plant. in cibis. Klein Samen cum aqua Plantaginis.

NB. ℞ Caricarum ℥.iij. Glycirrhicæ ℥.j. Aniſorum ʒ.j. Sem. plant. ℥.j. Macis ʒ.ij. Muſcatas ij. Tormentillæ ℥.ß. Inciſa coquantur in duobus cantharis aquæ, ad dimidium, de quo bibat.

Emplaſtrum ex ℥.iij. fermenti, pulmentæ ℥.iiij. roſ. ʒ.ij. aceti, aquæ plantag. ana ℥.ij. Miſceantur.

Mel cum domo ſua coquatur, cum ovi albo & luteo, in foco, zu einem Gebackes.

Medi-

Medicamentum excellens, ad omnem fluxum inteſtinorum & matricis immoderatum:

℞ Duas nuces moſcatas, & ſingulas ſeorſim impone in ein Wickel Wercks / vnd naß gemacht / aſſentur in cinerib⁹ calidis, ſo lang der Rauch von den Muſcaten reucht. Terantur in mortario, & adde duplum radicis tormentillæ tuſæ, nec non ℥. j. Maſticis pulveriſati. Doſis quotidiè ter quaterq; magnitudine avellanæ, cum ovo molliter coctо.

Hoc medicamento Marchio Caſimirus ſæpè liberatus à dyſenteria p Leonardum Reymann / & illo abſente, moritur in Ungaria.

Electuarium præſtans Ioannis Carionis, Aſtronomi:

℞ Conſer. Roſarum, quart. j. Diacitonei ß. quart. ß. Sang. Dracon. ℥. iij. Boli armenæ, terræ ſigillatæ, ana ℥. ij. Miſceantur. Doſis, mediæ juglandis, ter vel quater quotidiè.

Varignana: Infinitos ego curavi ſola purgatione cum myrobalanis & rhabarbar. torrefacto, nec Clyſteriis nec aliis egui.

℞ Mirobalanor. torrefactor. citr. ℥. ij. Chebulor. emblic. ana ℥. j. Spicæ, maci, ſmaſtiches, ſuqinanthi, caryophyllorum, ana ℥. ij. Myrtillor. ſem. lactucæ, endiviæ, uvæ, torrefactor. plantaginis, ana ℥. iij. Coquantur in aqua plantag. q. ſ. Colaturæ dentur ℥. vj. advi:. in qua diſſolvatur Rhabarbari torrefacti parum, à ℥. j. ad tres.

Experiment. utiliſſimum in omni dyſenteria & fluxu ventris:

℞ Corticis Granator. balauſtior. gallarum, cupreſſi, capular. gland. ana ℥. iij. Avellanar. uſtar. granorum uvæ, myrti, granat. ſemen roſar. rubr. acaciæ, ſumach, ana ℥. ij. Corallorum alborum, & rubrorum, maſticis, thuris, ſem. papa. albi. plantag. pſylii, amyli, magaritar. non perforat. ana ℥. j. ß. Santal. alb. & rub. ſpodii, ana ℥. j. Boli armenæ, ſang. draconis, ana ℥. j. ß. Zuchari q. ſ. Detur continuò ante cibum, cum potu aliquo communi, usque ad ℥. ß. Poteſt & diſſolvi pro Clyſtere.

Ad dyſenteriam depaſcentem: Quæ cognoſcitur ex ramentis ſanguine multo, dolore & putredine, nihil eſt melius ſucco cephi, aut decoctione foliorum in clyſtere.

Pulvis præſtans Grafenſteineri, in omni fluxu ventris & matricis:

℞ Sem. Plantag. ℥. ß. Tormentillæ, pimpinellæ, dictamni, boli armenæ, maſticis, ana ℥. ij. ß. Terræ ſig. roſ. rub. non maturarum, copular. gland. coriand. præparat. naſturtii aſſi, hypociſtidis, mumiæ, bdelli, olibani, charabe, ana ℥. j. ß. corticum citri & granator. cornu cervi uſti, ſpodii, ſem. citonior. ſem. pyror. corall. rub. & alb. hæmatitis, cryſtalli, balauſtii, acaciæ, ſang. draconis, ſem. acetoſæ, gummi arab. aſſi. gallar. combuſt. & in aceto extinctar. berberis, myrtillor. ſem. antheræ, ana ℈. ij. Aluminis, ſtercoris canis oſſa comedentis, ana ℥ ß. camphoræ ℈. j.

ræ ℈j.Specier. Diarrhod.Abbatis & Stomachici confortativi, ana ʒ. iij. Miſce & fiat Pulvis,cuius dentur ʒ.ij. cum aqua Plantaginis.

Pandectarius:Summum remedium in Dyſenteria & Hemoptoe,ſi bibatur,donec ceſſet fluxus, decoctum Burſæ paſtoris, cum Plantagine & Bolo Armeno, in aqua pluviali. Ex iiſdem etiam fiat cataplaſma cum albo ovi.

Pulvis optimus Altomari:

℞ Sem.Roſar.Oxaladis, plantaginis,portulacæ,ana ℈j. Corallor.rub. cornu cervi vſti, ana ʒ.j.Amyli, draganthi,ana ʒ.ß.Doſis ℈j.cum aliquo decocto convenienti, aut cũ ſaccharo, roſato,vel electuario ex cotoneis.

Galenus II.Simpl.

Fluxiones ventris deſiccat ovum aceto coctum,ſi edatur,præſertim ſi quippiam adiunxeris eorum,quæ aut Dyſenteriæ aut Cæliaco affectui cõveniunt, & in igne modico ac fumi experte frixeris.Talia ſunt: Omphacium,Rhus obſoniorum, Pulvis vel ſuccus Galla.Sidia. Cinis cochlearũ integrarum vſtarum, Acini Vvarum, Myrta,Meſpila,corna.

Valentiora ſunt:Balauſtinum, hypociſtis, Cytini &c.Eiuſdem generis ſunt:Milium ſolis contuſum cum acido lacte.Rhus obſoniorum Vino adſtringenti decocta,aut Galla, aut Cytimi. Item Stœbes decoctum Cortex corticis nuclei nucum tritus. Cornu Cervi vſtum, cum æquali portione Gallæ.Sem.Rumicis, cibis aſperſum.Pulvis cooperculi capitum Papaveris. Ventriculus Gallinarum tritus.Thus cum vino fabæ magnitudine.Pulvis Glandium. Fomentum ex Herba ſacra.Beta ex Aceto contuſa,ventri Emplaſtrata. Emplaſtrum ex ſiliquarum oſſibus contuſis.Cortices fabæ.Lenticulæ ſuccus, aut Oryzæ,Acacia,Sepiæ vſta teſta. Capilli vſti.

℞ Cineris Cochlearum cum teſtis vſtarum p.iiij.piperis part,j. Gallarum omph.p.ij.Levigata optime cibis inſpergantur,aut bibantur ex vino auſtero.

Secretum excellens cuiuſdam Hebræi ad fluxum Ventris & Dyſenteriam:

Pes bovis, demptis partibus venoſis(geädert)ſuſpendatur in furno, & exiccetur, decoctum illius bibat patiens.Vtatur vino nigro Chalybeato.Sæpius probatum feliciter. Montanus ſimiliter incoquit ferculis pedem vituli. Cera cocta in pomo cotoneo.Huic ſimile eſt,quo vtitur Comes Senior Hennenbergenſis, Radices Malvæ abraſæ comendantur,aut comedat Raſuram Priapi Cervini ſiccati, vel pulverem Rad.Malvæ, cum vino rubro.

NB. Permittatur fluxus per dies 8.pro Circumſtantiis, deinde coque ʒ.ß.Tormentillæ tritæ, cum ʒ.i.ß. Muſcatæ Nucis tritæ,cum Cantharo boni Vini Rhenani,vel ſimilis, ad caſum part. 3.Doſis,iij. Cochlearia, manè,Veſperi,& in meridie.

Elidæi in Initio Dyſenteriæ: ℞. Corticum Myrobalanor.citrinor.ʒ.ß, bulliãt in ſufficiẽti quãtitate aquæ Plãtaginis, ad cõſumptionem partis tertiæ. Colaturæ adde Rhabarbari electi ℈iiij.(aut pul. Corticum Myrobal.citrin.ʒ.j.) Syrupi Roſati roſarum ſiccarum ℥.j. fiat Potus. In proceſſu, vbi conſolidare & conſtringere opus fuerit, ℞ Michletæ, ℥. ß. Rhabarbari torrefacti ʒ.j.ß. cum ſucco Plantaginis q.ſ. fiat Potus. Deinde per triduum manè dentur ieiunis ℥.iij. ſucci plantaginis, & egregiè ſanat. Pro Rhabarbaro poſſumus ponere pul. Corticum Myrobalanor.citrin. vſtorum, ʒ.ij. ſem. plantag. ℈j.

Decoctum burſæ Paſtoris, Plantaginis & Boli armenę. In deſperatis fluxum ſiſtit appoſitio frequens linteaminum intinctorũ in aqua frigida.

In affluxu bilis, Elidæus pro muniendis inteſtinis facit Clyſtere ex lactis chalybeati ℥. 12. Sevi Hircini vel caprini recentis ℥.j. Olei Roſar. ℥. j. Simile Clyſtere parat Florenziola ex albuminibus ovorum viij. aut x. benè agitatis, calefactis in aqua tepida (ad ignem enim concreſcunt) addito Bolo armena prolibitu, & eſt optimũ.

Pulvis expertiſſimus, in omni fluxu Ventris:

℞ Nucis moſcatæ torrefactæ, ſem. Plantaginis, rad. Tormentillæ, ana q.v. Miſceantur, & fiat Pulvis ſubtiliſſimus.

Item ℞ Theriacæ electiſſ. ʒ. j. pul. Maſticis ʒ.ß. pro vice.

Pulvis præſtans, in fluxu ſanguineo:

℞ Trochiſc. de Carabe, ʒ.ij. Corallor. rub. Lap. Hæmatitis, ana ʒ.j. Cornu Cervi vſti, Mumiæ, ana ʒ.ij. Setæ combuſt. Santal. rub. ana ʒ.ij. Boli Armenæ præparatæ, Terræ ſigill. ſang. Draconis, Rad. Tormentillæ, Conſol. maior. Ranuncul. rub. rad. Millefolii, ana ℈ij. folior. Quercus, Virgæ Paſtoris, ſanguinariæ, ana ℈j. Nucis moſc. torrefactę, Macis torræfacti, ana ʒ. iij. Miſce, & fiat Pulvis ſubtilis.

Expertum: Liga patientem ſub Hypochondriis, forti ligatura, & ſubito per Anum fiat fumigatio cum Thure, proiecto ſuper carbones, & ſiſtetur ſtatim.

Conditum Luſitani optimum, quod ſanat diuturnam Lienteriam:

℞ Sacchari Roſati Neopolitani antiqui, Theriaces optimæ, ana ℥.iij. cum Miva Cotoneorum completa q.ſ. fiat Conditum, cuius ʒ. ß. ſingulis diebus ieiuno Stomacho capiat, nihil deſuper bibendo.

Pulvis Friſiomelicæ optimus ad Lienteriam:

℞ Granor. Myrti, ſumach, ana ʒ.ij. Cinamomi electiſſ. ana ℈j. Miſceantur, & fiat Pulvis.

NB. *Elidæus Bononienſis pueris exhibet* Pul. Rhabarbari torrefacti ℈j. cum vino nigro, ante cœnam.

Quidam referebat, ſororem ſuam libera-

beratam Hauſtu Cereviſiæ, in quo Stercus ſuillum calidum erat diſſolutum, cum omnia alia nihil profuiſſent.

Montanus: In cibo incoquantur ſem.ſumach.fœniculi, vel Cinamomi, ana ℥.j.contuſa groſſe. Venter foveatur decocto Cort. granatorum, Gallarum, Balauſtiorum, Roſarum, Abſynthii, foliorum Myrti, vino auſtero. Item poſtea foveatur venter linteo muricino intincto in vinum creticum, & inſperſo pulvere Maſtiches, Caryophyllorum, Roſarum & foliorum Labruſcæ, ana ℈j.

In Lienteria ex vlcere, tunc nihil eſt præſtantius ſequenti:

℞ Diacidonitis, aut ſucci Granatorum ℥.iij. Boli Armenæ præparatæ, ʒ.iij. Miſceantur probe, & ſumantur interius.

Inunctio, quæ ſiſtit Alvum & ventriculum roborat optimè.

℞ Ladani electi ℥. ß. Maſtiches puri ʒ.ij. Olei Abſynthii, ℥.j. Miſceantur probe, pro Inunctione.

VERMES.

Pulvis optimus, ad Vermes:

℞ Sem.Sancti, Cinamomi, ana ℥.ß. Dictamni ʒ. ij. Raſuræ Eboris, cornu cervi, ſem.citri, Coriandri, ana ʒ.j. Sem.Plantaginis ℈j. Rhabarbari ℈iiij. Agarici ʒ.j. Spicæ ℈ß. Diagridii ʒ.ß. Sacchari puriſs.lib. j. cum aqua Acetoſæ.

NB. Camphoræ gr. ij. ſoluta cum aliquot guttis Aquæ ardentis, dentur cum iij. Cochleariis Aquæ Tormentillæ vel Abſynthii.

Vnguentum Muſæ, ad vermes:

℞ Fellis Bovini ℥. vj. Chamedr. ſcordii, Abſynthii, Abrotani, Verbenæ, Gratiolæ, Centaur.min. Tunici, Rutæ, Marrubii, folior. Perſici, Chelidoniæ, ana M.iij. Hypericonis, Mẽtæ, Salviæ Rom. Calamenti, Pulegii, ana M.ß. Lupinorum, Aloes, Agarici, ana ℥.vj. Colocynthi.℥.j. Rad. Gentianæ, Dictamni albi, Ariſtol. longæ, Scyllæ, Allii, Hermodactyl. Elleborinigri, Filicis, ana ℥.j. Piſtentur omnia in mortario & incorporentur ſemper contundendo cum libris iij. Butyri recentis.

Poſtea reponantur in olla, in loco humido, per 15. aut 20. dies, & demum lẽto igne liquefiat butyrum, & per torcular exprimatur.

Cui adde olei Amygd. amar.lib.j. ſucci Abſynthii, Abrotani, Chamæd. Centaur.min.ana ℥.vj. ſucci calamenti, Carduibened. Tuneci, ana ℥.viij. fellis bovini ℥.x. Aceti fortiſſimi ℥.iiij. ſucci acetoſæ, ℥.vj. Ceræ novæ parũ, & fiat.ſ.a. vnguẽtũ, addẽ-

do in fine hæc ſequentia, in pul. ſubtiliſs. contrita: ℞ Nigellæ, Lupinorũ, Agarici, ana ℥. iij. Aloes Epatici ℥. j. Spicæ, Caryophyllor. ana ℈ ij. Miſceantur, & fiat vnguentum.

N. Scordii pulveriſati ʒj. pro adultis, ℈j. pro pueris. Similis vſus eſt & carolixe ſem. Zinæ.

Confectio mirabilis, in Rotulis:

℞ Sem. portulacæ ℥. ij. flor. prunellor. ſem. ſancti, ſem. Macedonici Alexandrini ; Tormentillæ, Dictamni Cretenſis, Cornu Cervi vſti, ana ʒj. ſcordei ʒß, Rhabarbari ℈j. vnicornu ℈ß. Fragmentor. omnium, ana ℈j. fiat ex his Pulvis ſubtiliſſimus, & cũ ℥. iij. ſacchari ſoluti in ſucco pomorũ Heſperidum, ſive Cotoneorum, ſive citerorum aut limonum, fiat confectio in Rotulis. Pulvis lumbricorum tereſt. ʒj. cum Iulep, ſapa, vel vino dulci

Bulliat ʒß. Salis, & tantundem Cornu cervi vſti, in aqua modica, pro hauſtu.

Oleum contra vermes infantum.

℞ Storacis liquidæ, picis liquidæ, Olei petrolei, Aſphalti, ana partes æquales. Bulliant ad ignem vnica ebullitione, poſtea tolle ab igne, cum quo inungatur pulſus ſub naribus, tempora, aſcellæ, os Stomachi, vmbilicus, pars colli à furcula vſque ad mandibulam inferiorem. Sem. Aquileiæ. Flores Agerati macerentur per noctem in vino bono, & manè de vino bibant, & hoc familiare eſt Gallicis matribus.

Expertum Leonis: ℞ Aloes, Theriacæ, ana ℥. j. Croci ℈j. Aceti parum miſce & in pomo arantio coquantur ſuper prunas. *Potus fiat ex aqua Graminis*, cum Rhabarb. Corallinæ, ana ℈j.

Ad vermes Puerorum valent:

Succus Abſynthii cum Pul. Petonicæ, vel centaureæ, vel Perſicariæ, vel Nucleor. perſicor. Item Ariſtolochia cum pauco de cornu cervi bibita, aut emplaſtrata ſuper vmbilicum. Item folia Perſici, ſuper Stomachum & vmbilicum emplaſtrata, ſive in pulvere bibita. Item Oleum ex nucleis ipſorum inunctum.

Aut ℞ Aloes lotæ ℈j. Corallinæ gr. iij. fiant Pilulæ iij. cum ſyrupo de cichorea cum Rhabarb. detur j. aut ij.

Potus ad vermes præſtantiſſ. Elidæj:

℞ Rhabarbari optimi, Corallinæ, ana ℈j. vel ʒß. pulveriſentur ſubtiliter & cum aqua Graminis q. ſ. fiat Potus, cui adde Iulep Roſati vel violati ℥. ß. & hoc eſt præſtantiſſimum.

Electuarium, pro Vermibus:

℞ Rhabarbari electi, Dictamni albi, ſem. ſancti, cornu cervi vſti, ana ℥. j. Croci ℥. ij. ſacchari q. ſ. & fiat Electuarium., vel confectio in Rotulis. Tineam Elleborus niger, cum aceto tritus & ſuperpoſitus educit.

Aliud: ℞ 4 cõſervar. Cordialiũ, Manus Chriſti perlat. ana ℥. ß. ſem. citri pul-

pulveriſati ʒ.ß.Pul. Cord. pro Cibo ʒ.j.cum ſyrupo de Acetoſitate Citri fiat Electuarium.

Cerotum pro Stomacho: ℞ Mithridatii ℥.j.Myrrhæ,Aloes, Croci,ana ʒ.j. Cum Cera, pice & oleo Amygd.amar.q.ſ.fiat Cerotũ.Liberat & à vermibus linimentum ex felle taurino, ad mellis ſpiſſitudinem. Item Emplaſt.vmbilici ex Albumine Ovi & Maſtice.

Vnguentum optimum, pro Stomacho, generante Vermes:

℞ Olei Abſynthii, Amygd.amar. Rutæ, ana ℥.ß.fellis taurini ʒ.j. farina Lupulor. Nigellæ, Coriandri præparati ana ℈j. Aceti albi fortiſſimi, ʒ.ij.Cum Cera q. ſ. fiat vnguentum.

Si adſit febris: ℞ Tormentillæ ʒ.j. Terræ ſigillat. Coriandri præparati, Sumach, Cornu Cervi vſti, ana ʒ. ß. Aloes,ʒ.j.ß.Miſce, pro Pulvere, exhibendo cum Aqua decoctionis Tormentillæ. Aut ℞ Olei communis, aceti,ana Cyathum j. Abſinthii viridis M.j. bulliant ad Caſum Aceti. In Colatura pone ℥.ß.Aloes Epat. pulverizat.pro inungendo ventre inferiori.

Aut pone teſtam nucis repletam vnguento ex Cinabrio, pulvere Lupinorum & butyro q.ſ.miſtis & incorporatis.

Emplaſtrum ex Aloe, Aceto, melle & felle taurino. *Saccharum* ex floribus Perſici, pro pueris.

Pilulæ Langii, contra Lumbricos:

℞ Aloes Roſatæ ℈iiij.Rhabarbari ℈ij.Agarici trochiſ.ʒ.ß.Zedoariæ ℈j. Cardamomi,ſem.ſantonic,ana gr.v. Trochiſc.Alhandal. ℈ß. cum ſyrupo de abſynthio fiat Maſſa Pilularum. Doſis ʒ.j.cum ſyrupo roſato.

Tragæa Langii, contra Lumbricos:

℞ Corallinæ ʒ.ij. Rhabarbari ʒ.j. agarici trochiſc. ℈ij. Cornu cervi vſti,ʒ.ß.Coriandri præparati ℈j.Cinamomi ℈ij.ß.Cum ℥.j.ß. ſacchari rubei fiat Tragæa.Doſis, à ʒ.ß.ad ℈ij. cum Mulſa.

Tragæa optima, pro Delicatis:

℞ Corallinæ ʒ.ij. Rhabarbari ʒ.j. Agarici trochiſc.℈ij. Vnicornu ʒ.ß. Margarit.℈j.Coriandri præparati ℈j. Cinamomi ʒ.j.Manus Chriſti perlat. ℥.j.ß.fiat Tragæa vt ſupra. Aut cum ℥.iij.ß.ſacchari, aqua Menthæ ſoluti fiant Morſelli.Doſis à ʒ.ß.ad ʒ.j.

Aliud:Pul.Corallinæ ℥.j.ß. ſacchari rub.℥.ß.fiat tragæa.Doſis à ℥ j. pro Pueris,ʒ.ß.pro adultis ʒ.j. cum mulſa.Emplaſtrum ex Aloes, Dictamni, Gentianæ, fellis bovini, ſem ſanti, ſem.Portulacæ,ana ʒ.j.Scammoneæ ℈j.Incorporatis cum butyro, & applicetur cum teſta Nucis.Interficit & ſolvit.

Aliud: Corallinæ ʒ.ij. ſem.apii,

Rad.Dictamni,ana ʒ.ß.ſem.ſanti℈ij. Datur 4.matutinis. Poſtea exhibeatur ſolvens,vbi commendatur Diacarthamum, cui reſpondet Elect. de citro ſolutivum.

Amatus:Camphora gr. j. vel ij. potenter vermes necant cum cochl. aquæ ardentis&trib⁹ aquæ Carduibened.aut Portulacæ ſive Tormentillæ.

Famoſum cuiuſdam Agyrtæ:

℞ Corallinæ , ſem.zinæ,ana ʒ.j. Dictamni albi,Biſtortæ, Tormentillæ,ana ʒß. Pulveriſata irrorentur aceto acerrimo vel ſcordiato , & ſiccata aſſerventur. Doſis à ʒ ß.ad iij. Huius pulveris ℞ ʒvij.ſacch.in aq.tormentil.diſſol.℔.j. pro rotulis, pódere ʒ.j.ß.vel ij. aut excipiantur melle pro Electuario.

Ex Bertrutio, Cap. de Colica : Æger exerceatur vt fiat famelicus, tunc ante cibum ſorbeat lac dulce recens, idque diebus iij.aut iiij. Poſtea eadem hora bibat lac cum ſucco Abſinthii, Rutæ, abrotani , lupinorum, Perſicæ arboris & modico aceti &c. de quo bibat magnum hauſtum.

Idem facit vinum coctum cum ſem. Abſinthii , & ventrem totum inungat cum ʒ. iiij. Olei Abſinthini, aceti acutiſs. ʒ. ß. pulpæ Colocynth.Rutæ , fellis vaccini , ana ʒ. ij.Aut cum lacte amygd.amar.& nucleorum Perſici,in quibus diſſolvantur Hieræ ʒ.ij.Aloes ʒ. ß.cum modico aceti & felle prædicto , vnguento ſuperponatur Emplaſtrum:℞ Abſinthii, Rutæ, Abrotani, fol. Perſicor. Stœchad.Arab.polii mont.ana M. j. Piſtata coquantur Aceto , & cum eis incorporetur fel.♉. pul. lupinorum aut nucleorum Perſicorum, ana ʒ.j. Aloes ʒ.ß.& calidum imponatur vētri,cum frequenti reiteratione.

Huc facit lac cum allio bibitum.

Vermes mortuos : (quod cognoſces ex parva vel nulla mordicatione) cū ʒ.ß.Hieræ ſ aut Logachionis cum aqua calida.Aut cum ʒ.j.pilular.cochiar.aut aurearum, aut cum Diaturbith.Pueris exhibe caſſium , Infantibus Lac amygd.am.aut nucleorum perſic.cum aqua calida.

Varignana: OmnesLumbricos pellit levi laxatione.Decoctio Stœchados cum lentibus propinata. Emplaſtrata etiam Stœchas , (forte Stœchas citrina) plures interficit quàm Abſynthium.Nos autem experti ſumus , ſi detur pulvis Calcanei bovis aut Vaccæ,cum lacte , melle aut vino ex ſententia Rhaſis , quod interficit lumbricos.Vltimò commendat Dictamnum.

Notabilia de Vermibus,& Animalibus vivis:

Doctor Kentmannus in Tract.de Peſte,refert,ſe vſu Dictamni albi expuliſſe Lacertos 30.& plures. Savonerola idem refert de Oleo Abſinthio.

℞ Dictamni albi,Corallinæ , ſem Sancti,ana ʒ.ß. Si dives eſt , adde Rhabarb.& cum Vino dulci propina,Pul.rad.Dictamni à ieiuno aſſumptus, præcipue cum aqua Cucumeris,interficit vermes & educit. Vnguen-

guentum expertum, præſertim pro pueris, fit ex Aloe, Oleo violato & Cera. Aut vmbilicus cum renibus inungatur Violato, maximè ſi adſit febris. Cerotum ex lib.j. farina hordei, ℥.vij. Succi craſſulæ minoris, & ℥.iiij. Aceti albi, ponatur ſuper vmbilicum.

Ex Philonio: Detur Santonici, Aniſi, ana ℈iiij. Pulpæ Colocynthid ℈ß. Salis triti gr.iij. Interficit & educit. *Idem faciunt Pil.* de Abſynthio & ex Hiera p.

Emplaſtrum optimum, quod Vmbilico & locis dolentibus adhibeatur:

℞ Abſinthii, Calamenti, Coſti a. Origani, Pulegii, Perſicariæ, folior. Perſici, ana. Piſtata coque in aqua & aceto, ad caſum liquoris. Paſſentur, & huic pulpæ addantur pul. Aloes, agarici, ana ℥.j. pulpæ Colocynth. ℥. ß. olei amygd. am. aut abſinthini, & fellis bovis q. ſ.

EX HOLLERIO.

In Cura Vermium, repurganda Vermium materia, cum qua & ipſi extunduntur, Rhabarbaro, Hiera ſimp. & comp. Dentur gr.iiij. Diagridii cum aqua abſinthii, aut ſimili. Clyſt. ex lib. vini Ol. Abſinthii ℥.iiij. pul. Hierę ℥.j. mellis ℥. Salis &c. Sal deglutitum aſcendentes deorſum propellit. Cataplaſmata tunc adhibeantur vmbilico, ex Aloe, Abſinthio & felle. Cerota ex tribus partibus Olei Abſinthini, Ceræ vna, amygdalis amaris, nucleis perſici, ſucco abſynthio & fellibus.

Si coniungatur Alvi fluxus, commendantur Rhabarb. & ſemen Plantag. Vermibus excluſis, roborentur inteſtina, & victus probus inſtituatur, Si abſit Febris, expelluntur Theriaca & Mithridatio.

Pulviſculus, pro Pueris:

℞ Abſinthii Xanton. ℥.ß. Rhabarbari electi ʒ.ij. Raſuræ Cornu Cervi, ʒ.j. Miſce. Doſis, ʒ.j. cum Iuſculo Capi. Aut propinetur decoctum Graminis, cum Raſura Cornu Cervi.

Aliud: ℞ Pul. Sem. Zinæ, folior. Senę, ana ℥.j. Zinzib. ʒ.j. Miſce.

Aliud: ℞ Rad. Dictamni ℥.j. Scordii, Corallinæ, Sem. Santonici, ana ʒ. ij. Betonicæ. Gentianæ, Cornu Cervi vſti, lupinor. ana ʒ.j. fiat Pulvis ſubtiliſſimus. Cornu Cervi vſtum, cum melle.

Muſa refert, Senem Annorum 82. plures 500. excreviſſe Vermes, ſumpto pulvere ſcordii & Corallinæ.

Geſnerus: Corallinæ ʒ.j. ſumat manè cum brodio ſalſo & Veſperi ʒ.ß. pil. communium cum Oxymel. ſquillit. paratarum. In prandio Nucleis Perſ. veſcatur 6. vel 7. & primò bibat Abſinthite, Cappares & olivas in menſa comedat. Radices Betæ, Cichorei in acetario. Vel M.j. aut ij. flor. Perſici. Veſperi vtatur Tragæa ex fol. Cardub. cum ſaccharo, fœniculo & Cinamomo.

Fal-

Falloppius puerulis ex vermium Copia ſemi mortuis tuto, ait, exhiberi Mercur. quantitate *ij*. vel iij. granorum Milii. Idem commendat Braſarola.

Montanus: Ad tormina ventris prodeſt Omentum quod vulgo Zirbum vocant vel appellant, agni vel hædi, in oleo mediocriter frixum & adhibitum,

Elidæus, ad Vermes & Febres puerorum:

℞ Sebeſten num.xx. Sem. portulacæ ℥.ß. Rud. Graminis M.*j*. fiat decoctio, & clarificetur cum ſacchari ℥. iiij. aut tantundem Agreſtæ aut Vini Granatorum, aut ſucci Arantiorum.

Aliud: ℞ Abrotani ℥.*ij*. Abſynthii, Corticum Lauri, Stœchades, ana ℥. ii*j*. Gentianæ ℥. xv. Vermicularis ℥. iiij. Perſicariæ ℥.*ij*. Centauræ vtriuſque ana ℥.*ij*.ß. Rad. nucum, rad. pomi granati & Cannæ, ana ʒ.*ij*. Savinæ ʒ. *ij*. Sem. Caulium ʒ.*j*.ß. Baccar. lauri ℥. ß. Aloes ℥. j. Cornu Cervi vſti ʒ.*ij*. Dictamni ʒ.j.ß. Bulliant omnia in aceto & Oleo Colaturam vſui reſerva. Allium coctum lacte & Aceto.

NB. Aqua per noctem affuſa cæpis ſectis, bibita.

Pulvis ad Vermes.

℞ Dictamni albi, Sem. Santi, Corallinæ, ana ʒ. ß. ſi eſt dives, adde Rhabarb. & detur cum vino dulci pulveriſata. Fel cum Oleo communi, inteſta Nucis, alligatũ vmbilico. Fac Clyſtere ex lacte Aſinæ, cum ſaccharo, aut ex decocto Sebeſten. Et bibat aquam ſiliginis cum Vino, aut ſine. Korn mit Coriander geſottẽ in Wein. Inungantur pulſus cum furcula Stomachi vnguento ex Mithridatio, Aloe, Croco, Aceto, Succo Arrantii, Valet & pulvis vermium terreſtrium combuſtar, cochl. *j*. cũ aqua Graminis. Similiter vnicornu & Rhabarb. cum Corallina, ana, cum Iulep & aqua Graminis. Acetum, ſolum, vel cum Cornu Cervi vſto.

Electuarium: ℞ Abſynthii ℥. j. Euphorbii ℈*ij*.gr.v. Cornu Cervi vſti ʒ. *ij*. Mellis albi deſpumati ℥. vi*ij*.ß. & fiat Elect.ſ.a.

Pilulæ, pro puero, ſeptem Annorum:

℞ Agarici trochis ℈j. Sem. caulium gr.v. cum ſyrupo Iuiubino fiant pil.iij. exhibendæ ieiuno.

Linimentum ℞ Theriacæ ʒ.vj. rad. Peoniæ ʒ.*j*. Dictamni albi, ſcordei, ana ℈ß. cum ſucco Limonum fiat linimentum, optimum in vermibus cum Epilepſia. Clyſtere fiat ex M. j. ſiliginis, Sebeſten, nu.xv. ſacchari rub. ʒ.*ij*.&c, Venter inungatur cum felle.

Experimentum præſtantiſſimum ad vermes:

℞ Gentianæ, centaurei min. agarici, ana ʒ.*ij*. Caryophyllor. Nigellæ, Coſti. ſem. ſantocii aut ſantolinæ, Aniſi, ſcordei, ana ʒ.*ij*. ß. cornu cervi

vſti, Roſar.rub.Sem.acetoſæ, Margaritar.ana ℨ.j.Pulveriſentur & miſceantur, ac inſpergantur ſucco limonum, admiſto aceto acerrimo, & aqua Roſar.aquis portionibus, & exiccantur. Et hoc reiteretur ſepties. Vltimò adde croci ℨ.ß.Moſchi, ambræ, ana gr.ij.cum ſyrupo de corticibus citri fiat Magdaleon, de quo detur patienti, à ℨ.j.ad ij.Aut fiant pilulæ, aut detur in Bolo cum modico Mellis Roſacei. Aut in pulvere cum aqua Carduibened.

Altomarus: ℞ Sem.lumbricorum vocat.ℨ.ij.cornu cervi vſti, ſem. citri, Portulacæ, ana ℨ.j.ß.Miſce pro Pulvere.Doſis ℨ.j.cum ſyrupo acetoſitatis citri.Indifferenter, cum & ſine febre.

Clyſtere ex lacte, cũ pauco ſaccharo & ſale.Vel ex mulſa aut iure dulci cataplaſmata ex amaris & theriacalib.

COLICA ET ILIACA.

Ad Colicum & Renalem dolorem, fiat Clyſtere ex Oleo amygd.dulci, aut amar.pingued.anſeris, Oleo ſcorpionum, ana lib.ſ.croci ℈j. Item ex ſucco Parietariæ, Vrina, ana ℥. v.ſale, Ol.Rutæ ℥.iii.Item ex butyro, Oleo ſeminis Lini & vino decoctionis aniſorum & Parietariæ, cum ℥.ij.Terebintinæ.Et ſtatim da olei amygd.am. ℥.vj.

Venetiis quidam Seplaſiarius magnopere mihi prædicabat ad colicam pulverem albi Stercoris Gallinæ, cum Romania.

Fiat & Clyſtere ex oleo rutaceo, decoctis in eo capitibus alliorum.Ex ſapa, butyro, Vrina & benedicta. Ex ſucco Parietariæ, cum modico Rutę, cum decoctione Stercoris canini albi, butyro & Sale.

Poſt hæc ſequatur Clyſtere forte, deinde bibat Ciathum Olei amygd. am.recentis.Aut detur hoc: ℞ Elect. de Dactylis ℥.ß.b.p.de Sebeſten lenitivi ℥.vj.Philonii Romani ℈ij. Iuſtini ℨ.j.fiat Bolus, cui ſtatim ſuperbibebat brodium pingue.Aut ℞ Terebintinæ, Benedictæ ana ℥. ß. cum pul.liquiritiæ fiat Bolus.Aut pul.Meſpilorum, & ſuperbibat ciathum aquæ ſaſſifragiæ aut creſcionum.

Fomentum: ℞ Olei Scorpionum, amygd.am. Terebintinæ, butyri recentis, ana lib.ſ.croci ℈j. cum lana ſuccida fomentetur.

Parietaria calefiat in patella cum oleo & ſem.lini Scorpionum, inſpergendo crocum.Similiter valet veſica ſemiplena Oleo ſem.lini calido.Item rete caſtrati in oleis dictis calefactum & applicatum.

Renes caſtrati pingues piſtati cum creſcionibus. Emplaſt. ex Sapa, pane & croco. Similiter poteſt fomen-

fomentari locus cum Vnguento Anodyno.

Evacuato corpore ingrediatur tinam Olei calidi, & ſedato dolore egrediatur. Aut ℞ Parietariæ, Rutæ, Camomillæ, Sem.lini, fœnu græci, ſem. Altheæ, Malvæ ſumitatũ cauliũ, folior. Malvæ, Altheæ, Saſſifragiæ, arthemiſiæ, aniſorum, agrimoniæ, Milii Solis, Dauci, fœniculi, violarũ, ana M.iij. & fiat decoctio in ſuff.q. aquæ. Ius Galli decrepiti præparatum valet, ſumptum per os & Clyſterizatum. Triphera magna. Philoniũ cum Diagalanga aut Iuſtino. Theriaca aut Mithridatium, ſuperbibendo aquam camomillæ. Pulvis Meſpilorum cum pul. Lumbricorum terreſtrium cum aqua Saxifragiæ. Succus Parietariæ Iulepizatus.

NB. Stercus Lupi, magnitudine avellanæ, cum ſaccharo, datur cum Vino, & mirabile hoc eſt. Tempore frigido vtatur Terebinthina cum Iva. Calido verò caſſia cum Iera, & pulvere liquiritiæ, aqua corticum fabar. recentium. Aqua foliorum linguæ Canis, capiendo de iis ℥.iij. ante adventum doloris, calide.

Item ℞ Zedoariæ, Galangæ, ana ʒ.ß. bulliant in vino. Cuius ℞ ℥. iij. Philonii Romani ʒ. j. Miſce, & detur.

Enema præſtans Leonis:

℞ Olei communis, aquæ hordei, ana q.ſ. bulliant ad conſumptionem aquæ, pro Enemate. Item ℞ Butyri recent. ℥.viij. Olei Anethini, Camomil. ana ℥.iiij. Miſce pro Enemate.

Enema, in proceſſu, Carminativum:

℞ Sem. Carthami ℥.j. Aniſi, fœniculi, carui, ameos, Seſeleos, ana ʒ. ß. flor. Camomillæ, Anethi, Meliloti, ana M.j. Parietariæ, Rutæ, Origani, ana M.ß. fiat Decoctio ſ.a. in ſ.q. Vini albi potentis, ad conſumptionem medietatis. Colaturæ adde Olei Anethini, Camomil. ana ℥.ij. Olei Rutacei ℥.j. Miſce, & fiat Enema ſine Sale, cum Vitello Ovi vnius aut ij.

Magius: Ad Dolores Colicos & Iliacos, valent: Zedoaria, pulvis Cardui Sancti cum Vino, ad ʒ. j Galanga, pulvis cranei potatus. Cornu cervi vſtum. Stercus Lupi, cum Vino, nec non Gallinaceum. Pulvis Balſaminæ, Momordicæ. Semen Ricini decoctum in iure Galli veteris. Stercus Lupi appenſum.

Mirabile experimentum, ad Iliacam paſſionem.

℞ Succi Parietariæ. Abſynthii, ana ℥.vj. Nucis moſchatæ num.j. nucleor. Perſici ℥.ij. Terebinthinæ ℥.ß. Fiant ex his tria Clyſteria in die. Relatum eſt hoc mihi pro mirabili.

Elidæus Bononienſis: Ad colicam valent ſpecies Ieræ cum caſſia, & ſingulo die cape ℈iiij. Theriacæ optimæ, cum aqua Camomillæ. Item gutt.ij. Olei de ſulphure, cum aqua Vitæ, in hyeme, aut Vino Malvatico. aut cum aqua Endiviæ, in æſtate. Si ſc. ſit à ventoſitate aut materia frigida. I-

da. Item inunctum exterius. Item Elect. de Dactylis in viris ℥.v, cum ℥.j. Philonii Romani. Item oleum amygd. am. Item balneum ex oleo.

Quidam commendabat Succum Iridis dulcoratum cum Rotulis olei caryophyllorum.

Ad dolores Iliacos & Renales optime confert per iij. dies mane bibere cyathum aquæ florum ſambuci. Item ℞ flor. caſſiæ ℥.x. ſpecier. Hieræ ſimp. ℥.ij. fiat Bolus, & ſtatim propinetur ℥.vj. olei amygd. am.

Dodonæus in Obſervat. Med. commendat Vſum pilular. Iliacarum deſcriptarum 9. Rhaſis.

Sacculus Carminativus:

℞ Milii Solis M.iij. Flor. Camomillæ M.ij. Salis M.j. fiat ſacculus ſupra locum dolentem. Aut ℞ Salis comũnis, mylii torrefacti, cimini aſſati, ana, fiat ſacculus & calidus apponatur. Ex familiarib⁹ Sola allii ad vmbilicũ applicatio, ſæpe à colica liberat. Similiter Nux cum cortice trita & appoſita. Pulvis ſem. ſambuci in vino calido potus. Pulvis Lappæ maioris collectæ Maio Menſe, in vino potenti, quantum tribus digitis poteſt capi.

Pulvis Matth. de Grad. optimus à proprietate: ℞ Inteſtini Lupi pulverizati ℥.ij. cornu cervi vſti, ℥.j. Stercoris albi Lupi ℥.ß. croci ℈ß. ſacchari, ad medium ponderis, Miſce, & accipiatur cum aqua Camomillæ

Experimentum mirabile in Colica & Iliaca:

Pulvis ex Geniculis poſterioribus Leporis, non vſtis, vulgò Haſenſprung.

Pulvis ad Colicam & Iliacam infallibilis:

℞ Cancrorum vel Gammororum, num. 100. ad minus, in patula nova in furno coquantur, extracto pane. Ne tamen comburantur, cave. Fac pulverem, cuius da ab vno cochleari ad duos in Vino bono dulci calido, & ſtatim dolor ſedabitur.

Leonis: Gravidis, ſi corripiantur Iliaca, dabis per os Mithridatii ℥.ij. cũ ℥.ß. Cimini torrefacti. Mithridatium enim & factum confortat, & malo adverſatur. Clyſtere fiat ex brodio & ſaccharo rub. Item cum decoct. Camomill. Fomentationes etiam fiant ſupra ventrem ex rebus huiuſmodi. *Laudatur & decoctio Cimini* torrefacti, exhibita per os. Aliquando in deſperatis fit balneum aquæ dulcis.

Ad Ileos: ℞ Succi parietariæ, Abſynthii, ana ℥.vj. Nucem muſchatam j. Nucleorum perſicorũ ℥.ij. Terebinthinæ optimæ ℥, ß. fiant ex his tria Clyſteria in die. Dicunt eſſe mirabile præſidium.

Proceſſus D. Bellocati:

Si dolor non trahat ad ſe curam, cauſa cognita, cuilibet ſuum contrarium opponatur. Intemperiem enim calidam cum frigidis aſſumptis & applicitis, frigidam cum calorificis tollimus, vt cum fomento calorifico, cũ Diagalanga, Diacymino &c.

Si fiat ob materiam frigidam, alvus leniatur cum Hiera, vt ℞ Elect. Lenitivi ℥.j.ſpecier. Hieræ ʒ. ij. Miſce pro Bolo.

Si alvus non ſubducatur ob fecum duritiem, ℞ Decocti Rad. Altheæ, Malvarum, fœnu græci, Meliloti, ana lib.j.vel ℥.xv. Olei Rutacei ℥. ij. ſacchari rub. ℥.j. Salis ʒ. j. Miſce & iniiciatur.

Lenius erit, quod fit ex Oleo communi dulci, vel cum decocto dicto, vel ſalis.

NB. Ius Galli decrepiti infarcti cum carminantibus, Sena, Polypodio, Paſſulis, Aromatibus, mane & Veſperi bibitum.

Alvo emollita, dolore verò adhuc ſtante: ℞ Decocti dicti lib.j. Ieræ ſimp. vel comp. ℥.j. Olei lilior. albor. Rutacei, ana ℥.ij. Salis triti ʒ.j.ß. Luteum Ovi j. Miſce, pro Clyſteri. Dolore nondum ceſſante, exhibendæ ſunt Pil. Aureæ, vel Alephangin. vel confectio Diaturbith. (ad ℥.j.) vel aliud.

Si materia ſit viſcida, præparetur, ℞ rad. petroſelini, fœniculi, fol. Chamedrios, ſcordei, ana M.j. ſem. Aniſorum, fœniculi, ana ℥.j. fiat decoctio ad ſufficient.

Colaturæ ℞ ℥. iiij. Syr. Acetoſ. ſimp. vel comp ℥.ij. Miſce. Aut detur Diacalamenthum, dia ſinapi, diatrion pip. Mithridatium, Elect. de Gallia moſchat. ſine ſcammoneo.

Si dolor nihil remittat, alvuſque dura ſit, propinetur Ius Galli antiqui, in cuius ventre ponantur pruna, Sebeſten, caricæ, paſſulæ, fol. Malvę, Mercurialis, Polypodii, radix & ſem. Cnici. Si materia ſit viſcida abſtergẽda, imponatur Polypodii, Epithymi, fol. Senæ, cort. rad. Ellebori nigri, ana ℥.ß. pulpæ Colocynth. ʒ. ij. diagridii ʒ.j. Cinamomi, Caryophyllor. ſem. aniſorum, fœniculi, ana ʒ.j.ß. Pruna vj. Sebeſten x. flor. Borag. pug.ij. Miſce. Iuris illius dentur ℥.iiij. vel iiij. ter aut quater, pro neceſſitate. Aliquando exhibent hoc: ℞ Olei Amygd. dul. ℥.vj. amar. ℥. ii. Penidiarũ ℥.ß. Si verò alvus ſit valde ſtricta, adde gr.iij. vel v. Diagridii. Exterius applicentur fomenta, Inunctiones, emplaſtra ex anodinis parata.

Si ſit ob flatus, educta materia generante ipſum flatum, per Hieram, vel Confect. Diaturbith, Pil. Alephang. detur diacyminum. Fiat Clyſtere ex Oleo Rutaceo, vel de baccis Lauri, aut ex decocto ſem. calorificorum. Vel ex Germinibus Allii, demptis capitulis dependentibus. Vel ex Allio. Aut detur caſtoreum. Præſtans remedium eſt, ſi Cucurbita lata perforata, cum igne largo vmbilico affigatur. Victus ratio ſit attenuans & calida.

Si ſit ex materia calida: Si ex inflammatione, ſecta Iecoraria, iniiciantur Clyſteria ex decoctis frigidis. Per os detur Ptiſana, cremor Alicæ. Exterius inungatur Oleo Roſato vel violato.

Si ſit ex materia acri & billioſa affluente, detur Rhabarbarum in infuſione, ad ʒ.ij.

Si materia in loco contenta ſit, ſolum evacuanda, detur Medicamentum, quod

quod pituitam pro frangenda bilis acrimonia ducat, vt Rhaſis docet. Vltimò laudatur ℥.ß. pul. Inteſtini Lupi, cum vino vel alio liquore, pro ſpecie ipſius morbi, aliquoties.

Si dolori ſit reſiſtendum intenſo, detur ℥.j. Philonii Romani, ana ℈ij. in Iuſculo, vel in obulis poſt cibum, ſomni gratia, ante cibum doloris cauſa, aut infundatur per Anum. Ipſius nocumenta deinde corrigetis cum calorificis decoctis & confectionibus.

In Colica ex Ventoſitate: ℞ Dictamni albi, flor. Camomillæ, Anethi, Rutæ, ana p.j. ſem. Cimini ℥.j. Malvatici ℥.vj. Bulliant ad conſumptionem part. 3. Colaturæ adde Tripheræ magnæ cum opio ℥.j. ad ℈iij. Miſce & detur ieiuno Stomacho. Vtile eſt Philonium Perſicum cum diagalanga, per os, etiam in Clyſteriis ℥.ij. eiuſdem cum carminativis. Hydrophiũ id eſt: Vas ſtanneum cum aqua calida repletum, applicetur vmbilico.

NB. *Aliquos fere deſperatos curavit ſolus vſus Lactis* in cibo & potu, per aliquot dies. *Dolorem enim ſedat & lenit.* Iniicitur & pro Clyſtere, ventre non exiſtente duro. Alius in graviſſima colica biberat lac, in quo erat decocta Fumaria, & excreta materia pituitoſa vitrea liberatus eſt. Optimum eſt in omnibus Inteſtinorum doloribus, Clyſtere ex oleo Laurino.

In Colica ex Ventoſitate, provocetur primo vomitus cum Oxymel. ſimp. ℥.j.ß. Aq. Camomil. ℥. iij. poſtea fiat Clyſtere noſtrum. Venter fomentetur cum flor. Camomil. & furfuribus decoctis in vino, & detur Tripheræ, vel Philon. Rom. Electuar. de baccis lauri, cum Vino. Diacyminum, Diagalanga in Rotulis.

Si ſit ab humoribus craſſis, fiat Enema ex Caricis coctis in aqua, cum foliis Rutæ, addito modico Anethini & Rutacei, poteſt & addi Stercus canis cum Sale.

Similiter valde laudatur ab Aniculis, vt decoquatur M.j. Serpilli viridis, ad conſumpt. partis tertiæ. de quo calide frequenter bibatur.

Enema optimum Leonelli:

℞ Vini albi odoriferi ℥. vj. Butyri recentis, ℥v. Olei camomillæ tantundem, ſacchari rub. ℥.j. vitellum Ovi, Salis parum.

NB. Quod in colica ventoſa Clyſteria fortiter carminativa, non conveniunt.

Deß alten Fürſten Wilhelms von Hennenbergs Pulver / vor das Grimmen.

℞ KrebsAugen / Hechtgiefeln / Haſenſprung / Pomerantzẽ Schälen / gedörret vnd geſtoſſen / vnd wohl vntereinander vermenget / Detur pondere ℥.j. in Vino odorifero bono, aut aceto.

Pulvis Doct. Seyfridi,

℞ Abſynthii q. ſ. & cremetur in pulverem, & cum Vino redigatur in pulticulam, ac fiant pilulæ inſtar piſi. Linteum immerſum Abſynthii ſucco, & calefactum, imponatur, vel Malvas

vas albas coctas in cereviſia, impone. Vel ſevum Capri caſtrati corio ovillo recenter mactato ſuper litum impone, & eodem Sevo inungatur vmbilicus.

NB. Iuniperi grana groſſe contuſa coquantur cum ſacculo in vino, ad decoctionem geminam ovorum duriſſimorum. Expreſſus inter orbes ſacculus, imponatur loco affecto calefactus, ſub vmbilico. Id ſæpius fiat, recalefacto ſacculo in eodem vino.

Aqua Vitæ efficaciſs. ad Colicam:

℞ Grana Iuniperi, ℥. iij. Zedoariæ opt. Galangæ, ana ℥. j. Croci ʒ. ß. Lavendulæ, Salviæ, ana M. *j*. Elect. de Gemmis, Pul. Diacaſtorei, ana ʒ. j. ß. Ponantur in Aqua Vitæ triplicis deſtillationis per menſem, & ſtant ad Solem. Deinde deſtillentur. Doſis ein halb Eyerſchalen voll/ Veſperi & mane quotidie.

N. Acetum pro Colicis, vide apud Aetium folio 156.

Pulvis aut Tragæa optima ad Col. & Iliacam:

℞ Cornu cervi vſti, Oſſium Meſpilorum, ſem. Aniſi, fœniculi, carui, pul. Lumbricorum terreſt. ana ʒ. ij. Stercoris Lupi albi, Geniculorum Leporis, maxillorum Lucii, oculor. ♋. Stercoris Galli albi, ana ʒ. j. Caſtorei, Croci, ana ʒ. ß. ſacchari, ad pondus medium, fiat Tragæa ſ. a. optime miſcendo, & detur cum Vino albo tenui, vel poſca,

Experimentum ad Colicam opt.

Stercori Equino recenti affunde vinum generoſum, deſtilla per pannum, ac infirmo detur, conditum Cinamomo.

Varignana dicit, ſe plurimos præſervaſſe cū Electuario de baccis lauri. Inunctio ex oleis carminantibus, vt Laurino &c. cum oleo Artificiali ex ſem. Carui, Rutæ, Aniſorum &c.

Enema, pro Colica Bilioſa:

℞ Rad. Altheæ ℥. j. folior. violarum, Malvæ, Altheæ, Parietariæ, Lactucæ, ana M. ß. Sem. Cydoneor. Pſilii, Altheæ, ana ʒ. *ij*. Hordei integri, furfuris macri. ana p. j. Pruna x. Decoquantur, & in Colaturæ lib. *j*. diſſolve Catholici ℥. j. vel ʒ. vj. Mellis violati, ſacchari rub. ana ℥. *j*. ß. Olei violati, aut Nenupharini, ana ℥. j. ß. Miſceantur.

Ex IV. Parte Antiparacels. Eraſti:

Dolor Colicus ex ſuis cauſis provenit, quæ ſunt: Intemperies ſubita & violenta, & ſolutio continui non facta, ſed fiens, idque ex flatu craſſo diſtendente, qui aut intra tunicas inteſtinorum, ex ſanguine ſc. quo nutriūtur inteſtina, pituitoſiore, concluditur, & pertinaciſs. infert dolores, cum locum mutare nequeat. Aut in ipſa Inteſtinorum cavitate includitur, & dolores mobiles & per Intervalla brevia recrudeſcentes parit. Plerun-

que

que autem flavabilis cum humoribus pituitoſis ex venis illabitur inteſtinis, magna cum flatuum copia, & dolores mordendo diſtendendoque procreat. Et quo magis dolor affligit, tantoplus, agitato phlegmate, generationi flatuum opitulatur, & ex venis humores vitiatos attrahit. Cuius indicium, quod naturas bilioſas hic dolor maxime corripit. Incidunt autem in πάρεσιν artuum, non niſi quibus propter frequentem influxum humorum & flatuum, morbus recurrit ſæpius, confluentibus ſc: ad inteſtina pituitoſis humoribus non ſine admiſſione humorum bilioſorum & tenuium, quod talium natura ferè ſemper bilioſa, arguit, & quod tales longis inediis, vigiliis, calidioribus pharmacis aſſidue incaleſcunt, vnde fit, vt longo tempore attenuatis humoribus, naturæ eos ex venis remotioribus ad membra extrema extrudat, craſſioribus per vias magis patentes excretis. Et ſic magis eſt veriſimile, tales humores non in Inteſtinis contineri, ſed ex venis à natura ſeſe exonerante eo detrudi. Vnde ii, quibus ex capite ad inteſtina influunt humores, Reſolutioni artuum magis ſunt obnoxii.

In aliquibus humores in pectus vel Spinam impelluntur, ac vocem cum reſpiratione affligunt, quibus plerumque ad mortem terminatur morbus. Nonnullis ad cerebrum morbi reliquiæ detruſæ, Epilepſiam faciunt. Aliquibus ad muſculos Abdominis, cum magno earum partium dolore.

In Cura, primum nobis occurrit dolor, ſui ablationem indicans, per remotionem cauſæ, hoc eſt flatus craſſioris, niſi vehementia doloris cogat nos ſtupefacientia exhibere, quæ in colica bilioſa ſunt tutiora, ſi præſertim exhibeātur cum purgantibus, ne diutius quàm par eſt, morentur in corpore. Sic drachmæ ſpecier. Hieræ vel Aloes additur gr. j. vel ſeſqui granum opii & caſtorei, ana. Infunditur & opium cum ſapa.

Rondeletius effuſe commendat ſua Catapotia, Arculani opiatum:

℞ Aloes illota vel Pil. Alephang. ℨ.j. Opii, Croci vel Caſtorei, ana gr. j. vel ij. f. pil. num. xj. Poſt horam dolorem ſedant, & poſtea Alvum ſolvunt, vt autem citius agant, addantur diagridii gr. ij. cum his pilulis non modicum honorem aliquando ſum conſecutus.

Simile eſt hoc ℞ Diaphœnic. ℥ß. Philonii ℨ.j. M. Alias vtitur aloe non lota vel pil. Alephanginis,

Si ſit extra periculum, doloris cauſa eſt aufferenda ſuo contrario, calida intemperies cum frigidis, tenſio cum laxantibus, mordacitas cum contemperantibus, vel materiam acrem auferentibus.

Cùm autem plerunque Doloris Colici cauſa ſit flatus, ſi is in cavo Inteſtinorum concluditur, facile vel Clyſmate emolliente, vel levi pharmaco educetur, præſertim ſi à duro Stercore inteſtinis obſtructis flatus ſint cohibiti. Si non admittat æger Clyſ-

Clyſmata, exhibeatur Caſſia cum pul. vel oleo aniſorum, fœniculi aut carui, vel Rutæ, Manna pingui Iure ſoluta, Diaprunum laxans, ſyrup. multiplicis infuſionis Roſarum, aut flor. Perſicorum, aut prunellor. ſyl. vel ceraſorum. Quidam propinant ℥. v. aut vj. olei amygd. dul. aut ℥. v. vel vj. Terebinthinæ. Expulſis flatibus, convaluit æger, niſi cauſa novos generās flatus relicta in Inteſtinis fuerit, aut aliunde in ea influant.

Frigidam itaque intemperiem corrigamus calefacientibus Cibis, potu, Medicamentis ſumptis & admotis. In quo caſu vnice proſunt Olea ex ſeminibus diſcutientibus, & Aromatibus extracta, Antidoti maiores, Potiones ex cretico & muſcata nuce. Vinum cum Aromatibus, Claretum. Efficaciſſimum eſt, quotidie bibere ſyrup. ex abſynthio ℥. j. ß. cum duplo decocti Ligni Aloes, Anthos, Menthæ vel Maioranæ, horis ante paſtum iiij. Caſtoreum ex Mulſa, decoctum Menthæ Marrubium ex vino mulſo.

Errores in ratione Victus commiſſi corrigantur, & ante omnia proba ventriculi concoctio procuranda.

Si ex aliis partibus influat ſubinde nova materia cum flatibus, vt ſolet in crapuloſis, in quorum venis ſanguis pituitoſus colligitur, & præſente dolore agitatur, allicitur & in flatus vertitur, ita vt velut per Circulum cuncta redeant. Sive id fiat ex capite, ſive ex Venis ſeu toto corpore, dolores quoque modo ſunt mitigandi, fomentis cum ſiccis, tum humidis, Inunctionibus, Cucurbitulis, potionibus flatus diſſipantibus. Cataplaſinatis & Emplaſtris carminativis & evocantibus. Balneis Aquæ dulcis, & omnibus rationibus. Dolore enim ſedato, ſedabitur attractio humoris vitioſi. Inprimis verò cauſa diſtendens Inteſtina removeatur Clyſmatis acrioribus, præſertim in Inteſtinis inferioribus, cum decocto Herbarum & Seminum calidarum, aut vino ſolo, cum Oleo Rutaceo, Liliaceo, Irino, Anethino, cum Elect. de baccis Lauri. Si Enemata diſpliceant, purgantia ex mediocribus intervallis præſcribantur, quæ abſque agitatione quotidie purgant, vt Cap. de Epilepſia ſuperius dictum. Optimum eſt Abſynthites, admixtis purgantibus & roborantibus, Spica, Maci, Roſis rub. Ligno Aloes vel Guaiaco, Cortice Citri, & ſimilibus. Talis eſt ſyrupus purgatorius ex Chamępithyde & Pil. ex Aloe Opiatæ, in principio deſcriptæ.

Cum iam Corpus probe mundatum coniicio, avertentia præſcribo, quibus humores per ſudorem evacuantur, vt decoctum Guaiaci, cuius hauſtum mane ſumant calidum. Tertio etiam die exhibeo ℥. j. optimæ Theriacæ, cum vino vel aqua Cinamomi. Commendatur & ſuccus Cotoneorum, tribus ante paſtum horis aſſumptus, ad corroboranda venarũ oſcula contra fluxiones. Pro præſervando non omittatur Vini Abſynthitis prædicti vſus,

Si ex Capite fluat deſtillatio, ſiccetur,

cetur, & furnis exiccetur. Loco vini bibat aquam Cinamomi & Maſtiches, aut decoctum Guaiaci cum Maſtiche. Evocetur humor per Nares, & abſumantur lotionibus, pulveribus inſperſis, odoramentis &c. Scarificationes ſcapularum.

Quibus vero intra tunicas hæret diſtendens Spiritus, expurgentur Inteſtina à pituita per Clyſteres & epota Medicamenta, aliquando validiora. Alimenta & Medicamenta, flatus diſcutientia, oleo ex aromatibus & ſeminibus, ex Menta, Hyſopo. Maiorana. Antidoti maiores. Decoctum Guaiaci. Sudor provocatus per vaporem Herbarum & ſeminum, vino decoctum, quæ & in ſacculis debent applicari, loco deinceps cum oleis diſcutientibus inuncto, quod etiam in Thorace, Lumbis, Brachiis, &c. ſi ibidem crucientur, mirifice proderit. ℞ *Ol. Laurini, Rutacei, ana* ℥.j. Nardini, pingued. vulpis, ana ℥. ß. Olei Hyſſopi g. iij. Camphoræ gr. iij. *Multorum teſtimonio laudantur Cucurbitæ magnæ, cum multa flamma;* in quorum locum poculum vitreum accipere licet, maxime enim conveniunt, vbi non multum ſubeſt materiæ.

NB. Qui ex his doloribus reſolvuntur, plærumque ſponte curantur, aut Thermarum vſurpatione reſtituuntur. Qui conſilium petunt, hos ita curare ſoleo.

Si materia eſt craſſa & multa, tumorque durus & Cutis albicans, Decocto Guaiaci, Hyſſopi, Serpilli, Ivæ, pulegii, Satureię & ſimili, foveo, & Stuppa madefacta involvo, & ſæpe renovo. Parte maxima evacuata, Geranium & pruna ſyl. incoquo, ac ſimiliter foveo. Interdum additis ad libras prædictas, Nitro, Sale & Alumine, Thermas artificiales paro, in quibus quotidie per horæ ſpatium mẽbra contineat. Prodeſt & membra fumo Herbarum dictarum cum Sale, decoctarum in Lixivio fovere, ac à fotu Cataplaſmate reſolvente ſimul & Corroborante contegere.

Omnium eſt præſtantiſſimum, ſi ad Thermas, bene prius purgati, abeant.

Si manus ſint reſolutæ (ſolæ abſque brachio) abſque tumore & humoris inditio, calefiant probè ad ſuffitum Lapidis molaris, aceto conſperſi, ac mox calide contegantur Medicamento corroborante & adſtringente, ex nucibus Cupreſſi, Hypociſtide, Acatia, Malicorio, Oleo Cydoniorum Terebinthina, Styrace, Myrrha, exceptis piſcium glutine in Aceto diſſoluto. Removeatur tertio vel quarto die, calidum appoſitũ, & quotidie manus ad ignem calefaciat, vt calorem penetraſſe perſentiat, ac pannis calefactis involvat, vt roborantis Medicamenti vis penetrare poſſit, & humor in Nervis imbibitus commodius ac citius abſumatur. Aliquando manus ſolæ reſolvuntur, partibus ſupra carpum optime ſe habentibus, & tunc mali cauſa non in Nervorum, qui ad manus diſtribuũtur, principio ſed in manibus ipſis conſiſtit. Audacter tunc dictis Medicamentis erit vtendum.

Ex Matthiolo: Caſtoreum eſt eximium

miura in metu contractionis vel tremoris, vel ſpaſmi ex Colica vel vteri doloribus. Quidam addunt Anagallidem & Rad. Pœoniæ.

Clyſtere Guainerij Domeſticum, ſedans Dolorem Colicum:

℞ Vaccini lactis ℥ viij. in quo Vitellos Ovorum duos concute, adde Olei communis ℥.ij.& modicum Salis triti.

Eductis per Lenitivum fecibus, ad exturbandas deinde Ventoſitates: ℞ malvę, bliti, Mercurialis, camomillę, ana M.j.aniſi, fœniculi, ana ℥iij. Decoquantur &c. Huius decoctionis ℞ ℥. viij. Benedictæ, ℥.j. Caſſiæ ʒ. vj. Ol. Camomelini ℥.iij. Vitellos ovorum duos, & modicum Salis. Mitius erit quod ℞ Brodii Gallinæ ℥. x. Mellis Roſarum ℥. j. ß. Caſſiæ ℥.j.olei communis ℥.ij.ſ. Salis triti parum.

Ex Gattinaria: Non detur ſolutivũ, niſi prius remollitis fecibus. Quidam pro Secreto habent Enema ex ſolo oleo Lini, & per ſuperius detur Ius pingue cũ Croco. In dolore autẽ inſuperabili addatur enemati ex Iure pingui, ℥.j. Philonii. Cum nunc feces ſunt mollificatæ, exhibeatur Hiera picra, cum ʒ.ij. Indi, vel Diaphænicon is, aut cum Caſſia. Hæc etiam poſſunt miſceri enematibus.

Quidam Papienſis magnum eſt conſequutus honorem hac ſequenti Recepta: ℞ Hieræ ſimp. ʒ. vi. Diaphænic. ʒ.ij. Indi maior. ʒ. j. Philonii Romani ʒß. aut, ſi dolor eſt fortis. ʒj.

Luſitanus commendat pulveris Lupini Inteſtini vſum, cum vino calido. In magno dolore ℞ Theriacæ Diateſſaron ʒ. v. Tripheræ magnæ cum opio, ℥.ß. Sp. Diacymini, Diacinamomi, ana ʒ.ij. Cum melle Roſar. fiat Opiata. Detur tertia pars cum vino bono. Crepitus ciet Aſininos.

Geſnerus, Lib. Epiſtolar. fol. 114.

Comes Fürſtenbergius, cum xxx. Clyſteres inieciſſet ipſi Medicus fruſtra, alius quidam ſequens propinavit, cui mox, liberatus à Colica, 70. florenos donavit: ℞ Mannæ Calab. ℥.ij.ß. Olei Amygd. dul. ℥.ij. Diſſolvantur in Iure pingui Gallinaceo, ac pro Ientaculo bibit Æger, ac mox melius habere cœpit.

Doc. Iohann. Wolffij: In Colica diuturna & pertinaci, cum ſit ex materia craſſa & lenta, & pituita vitrea (reſidente in ventriculi & Inteſtinorum cellis) wie ein Eſſigs Mutter) digeratur ea primum, & poſtea evacuetur cum Colocynthide, omiſſis levioribus, vt Rhabarbaro, foliis ſenæ, & ſimilibus, nihil proficientibus. ℞ Eryſimi M j.ß. Salviæ M.j. Sem. Aniſi, fœniculi, Anethi, Carui, ana ʒ.ij. Caſtorei ℈j, Colocynthidis pomum, ſeminibus detractis, & inciſum, macerẽtur incluſa ſyndoni in vino optimo per xxiv. horas. *Sumat Vini huius Coch.* 3. vel 4. *die prima*, *altera* 5. vel 6. *tertia* 7. *vel* 8. vbi increverint dolores, deſinatur, & aliquot diebus vſurpetur decoctum Eryſimi cum Abſynthio, Carduibened. abſque Colocynthide, inſtar Abſynthitis Vini.

Dodo-

Dodonæus, commendat Pil. Iliacas ex Colocynthide. Rhaſis 1. Cap. 36.

Ad Dolorem frigidum Inteſtinorum, ℞ Sabinam coquatur in aqua, & cataplaſmetur. Item plurimum valet Mercurius præcipitatus, cum pauco Elect. de baccis Lauri ſumptus, in quantitate gran. iiij. Curat Colicam & Iliacam per vomitum.

Parietaria etiam cum furfure trita & Vino albo irrorata, calefactaque in ſartagine ſive tegula, ac Emplaſtrata, multum prodeſt. Idem facit decocta & manducata.

Ad Dolores ex Ventoſitate, efficax eſt Meliloti decoctio cum Camomil. Cataplaſmata ſeu Clyſterizata.

Potio præſtans, Montani, ad Dolores Colicos, cum Syncope:

℞ Olei Amygd. dul. ℥. vj. vini Malvatici ℥. *ij.* aut iij. Moſchi, Ambræ, ana gr. v. Cinamomi ℈*j*. & calidum propinabitur.

Hoc enim aperit, & ſine attractione reſolvit ac diſcutit, ſpirituſque reficit & nutrit.

In Colica, ex fecibus duris: Venter inungatur butyro, & Oleo Amygd. dul. ad mollificandum. Vitentur Enemata calida, ne feces magis indurentur.

Experimentum Carpi optimum: Stercus Murium cum Oleo olivarum, ad formam Caſtaneæ redactum, vmbilico ſuperligetur. Quidam dant in vino, & iuvat.

Vnctio optima Leonis Bononienſis: ℞ Olei communis part. iij. Terebinthinæ p. *j*. Croci ℈*ij*. Miſce, Imbuantur Lanæ ſuccidæ in eo calido, & ſupra totum ventrem ponantur.

Expertum, in fecibus diu per os emiſſis: Radix Lapathi magni, contundatur, & Vinum ſuperinfundatur, exprimatur, & detur in Potu.

VITIA ANI.

Lotio & Vnguentum infallibile, ad Thymos Ani:

Quotidie, excretis Stercoribus, Anum lavet cum aqua Mellis, vel aqua decoctionis Roſarum. Poſtea inungat Anum ſequenti vnguento: ℞ Olei Roſacei ℥. j. Myrtini, Litargirii, ana ℈j. Aloes ſuccocitrin. plumbi vſti, ana ℈ſſ. Boli Armeni, ℈*j*. Myrrhę, Aluminis ſciſs. ana ℈ſſ. Sem. Lini, Nigellæ, ana ℈j. Ceræ q. ſ. & fiat vnguentum molle. Hoc quidam Nobilis ſanatus eſt, vt nullum ſenſerit dolorem; iuſſimus tamen eum poſtea vti decoctione Ligni Guaiaci.

Vnguentum, & Lotio, ad exulcerationem Puerorum, Leonis:

℞ Pul. Myrtillor. Corticum gran. ſumach. ana q. v. Olibani, Thuris,

Maſtichis, Aloes crudi, ana ℈ß. Sevi Hircini aut Cervini, ʒ.ij. Mellis Roſar. ℥.ß. cum oleo Myrtino q.ſ. fiat Vnguentum, poteſt ſumi duplum ponderis omnium.

Anus exiens inunctus oleo Omphacino aut Maſticino, aſpergatur pulvere Maſtichis, Myrrhæ, Hypociſtidis, & intromittatur deſuper ponendo petiam in vino ſtiptico balneatam, Si vis, adde Sandaracham. Sæpe lavetur vino extinctionis Chalybis.

Hæmorrhoidibus eminentibus, inſperge pulverem teſtę ovorum cōbuſtorum cum ſuis pelliculis, aut nucis Cypreſs. ſiccatæ, vel Lolii infrumento combuſti in teſta ovi, aut aliter ſuper ferro aut tegula. Exiccat enim & tollit dolorem, ac carnem ſuperfluam exiccat. Idem facit ærugo cum pul. ſpongiæ vſtæ.

Conſtrinxit earum fluxum pulvis Gallarum, Emplaſtrum Vrticæ, aut pul. Boli Armeni, Terræ ſigillatæ, ſang. Draconis, Aloes & Carabe, cum Albumine ovi.

Vnguentum ad dolentes Hæmorrhoides:

℞ Mucilaginis fœnu græci, Sem. Lini, ana ʒ.ij. butyri, ſine ſale bene loti, ſevi renum capræ, ana ʒ.j. vitellum ovi j. olei roſar. ℥.j.ß. Ceræ q.ſ. & fiat vnguentum molle.

Vnguentum aliud, valde Nobile:

℞ Vnguenti populeonis ℥.j. Olei roſati, in quo ſcarabei & procellones bullierint, ß.j.ß. Croci gr. iiij. Miſce pro vnguento.

Hæmorrhoides ſanat ſerpentaria minor cum Tapſo barbato, decocta in Vino, & ſuperpoſita more Emplaſtri. Tenaſmonem verò Sabina decocta in Vino, per cathedram perforatam ſuffumigata.

NB. *Leonis Bononienſis, & multorum*: Ad Fiſtulas, Rhagadias ani, & Hæmorrhoidas vlceratas, Mercurius præcipitatus valet plus quam aliæ Medicinæ. Præſtantiſſimum etiam Hæmorrhoidum eſt Remedium Antimonium pulveriſatum & aſperſum.

Elidæus: Præſtantiſſimum eſt in dolore Hæmorrhoidarum, maximo, apponere Emplaſtrum ex Lactis vaccini, olei Roſacei, ana ℥. iiij. quibus ſimul bullientibus tantum de mica panis addatur, quantum pro Emplaſtri conſiſtentia ſufficiet, addendo in fine duos vitellos ovorum.

Magius: Ad Hæmorrhoidas, Oleum Iuſquiami. Vernix liquida, oleum Nucis Indicæ, cum oleo Nucleorum Perſicor. Oleum Momordicæ, quod cum oleo Amygd. conficitur cum floribus, cui pro libitu adde ℥.j. Vernicis liquidæ. Item Oleum florum ſambuci.

Luſitanus: Dolorem Hæmorrhoidarum, nihil cæteris Medicamentis proficientibus, prorſus ſanat balanus ex Sevo Hircino & opio confectus, accipiendo Sevi q.ſ. Opii verò gr. ij. aut iij. Notandum tamen, quod locus poſtea calidis roborantibus foveri debeat, vt in vſu ſtupefacientium ſolet fieri.

Ad Vlcera Ani valent: *Diphriges* cum Melle deſpumato. Vide Galenum.

Eli-

Elidæus, ad Tenaſmum cum Dyſenteria:

Fiant Clyſteria ex lacte Chalybeato & Sevo Caſtrati, aut cum decocto Capitis Caſtrati, Tapſo barbato, pro fomentatione, cocto in Vino nigro, aut ſedendo ſuper aſſere Cupreſſi calida inuncta Sevo hircinio, aut fiat ſuffumigium cum pice græca. Aut remove dolorem hoc licinio: ℞ Litii ℨ.ß. Croci gr.iiij. pingued. Caſtrati aut hirci, ℨ.ij. Opii gr.iij. Miſce pro liciniis longis, quæ filo ſuſpendantur, vt poſſint extrahi per horam.

Ad Aſcaridas Ani: Mundificato Corpore cum Aloe aut Rhabarbaro, intromitte ſuppoſitoria ex Axungia Porcina, quia adhærent vermes. Aut ex caulibus, intinctum in felle bovino. Inter cætera optimum eſt, inungere Anum intra cum digito ex argento mortificato, miſto, cum pinguedine porci.

Ad Rhagadias: Albumen ovi, Myrrham, Terebinthinam, Crocum, opium Miſcentur optime omnia. Si eſſet inflatum, vt non poſſit intromitti, ſuffumigetur decocto Allii excorticati in aqua, intromittatur, & poſt aſellationem aſpergatur hoc pulvere: ℞ Cornu Cervi vſti, Maſticis, Thuris, ana M.

M. Ruckerus, inflationes etiam Inteſtinorum (vt & in Ramice) optime tollit filum crudum decoctnm in lixivio, & applicatum. Gal. Falloppius.

Pulvis Elidæi expertus, ad exitum Ani & fluxum ſanguineum:

℞ Gallarum, Cupreſſi, Quercus, non perforat. ana ℨ.ß. Sang. Draconis, Mumiæ, Gummi arab. torrefacti, Traganthi torrefacti, ana ℨ.j. pul. Gypſi ad pondus omnium, Miſceantur probe omnia, pro Pulvere ſubtiliſſimo, inſpergendo pro Inteſtinis.

In pueris, à materia humida imbibita, relaxante: ℞ Myrrhæ ℨ.j.ß. olei Roſati ℥.j. Miſce, ſuperinſpergatur ano & intromittatur.

Vnguentum Elidæi præſtans, ad Dolorem Hæmorrhoidarum:

℞ Olei Roſati, Ol. Sem. Lini, ana ℥.j. Ol. Criſomelorum ℥.j.ß. Mucilaginum fœnu græci & Sem. Lini, Butyri ſine Sale, & bene loti, Sepi Renum Capræ, ana ℥.ß. Vitella Ovorum, num. iij. Ceræ puriſs. q.ſ. Miſceantur probe pro vnguento.

Item ℞ Sem. Lini, Sem. Altheæ, fœnu græci, Verbaſci, Ipericonis, fol. Malvæ, Cynogloſſæ, ana M.j. Bulliat in aqua, & fomententur ſedes cum Spongia, aut ſedeat in eo patiens, aut eo Clyſterizetur. Poſtea inunge oleo de vitellis ovorum, in quo ponatur parum opii. His non conferentibus, mitte ſanguinem ex Baſilica. Item iis eminentibus, pulverem teſtæ ovorum, ex quibus nati ſunt pulli, cum omnibus ſuis pelliculis, combuſtæ aſperge. Item valet pulvis fructus Cupreſſi in furno exiccati. Similiter pulvis Lolii combuſti do-

lorem ſedat, & Carnem ſuperfluam tollit.

Valet & hoc Vnguentum: ℞ Vnguenti Populeonis ℥.j.olei Roſarum, in quo bullierint ſcarabei & Porcelliones ℥.j.ß.Croci gr.iiij. Opii gr.j.Miſceantur probe,pro vnguento.

Ad cæcas Hemorrhoidas inflammatas,coque Rad.Cynogloſſi,obductas paſta non fermentata, ſub cineribus calidis,aſſatas ano impone.

Dictum & mihi eſt à fideli amico, quod ad iſtas tuberoſitates valet parietaria contuſa & appoſita, ſimiliter Pulvis Savinæ.Poteſt & Clyſtere fieri ex oleo Lumbricorum terreſtrium. Sedeat in Balneo Anodyno, & inungat,℞ Olei Criſomillæ, Ol.Sem. Lini,pingued. Anſeris,Mucilaginis Altheæ,ana ℥.j.Opii,Croci,ana ℈j. miſce,& vtere.

Aliud,ad Hæmorrhoidas & Rhagadias: ℞ Boli Armenæ,Gummi Arab. Sanguin.Draconis, Maſticis, ana ℥.iij. Myrti,Balauſt.Roſar. Siccar.ana ℥.*ij*. Pulveriſentur.Butyri ℥.j.Olei Roſati ℥.iij.Ceræ ℥.ß.Succi folior.Porri ℥.*j*. Miſce,& vtere diu.

Aliud,ad dolorem: ℞ Thuris, Myrrhæ,Licii,Croci ana part.*j*.Opii part. mediam,Tere & confice cum vitello ovi,mucilagine Pſilii.& oleo Roſato.Fit & Emplaſtrum bonum ex oleo Roſato,lacte,pane gratato, Croco,& vitellis ovorum.

Elidæus,ad conſtrictionem Sanguinis Hæmorrhoidarum, Clyſtere ex Succo Plantaginis,Pulvis Gallarum,Emplaſtr.Vrticæ,fuligo cum ovi albumine. Item ℞ Boli Armenæ, Terræ Sigillatæ,Sang.Draconis, Thuris, Maſtiches,Aloes,Charabe, Pilorum Leporis,ana ʒ.j.cum Albumine ovi fiat Emplaſtrum. Vtatur Triphera minori ex arte Fenonis, aut Philonio Perſico. Aliquando confert facere minutam phlebotomiam ex Baſilica, & ſecundare. Comedat in Aurora duos Myrobalanos conditos, per decem dies continuos,poſtea ſtet ieiunus per hor. 4. Efficacius conſtringit Triphere min. Fenonis ʒ *ij*. cum ℥.*ij*.aquæ Plantaginis,pro vice.

Item pil.de bdellio. Succus Mille folii bibitus.

Emplaſtrum mirabile ad Fiſtulas & vlcera Ani, omnium partium,nec non ad plagas quaslibet conſolidandas:

℞ Pul.Rubeæ,frumenti piſtati, ana ℥.iiij. Sanguinis Hominis ſani, ruffi,℥.vj.Vitell. ovorum num.vj. Sevi Caſtrati,q.ſ.ad paſtam faciendam, Miſceantur & deſtillentur ſ. a. per Alembicum,ac in vaſe vitreo vſui reſerva. Cuius ℞ ℥. iiij. Olei Amygd. amar.Theriacæ Electæ,ana ℥.*ij*.opii Theba.℥.j.Galbani,Euphorbii, ana ℥.j.ß.Serapini ℥.iiij.Miſce,& fiat ſ.a. Emplaſtrum,ponendum ſuper malum,vbicunque ſit, quotidie ſemel renovando.Et videbis mira.

Ad Fiſtulam Ani prodeſt Cinis Marrubii inſperſus, Inprimis vero ſerpentina.

Ad dolores Hæmorrhoidarum: ℞ Tapſi barbati M.*ij*.Portulacæ M.j, Meliloti M.ß.Coquantur in aqua Fluminis

minis ad 3.partis conſumptionem. Et ſedeat deſuper patiens cum Ano, mane & Serò per horam dimidiàm. Inungatur locus oleo de vitellis ovorum.

Optime facit linteum intinctum in oleo Sem.Lini,& appoſitum.Laudant aliqui Cinerem bufonis applicatum cum aliqua re convenienti, aut ſolum. Prodeſt & Sevum commune Candelarum inunctum. Item Linimentum ex butyro recenti loto, vitello ovi,oleo Amygd.dulci.Vel ℞ vnguenti Populeonis,℥.j.Opii. Croci,ana gran.iij.ß.Frequenter inſideat ſuper tabula calida de ligno Pini, inuncta ſevo caprarum.

Item ℞ Succi Chelidoniæ, pinguedinis Colli Muli,vbi ſunt Crines, ana ℥.iij. Miſceantur diligentiſſime, & cum ſyringa vel Lana ſuccida loco dolenti applica. Vide Matthiolum de ſcrophularia.

Emplaſtrum præſtans, & ſæpius expertum,ad Hæmorrhoidas, Ficum & Condylomata.

℞ Naſturtii,Iuſquiami,ana, Pulveriſata miſce cum Caſeo antiquo, cocto & piſtato, & oleo Roſato q.ſ. iterum omnia ſimul piſtentur, & fiat Artis Lege Emplaſtrum.

Laudant aliqui Vitrioli Herbam, contuſam,& ſæpe appoſitam,nec non Pulverem ſabinæ.

Vnguentum optimum, ad fluxum Hæmorrhoidalem.

℞ Sevi Caſtrati ℥. ij. vnguenti de Calce,Populeonis,ana ℥.j.Camphoræ ℈j.Miſceantur probe ſimul,& fiat vnguentum

Montani, ad vlcera Inteſtini recti,maligna & putrida:

Continue mundificentur & ſiccentur ſine mordicatione,vt cum lotione ex decocto Hordei vel Furfurum,vel fabarum,Parietariæ, anagallidis, & ſimilium, quæ poſſint purgare ſine morſu aut calore. Si adſit tumor vel dolor, ſine rubore, adderem Camomillam,vel Malvam, Althæam, Melilotum, & ſimilia.

Si ſit ibi & Inflammatio ſeu Rubor purpureus,vtatur ſolo ſucco Solatri, cum oleo Roſato completo,redacto in Linamenti formam in mortario plumbeo,cum piſtillo plumbeo. Nã claudentur omnia,ſi ſint plura, aut ſaltem materia per alia loca expurgetur,vt per fontanellas in cruribus.

Eiuſdem,in fluxu Hæmorrhoidali conſ.167.

Longe tutius eſt divertere quam adſtringere,vt cum frictionibus& ligatures brachiorum, ventoſis ad regionem Lienis aut Epatis, & tandem cum cauteriis in ſpatulis. Teſtor autem,me multos curaſſe ſolo Iure pinguis pulli,quod per multos dies mane ante prandium tribus horis exhibeo,ſi ſcilicet ſanguis ſit corrodens (ſemel in ſeptimana capiat ℨ.ß.Rhabarbari) Roborentur Epar & ventriculus,cum inunctionibus, cum ſaccharo Roſato & Mithridatio.Suffumigium

migium bonum, confortat enim loca ſine manifeſta adſtrictione. ℞. Ladani electi ℥.iij. Thuris optimi ℥. ij. Sandarachæ ℥.j. Bdellii ℥iij. cum mucilagine Traganthi fiant Trochiſci, pro Suffumigio.

Sylvius: Mucus Pſyllii macerati ſex horis in aqua frigida, magno Hæmorrhoidum dolori ſuccurrit, & tamen valentius erit Remedium, additis Camphoræ Granis iij. vel iiij. Valentiſſimum verò, addito opii grano.

Zu den Feigen ſo offen ſindt / (*Quando ſanguis craſſus copioſe effluxit ut opus ſit conſolidatione.*)

Coque Millefolium cum covento, pro Lotura. Poſtea inſperge Pulverem fungorum Pfawenfiſt / vel farinam volatilem.

Ad aperiendas Hæmorrhoidas: Si quando, ipſarum fluxu intercepto, dorſum valde dolet, valent: Glans ex Hiera vel paſta Pil. communium ex felle bubulo, ſucco Cyclaminis & cæpæ, ex oleo Amygd. amararum, in quo medulla colocynthidis maceratur, ex Staphiſagria, Mercuriali trita. Frictio cum re aſpera, aut folio ficus, Borraginis. Folia Borraginis, Conſolidæ, Parietariæ, affricata ſæpius. Vnguentum ex pipere & Nitro, ana. Ex ſucco Cyclaminis, cum melle & Ceræ modico. Ex Centaur. minore &c. Fiant ex his pro Sede vnguenta vel Glandes. Item ℞. Succi Cyclaminis ℥.j. Mellis ℥ij. Butyri recentis ℥. ß. Ceræ ℥.ij. Miſceantur optime pro Linimento. Glans ex Rad. Angelicæ aut Imperatoriæ. Epithema vide ap. Aetium fol. 171.

Item ℞. paſtæ Pil. communium ℥. j. vel ij. Cura ſucco Cæparum fiant ſuppoſitoria quæ inungantur oleo Amygd. amar.

Item ℞. Succi ſcyllæ ℥.j. Succi Cicutæ ℥ij. Succi Mercurialis ℥.iij. ſerpẽtariæ, Salis communis, ana ℥.j. Mellis ℥.ij. fiat Glans, & per noctem ibi maneat. Suffitus ex Mentha Aquatica & pane Porcino. Succus Cepæ, cum Capparino oleo. Pulpa Colocynthidis oleo merſa, in 5. horis aperit.

Luſitanus: Condylomata, ſeu Criſtatæ Hæmorrhoides, nullo Medicamento curantur ſecurius, quam ſi forpicibus incidantur, facilè enim veſtigia relicta curantur. Nonnulli morbum hunc contendunt eradicare aquis, ex rebus valdè adſtringentibus, ex Alumine, Tartaro ac ſublimato confectis, velut eſt aqua fotis dicta. Sed prior ratio nulla ſymptomata, nullumque fere dolorem ſecum trahit.

Rhagadas, h.e. Sciſſuræ ad radices venarum Hæmorrhoidalium (quales rimæ ſub Borea in Labiis fiunt) vnguento de plumbo & ſimilibus apprime ſiccantibus curantur.

Nota

Nota: Hæmorrhoides aut ſunt:

- Exteriores, ſeu apparentes, ſuntque aut

Duræ, ſiccæque, cum tumore & dolore, vocantur verrucæ.	Molles, fiſtuloſæ, manantes periodicè, vel ſemper nigro humore, vel citrino, vel albo. Mora vocant.	Apertæ, & ſemper manantes, continuê vel periodicè ſanguine puro vel craſſo Melancholico, Ficus vocant.

- Interiores, ſeu non apparentes.

In Cura Hæmorrhoidarum, factis vniverſalibus, ſi fieri poteſt, earum radices abſumantur, cum ferro, vel aliter, & ſanguis ſinatur fluere; vel cum acutis ſanguis eliciatur, vt ſunt: Anacardi Euphorbium, ſinapi, Piper, fel, vnguentũ viride, Emplaſt. ex Cepa, & Aceto ſquillitico appoſitio ſanguiſugat. Venæ apertæ & ſiccatæ, vel minus fluẽtes ſtringãtur cũ Terra, Bolo Armena acacia &c. (Medicamentum ad Ficus, ex pul. ſpongię vſtæ & æruginis &c. Quieſcant in lecto.)

Aliquando cogimur blanditiva cura vti, propter dolorem, talia ſunt: Balneum ex anodynis, ex lino, fœnugræco, verbaſci foliis. Fomenta, Emplaſtra, tandem opiata, re poſcente. Similiter procedendum in iis, quæ intus latitant, ſi prius cum ventoſa extrahantur.

Radices Hæmorrhoidarum abſumentia, ſunt cauſtica dicta, vt oleum Tartari, aqua poſita à Bertrutio, ad carnes tuberoſas. Vnguenta cauſtica ex arſenico, calce vina. Vnguentum viride de calce. Hac ratione & Stercora columbarum ac Gallinarum quidam laudant.

Matthiolus laudat ad dolentes Hæmorrhoidas, vernicem liquidam, quæ optima paratur ex oleo Lini & Sandaracha officin.

NB. Vnguentum ex oleo Lini, Cera, Sevo & Cervi medulla M. Item vnguentum Matthioli ex Radicibus ſcrophular. in coctis butyro, poſſunt addi adeps Cervi & Cera.

Proficis: impone pannum Cæruleum inunctum butyro in quo frixerit millefolium. Locus inungatur prius oleo violarum. Inſideant aliquot diebus decocto Radicis & herbæ vlmariæ. Emplaſtrum ex raſura Corticis viridis ſambuci. Succus craſſulæ. Vnguentum ex Cepa alba cum butyro decocta.

Commendabatur ab Eraſto Succus expreſſus ex Cepa, cum oleo capparorum, facta perforatione, decocta, & inunctus.

Quidam ad Verrucas dolentes, quam plurimis tentatis, prædicabat Linimentum ex flore lactis frixo cum Beta ſyl. & expreſſo. Alius verò prædicabat vnguentum de Alabaſtro.

Experimentum Würtebergenſe:

Iniiciatur aqua violarum, poſt

intervallum oleum Lini, & adhibeatur linteolum, ne effluant, ſed vt retineantur. Repetatur hoc per aliquod intervallum.

Hollerij: Vitellum ovi cum violaceo aut roſaceo, addito, ſi ardor magnus adeſt, albumine. Mucago Portulacæ, Lactucæ, Pſyllii ſuffitus, Fotus, ex Anodynis. In dolore gravi ℞ Olei violati ℥.ij. vng. Populei ℥.ij. cum ovo integro, fiat vnguentum. Si opus eſt, addatur ℈. opii.

NB. *Violaria cocta cum lacte, inſtar pultis*, cum Roſacea adhibita, eſt mirabilis.

Olei violarum ℥.ß. cum ℥. iij. Ceruſſæ & Ceræ q.ſ. ſubigatur.

Ad Dolorem & ardorem: Oleum violarum, roſarum, cum albumine & vitello ovi; ac Cera miſce, pro vnguento molli, quod petiæ inũgatur, quæ circumpoſita Candelæ intromittatur. Candela retracta, remaneat petia.

Luſitani: Hæmorrhoides Cæcæ & Doloroſæ ſuffiantur decocto Anodynorum, verbaſci, Chamomeli, fœnu græci, ſem. Lini violariæ, Meliloti. In maximo dolore, ℞ Butyri recent. ℥.j. opii ℈j. Vitell. ovi num. j. parum roſacei. In mortario plumbeo fiat linimentum molle.

Pro apertis: ℞ Pul. plumbiloti ℥.iij. vitellum ovi j. olei Roſarum, Ceræ, ana parum, & fiat Lege Artis vnguentum.

Ex Balthaſaro Conradino:

In fluxu ſuperfluo imponatur tela araneæ rigata albo ovi; aſperſo pulvere Thuris & Aloes, ana. Dolentes & Cæcas inunge cum adipe anatis & Cera nova, vel oleo Lini, cocto cum ſcarabeis. Profundiores ſanantur vſu quotidiano Electuarii ex radice Serpentinæ cum Melle, pondere ℥. ß. Cæcæ fomententur cum emollientibus, & fricentur poſtea ſucco Cepæ. Fluentibus inſperge pulverem ſiccantem ex teſtis cochlearum vſtis &c. Aloe, Rad. Ari, vel Oſſibus Cervi vſtis.

Vega: Ad Rhagadias, ſeu ſciſſuras, ex acri vel ſalſo humore:

℞ Ceruſſæ, Lythargirii, plumbi vſti, ana ℥.j. Roſacei ℥.ij. Liquoris albi ovi ℥.ij. Camphoræ ℈j. agitentur in plumbea pila, donec in vnum coeat. Aut fiat ex oleo Papaveris, Amygd. dul. Axungia Gallina, Thure, ceruſſa &c. & Cera.

Secretum, cuiuſdam Tonſoris, ad Ficus:

Abgekühlt mit Dinten / cum panno lineo, vnd ſo ſie offen ſind Pfawenſiſt eingeſtreyet / ſoll wohl vnd zum öfftern bewehrt ſeyn.

Vnguentum optimum: ℞ Adipis Gallinæ, Anatis, ana ℥.j. Olei Roſar. ℥.iiij. Ceræ q.ſ. Liquefactis, adde vitellum ovi, opii ℨ.j. Croci ℨ.ß. Trita miſceantur probe pro vnguento.

Experimentum optimum, in dolore Hæmorrhoid. cum rimis & duritie & tumore.

℞ Gum-

℞ Gummi Arabici, Maſticis, Boli Armenæ, ſang. Draconis, ana ℥. iij. Myrtillor. noſtratium, flor. Mali punicæ, Roſarum, ana ℥. ß. Pulveriſata ſubtiliſſime miſce cum ℥. j. butyri recentis, olei Roſar. ℥. iij. Succi folior. porri ℥. iij. Nagelwurtzkraut Safft ℥. iiij. Liquefacta coque igne lento, ad caſum ſuccorum.

Montagnanæ : ℞ Olei roſacei ℥. iij. Croci ʒ. j. lutea ovorum iiij. Miſce, & applicetur loco. Fortius erit: ℞ Olei Nenupharini, Anethini, Chamemelini, ana ℥. j. Croci ʒ. j. Vitellos iij. Farinæ hordei ℥. j. Conquaſſata ſimul bulliant in ℥. ij. ſucci Lactucæ, vſque ad caſum ipſius, & ſæpe applicetur. Poteſt etiam in neceſſitate addi ʒ. j. Opii. Iuſquiami vel Mandragoræ. Aut emplaſtretur locus cum Philonio Tarſ.

AFFECTIONES RENVM ET VESICÆ.

In maximo Renum *Dolore prodeſt Clyſter* factus ex Lacte vaccino, vitellis ovorum, & oleo.

Vnguentum Anodynon:

℞ Olei Laurini ℥. j. Olei amygd. dul. Seſamini, ana ʒ. iij. Butyri recentis, ʒ. ij. Croci gr. v. Ceræ albæ ℥. ß. miſce, & fiat ſ. a. vnguentum molle, in cuius fine adde vitella ovorum tria. Valet ad ſedandos dolores in quacunque corporis parte, vt Pectoris & Spatularum.

Ad mictum ſanguinis ſpontaneum, qui fit, aperta aliqua vena in renibus, ELIDÆVS dabat aliquoties Philonii Perſici, ſacchari Roſati antiqui, ana ℈j. Lap. Hæmatitis pulverizati ſubtiliter ℈ß. ſuperbibendo hauſtum aquæ Plantaginis.

NB. Optimus eſt ſyrupus factus ex Dente equino Iuſquiamo, cum ſaccharo.

Regionem autem Renum inungebat Elidæus ſequenti linimento: ℞ Trochiſ. de Carabe, de Terra ſig. ana ʒ. j. cum ſucco Plantaginis & oleo roſato omphacino fiat linimentum ſ. a. Cibaria, quæ cum aqua Calybeata decoquantur, ſint aſperſa Pulvere Corallor. rub. Mitte ſanguinem, ſi oportet, poſtea evacua cum Rhabarbaro in aqua Plantag. Poſtea detur pulvis caudæ equinæ cum aqua Plantag. & ponatur in ferculis.

Aliquando Bolus Caſſiæ curavit.

Linimentum Leonis, in Caliditate Renum, optimum:

℞ Vnguenti Comitiſſæ, olei roſar. de Maſtice, ana ℥. ß. Miſceantur, & fiat linimentum pro lumbis.

Aliud Varignanæ: ℞ Vnguenti ſantalini ℥.iiij. Succi ſerpentinæ ℥.vj. Bulliant lento igne ad Succi conſumptionem, poſtea adde aceti ℥.iiij. & rurſus bulliant ad Aceti conſumptionem. Vltimo adde Mucilag. Pſyllii ℥.j. Camphoræ ℈iiij.

Pilulæ Leonis, Præceptoris Elidæi, ad mictum ſanguinis:

℞ Boli Armenæ orient. ℈j.ß. Sem. papaveris albi, ʒ.ij.ß. Trochiſc. de Carabe, Trochiſcor. Alkekengi cum opio, ana ʒ.ß. Mumiæ ℈ij. cum ſyrupo Myrtino fiant Pil. num.x.

Electuarium eiuſdem præſtans: ℞ Sacchari violati ℥.j. Iuſquiami albi, Sem. papaveris albi, ana ℈j. Lapid. Hęmatitis, ℈ß. Miſce, & cum ſyrupo Myrtino fiat Electuarium.

Item ℞ Lohoch de Portulaca, Philonii perſici, ſacchari Roſar. antiqui, ana ʒ.j. Miſce, & ſingulis diebus vtatur.

NB. Radix ſymphyti, vel Tragacantum, cum vino auſtero.

Potio Mithobii: ℞ Aquarum Plantaginis, ſerpentariæ, ana ℥.v. Gummi Arabici, Traganthi, ana ʒ.j. Mane & Veſperi inde bibat. Trochis. de roſis.

Ad vlcera Veſicæ:

℞ Tragacanthum, infundatur in vino dulci cocto: Miſceatur ex Cornu Cervi vſto, & parum liquiritiæ.

Montanus: In vlcere Veſicæ indigemus Emplaſtris conglutinantibus & adſtringentibus, iunctis cum Diureticis, quale eſt illud Andromachi 10. de Comp. Local. ℞ Sem. Lini, ſem. Papaveris albi, ſem. Cucum. Tragacanthi, ana ʒ.ij. Amyli ʒ. iiij. Ex aqua fiant paſtilli.

Elidæi, ad vlcera Veſicæ:

℞ Lithargirii, Ceruſſæ, Plumbi, Terræ ſigill. Succi liquiritiæ, corticum Thuris, Centiun nodiæ, ana part. j. Gallarum, Corticum Mandrag, ana part ß. Pulveriſentur ſubtiliter, & cum albumine ovi ſuper lamina plumbea cū piſtillo plumbeo diu agitentur & iniiciantur. Super Veſicā autē & Virgā fiat Fomentū cum aqua decoctionis Raparum & Corticum Papaveris & conſolidæ vtriuſque. Aut detur ʒ.j. Trochiſ. de Alkekengi Rhaſis, cum lacte recenti, aut decoctum Pentaphylli cum ſaccharo.

Matthioli, ad Stranguriam, & Dyſuriam:

Vrinam optime provocat Meliloti decoctio, per Clyſterem iniecta, ſive cum ſpongiis adplicata Renibus & Pectini.

Parietaria in aqua ſalſa & oleo decocta, & Pectini impoſita.

Dyſuriæ prodeſt plurimum, ſemen Abrotani & folia, bibitum ſive comeſtum.

Elidæus vtitur in ſuppreſſa Vrina fomento Parietariæ, cum Butyro aut oleo Scorpionum frixę. Item emplaſtro ex Radicula cocta, & cum oleo prædicto bene piſtata. Eſt enim vtrunque Remedium præſtans & ſæpiſſi-

piſſimè comprobatum. Aut coquatur Malva cum Coriandro & Allio, in vino albo bono, ad conſumptionem partis 3. & da bibere. Cocta ex oleo pro fotu veſicæ, Ruta.

Ardori Vrinæ prodeſt potus decocti Mentaſtri in aqua fluviali, quotidie.

℞ Cretami marini, folior. Camomil. Arteticæ, ana M. *ij*. Samſuci, rad. Althęæ, Sem. Lini, fœnu græci, ana ℥. *ij*. Bulliant in ſufficiente quantitate aquæ, pro Balneo, in quo ſedeat ad Renes. Item ℥. j. Cort. ovi, de quo extractus eſt pullus, cum ſaccharo & aqua Capill. ♀. Item pul. Cort. nucum aut frondium arboris cum vino, & id eſt expertum. Elixatura raparum coctarum in vino bibita, teſte Galeno, confert & fœdori aſſellarū & totius corporis. Seneciones cocti cum lardo porcino, & comeſti, vt Gnido de Aretio refert, ſtatim facit mingere. Aqua & ſuccus Raphani, Ciceris nigri, Parietariæ, duæ guttæ olei vitrioli, cum aqua ſaxifragiæ.

Laudantur Pul. Nuclei ceraſorum, in multa quantitate, aqua ceparum cum ſaccharo. Decoctio. Nidi Hirundinum in vino, pota ſimiliter pulvis dentis Apri ſyl. Succus limonum potatus. Succus vel infuſio (cū vino.) Parietariæ. Item ℞ Petroſelini Macedonici, Apii, valerianæ, Peucedani, Biſtortæ, Gentianæ, ana M. j. Dauci, Milii Solis, Eupatorii, ana M. j. ß. Spicæ Indæ & Celticæ, ana M. ß. coquantur in ſuff. q. aquę pro Balneo.

℞ Malvæ, Creſcionum, olei violar. Sem. Lini, flor. Camomil. fœnu græci, fol. violar. fac. Emplaſtrum, & detur de dicta decoctione. Item detur Benedicta cum Terebinthina, ana ℥ iij. Poſtea aquæ Creſcionum lib. ß. Pecten fomentetur cum filtro infuſo in butyro, oleo Scorpionum, Terebinthina, ana ℥. v. Croci ℈j. miſce. Poſtea ponatur in Balneo olei dulcis tepido. Poſtea detur ſuccus Limonis immaturi, cum Malvatico, ana ℥. iij.

Valent & nuclei Ceraſorum contuſi, & cum vino aut aliquo liquore diuretico exhibiti. Calide nec non duæ guttæ olei de Sulphure (vel olei vitrioli, cum vino vel aqua Agrimoniæ.

Mirabile eſt, ſi detur Cyathus vnus ſucci Parietariæ depurati, ſi ſit ob lapidem, aut materiam craſſam.

Pro quodam, in quo Vrina fuit detenta quinque diebus:

Elidæus primò fecit Clyſtere ex decoctione aut ſucco Parietariæ, Malvæ, Camomillæ, cum Benedicta, Caſſia, ana ℥. j. Olei Scorpionum vel Camomillæ, ℥. *iij*. Terebinthinæ ℥. j. Salis ℥. *iij*. miſce. Poſtea dedit Bolum: ℞. Caſſiæ, Terebinthinæ, ana ℥. vj. Benedictæ, ℥. *ij*. pul. Lap. Iudaici ℥. j. cum Oxymelite ſimp. fiat Bolus.

Sequenti Sero dedit Oxymel. ß. ℥. *ij*. Aquæ Capillor. ♀. ℥. vj. miſceantur. minxit deinde materias craſſas oppilantes.

Ad ſtranguriam cuiuſdam Præpoſiti Saltzburgenſis:

℞ Aquæ ardentis, aquæ communis, ſacchari Candi, & fiat Potus.

Elidæus dabat ſucci Parietariæ, ſ. a. depurati, ℥. iiij. cum ſaccharo Iulepizetur, hoc vtatur in potu ſingulo mane. (Contra Stranguriam commendatur, ſi guttæ *ij*. aut iij. olei de Iunipero vel aquæ, ante cibum ſummatur cum pane vel vino) Pecten fomentetur ſic: ℞ Terebinth. Olei Amygd. amar. Olei Scorpionum, ana lib. ſ. Poſt fomentationem applica Emplaſtrum factum ex Radicibus vſualibus decoctis, cum oleo Scorpionum & oleo Amygd. am. Ad idem facit ſuccus earum bibitus cum vino, aut in aqua creſcionum. Bulliant rad. Malvæ cum liquiritia, & cum ſaccharo fiat Potus. Facit etiam mingere, Emplaſtrum ex Stercore bovino calido, cum oleo Amygd. am. aut Scorpionum, pectini appoſitum, aut ex creſcionibus, Parietaria & butyro.

Similiter valent: Radix Raphani & lapatii, Petroſelini & Vrticæ, cocta cum vino accum oleo frixa ac pectini applicata.

Oleum Scorpionum antiquiſſimum, Virgæ inunctum. Similiter ʒ. *j*. Theriacæ electæ diſſoluta in vino decoctionis Allii.

Aliud: ℞ Aquæ Mellisq. ſ. terebinthinæ electæ, lotæ in aqua Fragariæ, ℥. ß. Diſſolvatur cum aqua Mellis, & detur mane, ieiuno ſtomacho. Aut fiat Emplaſtrum pro pectine, ex melle diſſoluto & bene incorporato cum fimo bovino. Similiter poteſt fieri Emplaſtrum ex capitibus alliorum, leviter coctis ſub Cinere, & in mortario tuſis, cum ʒ. *ij*. Piperis, & oleo Scorpionum.

Pilulæ excellentiſsimæ: ℞ Ireos, Chamædrios, ſem. fœniculi, Phu, Sem. Apii, Aniſorum, Aſare, ana ʒ. j. Gentianæ, Marrubii, ana ʒ. *ij*. Pulverizentur, & cum decoctione Aſari, ſquinanthi, Sem fœniculi, fac. Pil. ad ʒ. j. Da cum aqua calida decoctionis flor. Camomillæ. Incidunt humores, ac obſtructiones aperiunt mirabiliter.

Pulvis optimus: ℞ Electri albi ℥. ß. Rad. Pimpinellæ milii Solis, Petroſelini, ana ʒ. j. miſce. *Vnctio optima:* ℞ Terebinthinæ, olei de Scorpionibus, Pingued. Anſeris, ana lib. ſ. Croci ℈j. miſce.

NB. Fumanellus mirifice laudat ad Ardorem Vrinæ, Trochiſcos de Alkekengi. Vide Cap. proprio.

Pulvis Theophraſti Paracelſi, ad Dyſuriam.

Pulvis oculorum Cancrorum cum aqua Raphani, & ſacculus refertus Croco appoſitus Perinæo vel pubi. Glandium arridarum pulvis, aut Glandes aridæ comeſtæ. Pulvis ipſarum cum liquiritia.

Ad ardorem & mictum ſanguinis: ℞ Rhabarbari pulveriſati ʒ. iij. Terebinthinæ q. ſ. fiat Maſſa pro Pil. Doſis ʒ. j. vel ℈iiij. mane hora 6. ante prãdium. Curam Carbunculorum in meatu vrinario, vide apud Luſitanum, 4. Cent. 19.

Cura-

Curatio Diſuriæ & Stranguriæ, ex HOLLERIO:

Frigida cauſa tollitur Calorificis, vnguendo Perinæum & Pecten, Rutaceo, Anethino, Chamemelino, Scorpionum, Liliaceo, de Cheiri, de Cucumere, Aſinino, decocto ibi caſtoreo aut Ammoniaco.

Talia ſunt & Cerata, Fomenta ex decocto Maioranæ (pro pube & Perinæo) Pulegii, Origani, Thymi, Parietariæ, Siſymbrii, Arthemiſiæ &c.

Ex iiſdem Balnea, Item Emplaſtra ex Herbis dictis, cum oleo vel Butyro frixis. *Non omittatur Alvi per Enemata* proritatio, decoctum Iringii, Rad. Lappæ, Cyperi, Ammeos, Cinamomi, Nepetæ, Cimarum caulium, ſuccus Granorum Alkekengi cum vino albo. Lithontripon. Theriaca, El. ducis. Aurea Alex. Membro inſeratur pediculus, vel granum Salis, vel candela cerea oleo inuncta.

Si vero vrina ſit acrior, purgetur corpus, miſſo, ſi opus ſit, ſanguine, cum caſſia. Conveniunt Balnea & fotus ex decocto ſem. Lini, fœnu græci, Pſillii, Altheæ & Chamemeli. Oleum violatum, Papaverinum, Nenupharinum, & ex his cerata, additis ad ℥.j. cerati, Camphoræ granis iij. aut iiij. Lac Amygdalinum paratum hoc modo: ℞. Sem. Pſyllii, Melonum, Cucumeris, ana ℥.ij. Sem. Altheæ, citonior. ana ℥.j. Sem. Lactucæ, Hyoſciami albi, Papaveris albi, ana ℥. ß. Gummi Tragacanthi ℥.ij. fiat decoctio, cum qua diſſolve Amygdala dulcia cum ſaccharo violato.

Conveniunt: Aqua acetoſæ, Plantaginis, Laureolæ, Pentaphylli, cum Syr. de Iuiubis, de Papavere. Decoctum Glycirrhicæ, Lactucæ, Portulacæ, 4. Sem. Communium. Serum Lactis. Lac Capræ. Lac Amygd. hordeatum cum Sem. Lini, Melonum, Cucumeris, vt ſupra.

Si vlceris adeſt ſuſpicio, conveniunt: Bolus armenus, Terra ſigil. Sanguis Draconis, Pulvis equiſeti, cum lacte vſtulato, ſyrup. Myrtillor. Iulep. roſarum, ſacchar. Roſar. Triaſantalum, Tragacanthum frig. Cydoneatum ſine ſpeciebus. Iniiciaur lac recens mulctum (ter vel quater in die) cui in magno ardore addatur Mucago ſem. Papaveris, Pſillii, Cucumeris, & ſimilium, cum modico Camphoræ. Si conſolidandum, cum Lacte, amylum Sarcocolla, ceruſa.

NB. *Optimus ſit pulvis* ex Sacchari & pul. Sem. frigidorum maior. excorticatorum. Detur mane & Veſperi ad ℥.ij. cum violato, aut liquore convenienti. Item ℥.j. Trochiſcor. Alkekengi.

Grumi diſſolvantur incidentibus, decocto ſermentorum vitis, Stœchados, Mumia, Oxymelite. Similiter ſanies & pituita, incidentibus, vt vino Enulato, Succo Limonum. Valent, vnguentum Agrippæ, Martiatum ſi ſit à materia frigida.

Syrupus optimus Leonis, ad Ardorem Vrinæ:

℞. Fol. Malvæ, Altheæ. ana M. ij. Rad. Altheæ, Malvæ, ana ℥. ß. liqui-

titiæ

ritiæ ℥.j.ß.Sem. Malvæ, Althęæ, 4. Sem.frig.maior.ſem. Papaveris albi, ana ℥.ß.flor. Malvæ vel fol. Portulacæ M.j.ß.Sebeſten num.xxx.contuſa coquantur in ſ.q.Aq. Malvæ. Colati ℞ lib.j. Sacchari ℥.xij. & coquantur ad conſiſtentiam ſyrupi.

Trochiſci ad Diabten optimi, & Sitim extinguentes:

℞ Acatiæ ℨ.ij.Roſar. rub. incomplet.ſiccarum,ℨ.iij.Bol. Armenæ ℨ.iiij.Gummi Arab.ℨ.ij. Traganthi ℨ.j.ß.Terantur & cribellentur, & fiant Trochiſci cum mucilagine Pſillii. Dentur cum aqua frigida.

Ad Calculum & Dolorem Renum:

In Calculo Renum, ℞ Electri albi.℥.ß.Sem.Petroſelini,Milii Solis, Rad. Pimpinellæ,ana ℨ.j.miſceantur.

In Dolore Renali valent:Vnguentum de Alabaſtro Leonis,Item Terebinthina involuta in hoſtia, ad ℥.ß. nam renes mundificat.

Clyſtere optimum: Philonii ℨ.j.ß. diſſolvatur in medio Cyatho brodii pulli, cui adde olei communis Cyath.ij.fiat Chlyſma.Prius exhibeatur oleum Amygd.dul.& amararum.

Emplaſtrum: ℞ Pul.Milii, cum farina hordei & vino, quantum ſufficit,& fiat Emplaſtrum pro Renibus.

Sacculus,in dolore ex Calculo ℞ Parietariæ, ſanetionis,Fraga. Malvæ, Biſmalvæ,Matris viol.ana M.j. Sem. Lini M.iiij.Contūdantur groſſo modo,& fiat ſacculus quadratus,bulliat in lib.vij.aquæ,& totidem vini, & calidum apponatur.

Emplaſtrum de ficubus, Leonelli:

℞ Ficus ping. num.x. Sciſſæ per medium bulliant in ſ.q.aquæ ad conſumptionem tertiæ partis. In prædicta cōctione infundantur duæ medullæ panum, piſtentur deinde in mortario,addendo butyri recentis, ſine Sale,℥.ß.Lutea ovorum ij. Croci gr.vj.Miſce pro Emplaſtro. Mollificat & dilatat vias, vt Lapis facilius deſcendat, qui dolorem faciebat.Exhibeatur & ℥.j.confectionis Eleſcoph.& optime faciet.

Elidæus Bononienſis: Ad dolores renales & Iliacos optimum eſt,per dies iij.mane bibere Cyathum j.aquæ florum ſambuci.Item aqua folior. Cynogloſſæ,ſingulis 10.diebus, dando ℥.iij.& ſi adeſt dolor.℥.iiij. cum ſaccharo.Item aqua Cortic.exterior.fabarum recent.aqua ceterach.vel ſcolopendriæ.

Item ℞ Flor. Caſſiæ ℥.j. Specier. Ieræ ſimp.ℨ.ij.fiat Bolus, & immediate propinentur ℥. j. olei Amygd. amararum.

Ad Lapidem Renum: Detur Caſſia cum Benedicta, ana ℥.ß.cum aqua creſcionum,aut ceterach,aut folliculor.fabar.cum fabis viridibus. Semina Melonis præſervant à Lapide Renali.*Item decoquere Vrticas* cum carnibus.Filum crudum calefactum aqua, & adhibitum.

Clyſtere,pro remotione Doloris: ℞ Folior.Parietatiæ, Malvæ,ana M.j.ß. ſem.

Sem.Lini,fœnu græci, Rad.Altheæ, ana M.j.Aſari ℥.ij. Granat. Sebeſten num. 15.liquiritiæ raſę,ſem.Milii Solis,ana ℥.ß.flor.Camomillæ M.ß. cõtundenda contundantur,& incidenda incidantur,& bulliant in ſ.q.aquę. *Colatura* ℞ *q.v.& ſ.pro* Clyſtere, Benedictæ ℥.j.olei amygd.amarar.℥.iij. ſacchari ℥.j. ß. Salis ʒ. ij. vitellum ovi.j.

Aut purgetur cum ℥.x.Floris Caſſiæ recent.cum ℥.iiij.olei amygd.dul. pro Potu.Aut ſic:℞ Elect. de Sebeſten,floris Caſſiæ,ana ʒ.vij.Elect.Indi ʒ.j.ß.Sacchari fini q.ſ. & fiat Bolus,cui quandoque addo ʒ. j.Lapidis Iudaici remoliti ſuper Cote cum decoct.Milii Solis. Aut fiat Potio cum decoctione renali.

Tertio veniendum eſt ad Lapidis excretionem, frangendo ipſum cum Inciſivis,ſubtiliativis & aperitivis. Et hoc bene purgato corpore. Quo tẽpore poſſet dari aqua de Brandula, de aquario,iij.bocalia provice, actu calida. Vltimo ponatur in oleo tepido.

Si perſeveraverit dolor, facta evacuatione: ℞ Liquiritiæ raſæ, paſſularum,ana ʒ.ij.Milii Solis,Capill.♀.ana ℥.ß.Bulliant in aqua Camomillæ, agrimoniæ vel Parietariæ,aut fœniculi.Poſtea ℞ decoctionis ℥.ij.ß.Litontribonis ʒ.ij.Philonii Romani ℈ij.Vini albi odoriferi ℥.ij.ſacchari opt.ʒ.ß. Miſce & fiat Potus ſumendus per horas iij.ante Prandium.

Alia Potio: ℞ Sanguinis Hirci præparati,ʒ.j.ß.Oxymelitis ſquillitici,℥. ß.decoctionis Raphani in vino albo, ℥.iij.Miſce.

Secretum,in magno dolore:

℞ Philonii Perſici ℥.j. Cui ſuperbibat olei amygdalarum amararum ℥.iiij.

Potio optima, frangans lapidem:

℞ Sanguinis Hirci præparati, ʒ.j.ß.Cineris Scorpionis ℈j. Theriacæ electæ ℈ß. vitri combuſt. præparati ʒj.Decoctionis Raphani,ſaxifragiæ, Alkekengi factæ in vino albo & ſubtili,aut aquæ Fabarum,℥.iij. fiat Potio.

Si Lapis non exit, intret Balneum artificiale ex Parietaria, Malva, Sem. Lini,fœnu græci,Rad.Altheæ, & ſimilibus,actu calidum.Aut ex oleo, quod erit præſtantius. Iuvat & provocatio Hæmorrhoid.

Quarto oportet confortare Stomachum,& malam complexionem Renum removere.℞ Decoctionis dictæ lib.j.ß.Floris Caſſiæ recentis ℥.j. Benedictæ ʒ. vj. Sacchari rubei ℥.ij.ß. olei amygd.dulcium ℥.iiij.Salis communis ℥.ß.vitellum ovi j. & miſceantur pro Clyſtere.

Eductis fecibus,fiat ſequens,quod eſt mirabile ad ſedandum dolorem: ℞ Olei de ſem.Lini,lib.j. olei amygd. dul.lib.ß.pingued.Gallinæ aut butyri,℥.iiij. vitellos ovor. ij. & actu calidum imponatur. Per os vero detur olei amygd.dul.& amar. recent. ana ℥.iij.ß.Aut ℥.vij. olei amygd.amar.& tardetur cibus per hor.7.

Fiat & fomentatio & inunctio, vt ℞ Flor. Camomillæ, ſem. Lini, Rad. Altheæ, ana M. j. Bulliant in ſufficienti q. vini albi & aquæ, fiat fomentatio cum ſpongiis, & exiccato loco, inunctio: ℞ Olei Scorpionum ℥. j. Olei amygd. dulcium, butyri recentis, ana ℥. ß. Mucilaginis fœnu græci, ſem. Lini, ana ʒ. v. Pul. Rad. Saſſifragiæ, ʒ. j. Ceræ parum, & fiat vnguentum.

NB. *Quidam omnibus præferebat* Oculos ♋. Si octo vel ſeptem vna vice ſumantur.

Matthiolus laudat Oſſicula capitis Percarum.

Vltimo deveniendum ad Narcotica cæteris non conferentibus, Vt: ℞ Decoctionis dictæ lib. j. ß. Philonii Romani ʒ. j. Ol. amygd. dul. ℥. *vj.* vini albi odoriferi & clari, ℥. iij. poteſt fieri Potio & Enema.

Ad removendam malam complexionem calidam Renum, eſt vnguēt. de amylo, cum Camphora, Montagnanæ, bis aut ter in die, Santalinū, Comitiſſæ, quibus poteſt addere oleum violatum, ne ſint nimis Stiptica, Emplaſt. ex Portulaca, fol. Roſis decoctis in lacte vaccino aut ovino, aut cum Santalis & oleo Roſar. Omphacino. Folia Nenupharis, applicata Renibus, ſunt præſtantiſſima, ſimiliter & oleum. Stomachus confortetur fomentationibus & Inunctionibus conſuetis. Inprimis Renibus calidis optima eſt Aquas ferreæ mineræ. Confortat & Stomachum corrugando eum.

Valet & ad Lapidem, Succus Parietariæ bibitus, ſuccus Creſcionum & radicum vſualium, Emplaſtrum ex Radiculis coctis & incorporatis oleo Scorpionum, & oleo amygd. amar. Parietaria elixata cum oleo Scorpionum & Croco.

Bolus ferè miraculoſus, ad Lapidem in Renibus:

℞ Terebinthinæ, Benedictę, laxat. ana ℥. ß. Fiat bolus cum ſaccharo, & ʒ. j. pul. Lapid. Iudaici, ſuperbibendo aquæ Creſcion. ℥. vj. Locus fomentetur cum Terebinthina, oleo amygd. amar, & Scorpionum, butyro & pingued. Anſeris. Ex his oleis fac Clyſterem cum ℈j. croci.

NB. *Nobilis Matrona quædam Stutgardi mihi* commendabat hauſtum aquæ ſtillatitiæ Dipſaci, ac toto Anno dolorem remittere ſe expertam Sancte iurabat.

Pulvis optimus: ℞ Sem. Geniſtæ ℈*ij*. ſem. Dauci, Aniſi, fœniculi, ana ℈ß. fiat Pulvis, & detur cum Rhodomelle. Aqua Vitæ ex Iuniperi granis & Chamæciſſo. Optimum erit, & ſic procedere: Primo exhibe ℥. v. Olei amygd. amar. recentis, & poſt duas horas hanc ſequentem Potionem: ℞ Folior. aut Rad. Malvæ, ſem. Altheæ, ana M. *j.* Liquiritiæ raſæ ℥. j. butyri recentis ℥. *ij.* & tantundem Mellis deſpumati, bulliant in ſuff. q. aquæ Creſcionum, ad conſumptionem partis tertiæ. Colatura detur calida. Die ſequenti capiat Bolum ex Caſſia & Benedicta, cum Coſtino, ſuperbibendo aquam Creſcionum. Interdum & ſanguinis Hircini ʒ. ß. addimus Bolo.

Syru-

Syrupus præſtans Clipeoli:

℞ Liquiritiæ raſæ ℥. j. Tamarind. ℥. iij. Paſſular. mundatar. ab acillis, Polypodii Quercini, ſem. Aniſi, ana ℥. ij. Rad. fœniculi, Petroſelini, ana ℥. ß. Maioranæ, Lavendulæ, Saxifragiæ, ana M. ß. Zuchari quart. *j*. Coquantur Lege artis in ſuff. quant. aquæ fluminis, ad conſumptionem partis tertiæ. Colatura aromatizetur cum Cinamomi electiſs. ℥. *ij*. Zinzib. albi ℥. *j*. & cum ſaccharo q. ſ. fiat ſyrupus longus ſ. a. (℥. j. flor. Sambuci tritorum & ſiccator.)

Ad Calculum Renalem commendantur: Radix verbena contuſa, in vino decocta, ac decoctio bibita, ſolvit enim quicquid vrinam impedit. Pulvis Hederæ terreſtris eſt mirabilis, Item Pulvis Glandium. N. Suſpende pugillum pulveris appropriati cum linteolo, in ſextario vini, de quo cum ſentit lapidem, bibat mane & veſperi, per triduum.

Medicamentum expertiſſimum & infallibile ad Renes calculoſos:

℞ Geniſtæ cum flor. & ſem. (Paracelſi aquileium Spinoſum) M. vj. Combure ad Cineres, ad quos infunde vini inflammati, Quart. j. & fiat Lixivium ſ. a. perſaccum, in forma clareti, de quo accipe ℥. iij. in ingreſſu balnei, & totidem in exitu, & deinde in lecto ſudet.

Herbæ pro Balneo: ℞ Malvæ, Biſmalvæ, Naſturtii, Senetionis, ana q. v. & coquantur pro Balneo.

In Calculo Renum & Veſicæ: Provocetur Lotium & veſica purgetur, decocto Aſari, Camillæ, Petroſelini, Arthemiſiæ, ſerpilli, Anethi, ana M. j. cum ℥. ß. Liquiritiæ. Coquantur in duobus Cantharis Cereviſiæ veteris, & mane & Serò calidum bibatur, & inter paſtum, pro libitu.

Aetius laudat decoctum Eringii, ſimiliter decoctum Triſſaginis, & dictamni.

NB. ℞ Pul. Elenii, ſem. Petroſelini ana ℥. *j*. ß. Oculorum ♋. ℥. j. ſem. Xãthii, M. *j*. Doſis teſta nucis dimidiæ, cum Cochleariis iiij. aquæ Petroſelini vel veronicæ, omni veſpera. Hic pulvis Calculum ſine dolore frangit, & cum lotio expellit.

Bellocati: Pulvis Aſellorum, cum decocto Petroſelini vel Apii. Sanguis Leporis, etiam extra appoſitus, ſervatur ad vſum exiccatus. Spongiæ cynorrhodi pulvis, cum æquali portione Cinamomi. Frangit & præſervat. Vngatur oleo Scorpionum.

Maximiliani Imperatoris Secretum, quo toto Anno quis præſervatur, vt dicebat Hieronymus *Heſpergius:*

Pulverem oſſium Meſpilorum, rigatum aqua ardenti, ſiccato, cuius ℞ ℥. ß. divide in part. *vij*. ac Menſe Maio, Luna creſcente, dato ſingulis diebus vnam partem cum vino bono, horis ante cibũ tribus. Expurgat totius Anni Collectanea. Aliqui addunt pulverem Cynorrhodi Lapillorum. Aliqui pulverem Aniſorum.

Montanus : Sumpta Caſſia cum Hieræ ʒ.ij. bibat decoctum ſequẽs ni,4.vel 5.horis ante prandium : ℞. Cicerum rub.30.ſem. Alkekengi ℥.ß.Ceterach,fœniculi,ana M.j. cinamomi ʒ.ß.Bulliant in duobus ſcutellis Iuris pulli,ad caſum dimidii. Colaturæ ℞ ℥.iiij.cum ℥.j ſacchari. NB. Elect.ex Raphano.

Sacculi fiant ex Anodynis, ac lo‑cus inungatur cum portione, inſtar Avellanæ, vnguenti ex oleo Scorpion. amygdalarum,violarum, pinguedine Gallinæ,anatis, cum Ceræ modico.

Eraſtus : Mirabile eſt & potens, ſi purgato corpore in Balneo detur cochlear. Aquæ Ononidis, pellit enim Calculum Renum vehementer, nec detur vltra cochleare.

Matthiolus : Corticis Rad. Ononidis lib.ij.cum Cretici lib. iiij. macerentur ſeptem diebus, poſtea deſtillentur in Balneo. Datur potio mediocris.

Oleum poſt Balneum : ℞ Olei Scorpionum ℥.j.ß.abſynthii, olei amygd. amar.ol.Spicæ,ana ℥.ß.Miſce.

Vnguentum expertiſſimum Varignanæ:

℞ Olei Scorpion.℥.ij.olei amygd. amar.℥.j.Succi folior. Raphani ℥. ij. ſucci ſolatri ℥.ij. bulliant lento igne ad ſuccorum conſumptionem. Adde mucilag.rad.Althéæ ℥. j. ß. Gummi ceraſor.Rhabarbari electi,ana ʒ. ij. Cineris Scorpionum, Pul.Leporis vſti,ſanguinis Hircini præparati,Lap. Spongiæ,Iudaici,granor.Alkekengi, ana ℈j.Ceræ q.ſ.Miſce pro vnguento ſ.a.Si renes eſſent valde calidi,poſſet addi parum vnguenti Santalini aut Infrig.Galeni.

Experimentum præſtans, Domini de Parsberg:

℞ Spicæ Celticæ,q.v. bulliat in ℥. vj.Vini veteris, ad conſumptionem partis tertiæ,de quo mane & veſperi ſumat bonum hauſtum.Bis in Anno. NB.Ad Calculum parabis aquam præſtantem, deſtillatam ex pulveribus requiſitis,cum aqua Iuniperi,quę poſtea poteſt dulcorari.

NB.Rehenknie/wie Haſenſprung/ vel colentur grana v.ad x.Alkekengi, cum ſem.Aniſi,Carlina,Aſaro,&Lapillis cancror. per vinum, valet & in Dyſuria.

Deſtillatum præſtans,contra Calculum & Arenam:

Rhabarbari ʒ.ij.Iuniperi ℥.j. Corticis Caſſiæ fiſt.ʒ.iij.Lap.Iudaici,ʒ.ß. Agarici,Zinzib.Cinamomi, Galangæ,ana ʒ. j. Mithridatii electi ʒ.iij. Macis ʒ.ß.Maſtichis ʒ.j. Caryophyllor.ʒ.ß.Vini ſublimati fortis lib. ij. Cretici lib. iiij. Macerentur & Soli exponantur fere per medium Annum,aut 4.Anni part.poſtea deſtilletur.Sumantur ʒ.ij.omni mane,vel in Balneo.

Altomarus : ℞ Sem.Althéæ, violar. albar,ana gr.v.Milii Solis,Liquiritiæ ana

ana ℈ß.Lap.Iudaici, ſpongiæ Lap.ana gr.ij. Pul.oſſium Dactylor. Ceraſorum, Meſpilorum, ana ℈j.ſem. Melonum ℥.iiij, fiat Pulvis. Doſis ʒ.j. cum vino albo, vel decocto aſplenii vel Cicerum.

Expertiſſimum, contra Arenas, D. Præpoſiti Novacellenſis:

℞ Verbenæ ℥.ß. Milii Solis, ſem. Petroſelini, ana ℥.j. ſem. Raphani, Rutæ muralis, Rhabarbari, Lapillor. Meſpilorum, granor. Alkekengi, ana ℥.j.ß. Zinzib. Cinamomi, ana ℥.ß. ſacchari ad pondus omnium. Pulveriſata miſceantur & ſerventur. Doſis ʒ.j. cum vino vel brodio Ciceris. Quando ſentit dolorem, mane vel ſero, ſeu ante introitum balnei. Videbis mirabilia in vrina de Lapidibus, & hoc fuit Secretum iſtius Præpoſiti.

Pulvis alius optimus Doct. Nævij: ℞ Rad. Enulæ ʒ.j. Liquiritiæ, raſæ ℈j. Petroſelini ℈ij. Cinamomi optimi, ʒ.j.ß. ſem. Saxifragię, Milii Solis, ana ʒ.ß. Alkekengi ℈iij. ſem. aniſi, fœniculi, Baccarum Lauri, ana ℈ij. Pulveriſatis adde Specier. lithontribon, ʒ.ß. ſacchari albiſſimi, ℥.j. Fiat pulvis. Doſis ʒ.ß. cum aqua Petroſelini.

Ein köſtliche *Tragœa*, vor den Grieß vnd Stein/ *Secretum Hartmanni præſtantiſs.*

℞ Specier. Lithontrib. ʒ.ij. ſem. aniſi, Fœniculi, Carui, Dauci, Milii Solis, Aſparagi, Granor. Iuniperi, ana ʒ.ij. Ameos Amomi, ana ʒ.j. ſem. Erucæ, Filipendulæ, Tribuli Marini. Piperis longi & Nigri, Lap. Iudaici, Lincis, Phu, Mei, ana ʒ.ß. ſacchari q.ſ. ad dulcorandum, fiat pulvis ſ.a. probe omnia miſce.

Ab arena & Lapide Renum præſervant: aſſumptio menſtrui ſiccati, ficus ſiccæ cum pipere ieiunè comeſtæ. Item ℞ rad. Aſparagi M.j. coquãtur in ij. phialis aquæ, ad conſumptionem medietatis. In colatura iterum coquatur huius radicis M. j. ac de colatura mane coquatur Cyathus vnus.

Quidam commendabat Ius Gallinæ decoctum cum radicibus Altheæ, mane & Veſperi potum.

Montanus, in Dolore Renum, ex Calculo: Provocetur vomitus, deinde iniiciatur Clyſtere, ad excutiendos flatus & ſedandos dolores: ℞ Anethi, Camomillæ, ana M. j. Fœnugræci, ſem. Lini, ana ℥.j. cumini ℥.ß. Decoquantur in aqua ad dimidium. Cuius ℞ lib.j. olei camemelini ℥.vj. *Si dolor adhuc inſiſtat*, adde Ieræ ʒ.vj. Diaphęniconis ʒ.iiij. Olei Anethini ℥.j. Exterius cum lana ſuccida applicetur oleum de ſcorpionibus, confectum cum Ol. amygd. amar. Aut oleum Lilior. albor. aut Anethinum, vel Camemelinum, aut ex his compoſitum. Bibat Ius pulli calidum, cum Cinamomo vel aniſo. Syrupus ex ſucco Camemeli & melle veſperi ſumptus, cum aqua Fontis, inſtar Iulepe.

Dolore adhuc ſtante: ℞ Floris caſſiæ ʒ.vj. Spec. Hieræ ſimp. ʒ.ij. Miſce,

& fiat Bolus cum ſaccharo, ſuperbibendo heminam Iuris, in quo decocta ſint Folia Malvæ & Hordeum.

N. Bibat aquam Hordei, cum ſaccharo.

Rotulæ ex ſaccharo & pulvere electri pro delicatis.

Pro præſervatione, ſingulis vtatur menſibus ℨ.j. pilularum ſequentium hora j. ante Cœnam:

℞ Rhabarbari electi, Aloes opt. agarici, ana ℨ.ij. Roſarum, Myrobalanor. citrinor. ana ℨ j. ſpicæ, ſem. fœniculi, ana ℨ.ß. Pulverizata omnia & miſta, cum mucilagine rad. Althęæ & ſaccharo fiat Magdaleon pro Pilulis.

℞ Iuris pulli lib. ij. Radices Althęæ ij. folior. Malvæ p. j. Grana Alkekengi x. Cicer. rub. gr. xx. Cinamomi groſſe contuſi ℨ.ß. Bulliant ad dimidium, Colatura cum butyro recenti, vel oleo amygd. dul. ac ſaccharo bibatur calida temperate. Bibat aquam Hordei cum ſaccharo.

Eraſti, pro Nephritico, Tragœa optima & probata:

℞ Sem. Petroſelini, Milii Solis, ſem. Vrticæ, ana ℨ. j. ſem. fœniculi, aniſi, ana ℨ.ß. Nucleor. Perſic iij. oculor. ♋. ℈ij. Cribrata miſce cum ſacchari, ana. Doſis ℨ. j. ſtatim à die & nocte cum aqua Ononidis.

Tragœa præſtans ad Renes Calculoſos, Domini Chriſtoph. Fuchſii:

℞ Sem. Vrticæ, Petroſelini, ana ℨ. ij. ſem. fœniculi, aniſi, ana ℨ. j. Milii Solis ℈ij. oculorum Cancrorum ℈j. ß. Nucleorum Perſicorum, ℨ. iiij. ſacchari pondus æquale. Doſis ℨ. j. Doſis hęc magna, magnum ex renibus exturbabat Calculum. 1572.

Ex Conſilio Doctoris Heinrici Eberbachs, Erphurdiani:

In præſervando: Abſtineat à pinguibus, viſcidis, Carnibus ac Piſcibus, Leguminibus, Cruditate, Crapula, nec non ab iis, quæ Epar ac Renes accendunt. Item à dulcibus, groſſis, frixis. Bibat claram cerevisiam, vinum clarum, & abſtineat à fortibus diureticis & ſolutivis. Frequens conſtipatio ſolvatur Enematibus. Maior pars præſervationis ſtat in contemperatione Renum, ne ipſorum Caliditate materia Calculi, cruditate ventriculi multiplicata, retineatur, & non expulſa in Calculum vertatur. Vtantur itaque laxantibus fructibus, avenato, Hordeato. Succo Limonum, acetoſæ, cum decocto Cicerum rub. & ſem. Melonum. Vina fortia, medicata & Aromatica materiam ſordidam ad Renes deducunt.

Ne autem materiæ in Renibus propter viſcoſitatem retineantur, inciſiva cum aliqualiter Diureticis debent propinari, vt: Decoctum M. j. ramulorũ novellorum caulis rub. cũ modico Salis, bis leviter bulliant, & capiatur hauſtus 9. aut 10. diebus. Præſervat per Quartale Anni. Evacuetur & materia antecedens quotannis, bis aut ter, cum caſſia extracta, cum caricar. decocto, & Paſſularum, Sebeſten, Iuiubarum.

In

In Cura: Venter conſtipatus emolliatur ſuppoſitorio & Enemate. Poſtea balneum fiat ex decocto Malvæ, Bismalvæ, ana M. iiij. Sem. fœnugræci M.j. Chamomeli, Parietariæ, ana M.iij. ſem. Anethi M.ſ. Vel applicētur Spōgiæ decocto rigatę. Inungatur Dialthęa, aut Liliorum oleo, horis elapſis 6. renovando, pro dilatandis viis. Aut fiat Emplaſtrūm ex M.ij. fol. Malvæ & Bismalvę, Caricarum p. M. j. ſem. Althęæ, fœnugræci, ana ℥.ij. Butyri inſulſi ℥.ij. vel iij. Applicetur vna pars mane, altera Sero.

In proceſſu, pro eradicatione Calculi & feculentiæ Tartaroſæ, vrinam provocantia competunt, vt ℞ Rad. aſparagi, Chamænubi, ana M.ij. Cicer. nig. M.j. Decoquantur in aqua pluvia, in fine addendo ℥.j. aceti ſquillitici. Poculum detur mane & veſperi incidit inſigniter abſque calefactione. In Proceſſu addatur de ſanguine Hircino, vel Lap. Spongię aut Iudaici, quantitate Avellanę. Eodem tempore applicentur Ventoſæ abſque ſcarificatione, ad Renem dolentem. Poſtea partibus ſubiacentibus, verſus inguina, & aliquoties removeantur, rurſus imponendo, vt Lapis eradicetur de loco. Dolor circa pectinē arguit lapidem deſcendiſſe. Fiat tunc inunctio cum oleo Scorpionum comp. quod & iniici poterit per virgam, ſed non ante viarum relaxationem.

Melicratum Diureticum præſtantiſſimum.

℞ Rad. Aſari (gelb Schwertel) M. ij. Valerianę, Maioranæ, ana M.ij. Polii mont. Sabinæ, ana M.ß. Apii montani & domeſtici, ſem. Dauci, fœniculi, ſeſeleos, ameos, ana ℥. ß. Cinamomi electi ℥.ß. aceti ſquillitici ℥. ß. Mellis deſpumati ℥.ij. fiat Melicratum bene clarificatum, ad lib. ij. Cuius detur modicum vitrum ante prādium, horis ij. & ante Cœnam, & à Cœna tribus horis. Vſurpatur & tinna. Sic diebus 7. vel circa, lapilli & arenæ diſſolventur. Non mingat, niſi appetat, & tunc fortiter impellat vrinam, vt vna prodeant lapilli, quod optime ſuccedet in tinna.

Experimentum optimum ad Calculum:

℞ Sem. Pimpinellæ, Apii, Petroſelini, Lappę, Caryophyllor. Maſtichis, ana, Frita miſceanrur cum ſanguine Hirci & modico boni aceti, & facta aliquot diebus digeſtione, deſtillentur. Reſolvit Calculum in arenas, quotidie à Ieiuno hauſta, & omnem ſcabiem ſanat.

Matthiolus: Glutinoſa Veſicæ & Renum excrementa deturbat aqua corticum Radicis Ononidis, cum generoſo vino deſtillatorum,

Argenterius, in Dolore ex Calculo & Colica:

Subducatur Alvus cum Clyſteriis mollientibus, deinde acrioribus & flatum diſcutientibus. Aut cum Medicamentis Benedictis, vt ſunt: Caſſia cum Benedicta, & melle Roſaceo, Diaphœnicum à ℥.ß. ad ℥.j. cum Iera, vel

vel decocto Chamæmeli, vel cum caſſia. (prodeſt & vomitus.) Dolore vrgente, & conſentientibus cæteris, ſanguis mittatur ex Cubito, morbo incipiente, in Inveterato verè, ex Poplite, Fomenta fiant ex Anodynis, vt ex decocto Chamæmeli, Anethi, ſem. Lini, fœnugræci, rad. ex foliis Althęæ, Parietariæ, cum ſpongia vel veſica ſemiplena. Conferunt & ſacculi ex furfure, Milio, Sale, floribus Chamæmeli, ſem. aniſi & Cumini. Parietaria calefacta, & ſemicocta in ſartagine, aſperſo vino cretico, cum Sale, aut aceto, inter coquendum, vel incocta cum butyro & oleo Scorpionum. Fomentum ex oleo Scorpionū, Terebinthina & butyro recenti, & modico Croci, ſimul coctis. (℞ Nucleor. Amarenorum, Perſicorum, Macis, ana, & fiat Pulvis. Doſis ʒ. j. cum tenui cereviſia, in balneo dulci. Vel pulvis ſem. Apii ad quantitatem Avellanæ ſumatur cum cochleari aquæ Petroſelini & Raphani horis duabus ante cibum.) Emplaſtra ex prædictis rebus, herbis & ſeminibus, aut ex rad. Althęæ & Parietaria, coctis cum oleo ſcorpionum & Croco. Inunctiones ex oleo Scorpion. Camemelino, amygd. butyro recenti, Gallinæ pinguedine circa lumbos ſc. & Ilia, vſque ad pudenda. Cataplaſmata ex farina tritici cum ſem. Lini, fœnugræci, rad. Althęæ, cum melle, oleo Anethino & Terebinthina. Item ex farina Lupinorum in paſſo cocta, addita Peucedani radice, trita & pulveriſata. Item ex pane in paſſo cocto. Maxime verò mitigant Cruciatus hos Balnea & inſeſſus, quibus peractis, veniendum eſt ad ea, quæ Renes expurgant & lapidem extrudunt, qua in re nil melius eſt aqua Parietariæ, quæ Salſa eſt. Quibus verò non ſuppetit, confert hoc maxime Remedium: ℞ Decocti Radicum & folior. Althęæ ℥.ij. Mellis roſati ℥.j.ß. Butyri recētis ℥.j. & calidū bibat. Cōfert & Terebinthina lota cum aqua Graminis, ad ℥.ß. cum ℈j. pul. Liquiritiæ. His enim & ſimilibus dilatantur & molliuntur Vaſa, vt Calculo tranſeunti tuſo præbeant exitum, nec non Lapis à Renibus abſtergitur. Poſſunt inde fieri variæ Medicamentorum formæ. Quæ vero Calculum incidere dicuntur, à Galeno (quamvis forte minus recte) ſunt iſta: Polium, Ocra, vitrum vſtum, acetum ſquilliticum, Adiopithum, radix Graminis, Arthemiſia vtraque, Bdellion, Ceterach, Pœonia, Damaſonium, Radix Lauri, Cicera, ſem. Althęæ, Gummi Pruni & Ceraſorum, Radix Cyperi, vmbilici ♀. hippomarathri, fructus paliuri, Symphytum, Lapis Spongiæ, Iudaicus, Veſicæ. Semina communia frigida, Ficus, Grana Iuniperi, Stercus murium cum aceto. Scorpius aſſus, comeſtus cum pane. Theriaca, ſem. vrticæ, Pili Leporis vſti, Saxifragia, ſang. Hirci præparatus: Myrrha, Carduus Agreſtis, Oſſa Meſpilorum, Elect. Iuſtini, Radix aſparagorum & Rubi, Betonica, Milium Solis, Grana Alkekengi, Rad. rubiæ, mandibulæ Lucii ſeu Lupi, aqua deſtillata Limonum ad ℥.iiij. pota bis vel ter Poſtea bibatur

tur Aqua folior. Mori nigri. Aqua Geniſtæ.

CALCVLVS VESICÆ.

Vnguentum præſtans, de Allio, ad Calculum Veſicæ, nec non ad Stranguriam:

Ol. de Scorpion. ℥. iiij. Allii, ſubtiliter inciſi, quantum oleum capere poteſt, & bulliant lento igne, ad aquoſitatis totius conſumptionem. Colaturæ cum expreſſione forti adde axungiæ Porci, ℥. j. Gummi Ceraſorum ℥. *ij*. Galbani, Bdellii, ammoniaci, ana ℈ *ij*. Cineris ſcorpion. pul. Leporis vſti, ſang. Hircini præparati, Lap. Spongiæ, Iudaici, ſem. Geniſtæ, ana ℈ *j*. Diſſolvenda diſſolvantur cum aceto, & cum Cera q. ſ. fiat vnguentum ſ. a.

Pulvis & decoctum Cariophylleæ noſtratis, habetur pro Secreto in Calculo.

Aliud Secretum in Calculo: Vitelli ovorum coctorum in aqua conficiantur cum oleo Nardino & Maſticino, addatur pul. Lapidis Iudaici, Inde emplaſtretur virga & pecten.

Emplaſtrum mollificativum optimum, in omni Lapide:

℞ Malvæ, biſmalvæ, ſem. Altheæ, Lini, Caricar. ping. butyri recentis ana ℥. j. Olei amygd. dul. ℥. *ij*. fiat emplaſtrum, apponendum loco vbi eſt lapis, per diem medium. Poſtea inungatur oleo Scorpion. aut ℞ Ol. ſcorpion. ℥. iiij. Lap. Spongiæ, Lap. Iudaici, ana ʒ. j. Ceræ q. ſ. & fiat vnguentum ſ. a.

Pulvis in Calculo mirabilis, Doctoris Stockeri:

℞ Sem. apii, oculor. Cancror. Milii Solis, Nucleor. Perſicorum, faucium Lucior. ſem. vrticæ, ſem. Raphani, Glandium exiccatar, ana ℥. ß. granorum Hederæ arboreæ ʒ. ij. Miſce, & fiat pulvis. Doſis eſt ʒ. j. ſuper pane toſto, aut cum vino, aut aliqua aqua diuretica.

Hauſtus præſtans, ſæpiſſime in Calculo expertus à Doctore Magenbuch.

℞ Spicam Celticam, bulliat in ℥. vj. Vini veteris, ad conſumptionem partis tertiæ. Adde Lap. Iudaici ʒ. ß. remoliti ſuper cote cum decoctione Milii Solis, in qua bulliat aniſorum, Cimini, ana parum. Colaturam ſumat mane & veſperi bono hauſtu. Multos hoc Remedio curavit, qui per aliquot annos ex aliis Medicamentis nihil aut parum vtilitatis ſenſerant.

Deſtillatio optima, ad Calculum:

℞ Rad. Enulæ cum herba M. iii*j*. Calamenti, Mentaſtri, ana M. *vj*. agrimoniæ M. iij. Lapatii acuti, Betonicæ, Raphani maioris cum Herba, Pentaphylli, Saxifragiæ, Rad. ſcolopendriæ, ana M. *ij*. Deſtillentur omnia ſimul per alembicum. ℞ Pul. Rutæ ℥.

tæ ℥.ij.Straminis de Fabis M.ij. ſem. Raphani, ſem.violarum,ſem. communiũ frigidor. maior.ana ℥.ß.ſquinanthi, Cyperi, Spicæ, Gentianę, cardamomi, ſem.Saxifragię, ana ℨ.ij. Hic pulvis cum ſupraſcripta Aqua exhibeatur.Pul.Rad. anonis, Item aqua ſublimata Quercus.

Præſervativum optimum: Grana cynoſbati ſingulis menſibus ieiuno Stomacho in calido vino aſſumantur, horis tribus ante cibum, præſertim ☽ adhuc nova. *Laudatur & pulvis Leporis* cremati, abſciſſo capite & pedibus, ſi detur cum vino.

Præſervativum aliud: ℞ Columbos 10.vel 12.albos, ſtent ieiuni per diem clauſos ciba ſemine Lini per aliquot dies, eorum Stercus poſtea accipe, & pone in forti aceto in vaſe vitreato. Pone ad Solem, per dies 4. & ſæpe miſceantur. Poſtea aquam ſublima per alembicum, & de ea bibe iiij.diebus continuis, ad quantitatem ℥.iij. Exibit enim Lapis in arenam converſus. Perſonacia cum vitro combuſto, in aqua Diuretica.

Experimentum optimum Elidæi, præmiſſis univerſalibus & particularibus purgationibus:

℞ Milii Solis, ſem.Lappæ, vitri combuſti, Saxifragiæ, ſpicæ Nardi, Betonicæ, piperis albi, ana ℥.ß. Petroſelini, Folii, ana ℨ vj. ſem. Rutæ agreſt. ℥.ij.vini Malvatici & Mellis deſpumati q. ſ. & fiat Electuarium ſ.a. de quo capiat mane & veſperi, ieiuno Stomacho, ad quantitatem Caſtaneę magnæ immediatè ſuperbibendo aquam Ceterach vel Saxifragiæ, aut pateram brodii, quod propter præſtantiam Manus Deorum appellant: quod ſic paratur: ℞ Sanguinis Hircini ſubtiliſs. pulveriſati, ℨ.j. ß. cum ℥. vij. brodii Ciceris nigri, in quo decoctum ſit apium montanum, ſaxifragia. Betonica & Milium Solis, fiat Potus.

Rotulæ Elidæi præſtantes ad Calculum:

℞ Milii Solis, ſem. fœniculi, Alkekengi, ana ℨ.j. ſacchari albiſſimi diſſoluti in aqua ſem. com. frig. q. ſ. fiat confectio in Rotulis, quarum una pendeat ℨj. ß.

NB. Lapis Veſicæ cum aqua Raphani & Saxifragiæ quotidie datus.

Montanus: Renibus Calculo affectis Raphani Radicem in tenuiſſima ramenta deraſam, & in anſerino adipe frixam apponimus.

Magius: ℞ Sem. Petroſelini, Rad. eiuſdem exenteratæ mundatæ ana ℥. ß. floris Cardui ſtellati, ℥.j. ſiccentur in furno, cuius Doſis eſt ℨ.j. *Idem faciunt*: pulvis geniſtellæ, nuclei Meſpilorum pulverizat. Grana veri Meſpili, qui eſt Azarolus vulgaris. Item pulvis virgæ aureæ, vel eius decoctum, os capitis potatum, Cinis ſcorpionis Leporis cum pelle in furno combuſti pulvis, cum aqua Graminis. Lapis in veſicula fellis inventus, Cortex radicis Lauri. Gummi Pruni cum vino, mirabiliter valet. Semen Fraxini Cereviſiæ infuſum, deturque ea bibẽdã.

Potio præſtantiſſima, Venetorum Medicorum, MANVS DEi appellata:

℞ Sanguinis Hirci præparati, ℨ. j.

Iuſti-

Iuſtini, Litontribon. ana ℥.j.ß.Syr. de liquiritia ℥.j. Aquæ Saxifragiæ q.ſ. Miſce,& propinetur, præmiſſa Evacuatione cum Caſſia & Trochis. de violis ſine Scamon. aut Benedicta, nec non ebibitis ſyrupis de Liquiritia, de Byzantiis, cum aquis propriis, & facta Inunctione cum pinguedinibus anſeris, Gallinæ, & oleis Scorpion. amygd. amar. & Lilior. albor. cum modico Ceræ.

Pulvis Leonis, optimus ad Calculum:

℞ Dauci, Carpobalſami, Xylobalſami, Spicæ Celticæ, Aſari, Petroſelini, aniſi, Croci, Caſſiæ Ligneę, amomi, Cinamomi, Cumini, Ammeos, ſeminis Apii, Piperis, Cyperi, ana. Terantur & cribellentur. Vſus ſit, quantum duobus digitis capiet, diebus interpolatis, non continuis diebus, ne Natura aſſueſcat. Poteſt & fieri in modum Electuarii, cum melle, vel Oxymellite ſquillitico.

NB. Pulvis Leporis parvi, aceto ſuffocati & vſti, frangit lapillos impoſitos vino, cui Pulvis eſt additus.

Pulvis Lucæ Chini, Piſani, ad Calculum Veſicæ efficaciſſimus:

℞ Sem. Melonis mund. ℥ j. ß. Gummi Ceraſor. ℥.iiij. Milii Solis ℥. ij. Liquiritiæ mundæ & raſæ ʒj.ß. ſacchari Candi, ad pondus omnium, Miſceantur pro Pulvere, qui exhibeatur tribus horis ante prandium in vino diluto. Eſt enim eius mira vis in frangendo lapide.

Leonis: ℞ Elect. Iuſtini, Lithontrib. ana ℥.ß. Diſſolvatur cum decoctione Milii Solis, remolliti ſuper cote, ac mane aſſumatur. Sero diei alterius aſſumat ſuccum Raphani poſt cœnam. Deinde Electuarium ex Raphano & melle.

Elidæi Rotulæ præſtantes: ℞ Milii Solis ſem. fœniculi, Alkekengi, ana ℥. ij. cum ſaccharo diſſoluto in aqua ſem. frig. fiant Rotulæ, pondere ℥.j.ß.

Ex Balthaſ. Conradino: In Calculo detur gr. iiij. vel v. puriſſimæ Salis petræ, ſoluta cum duobus cochlear. Aquæ purę, vel cum hauſtulo vini. Verum hoc eſt Sal vrinæ.

Sedat dolorem & ardorem, & Calculos pellit: ℞ Rad. Althęæ ℥.j. Petroſelini, Liquiritiæ, ana ℥. ß. Cinamomi ℥. ij. cum Iure pulli decoquantur.

Electuarium mundificativum Renum, & præſervans à dolore, Montagnanæ:

℞ Lapidis Iudaici, Spongiæ, ana ℥.j. Granorum Milii Solis ℥.ß. Rad. Saxifragiæ, Phu, Mei, ſem. apii, Petroſelini, Leviſtici, ana ℥.j.ß. Cineris Leporis combuſti, ℥.j. vitri combuſti ℥. ß. ſanguinis hirci præparati ℥. vj. Liquiritiæ ℥.j. ſacchari albi lib. ß. Oxymellitis ſquillitici, ℥.v. fiat Electuarium, cuius quotidie Doſis ℥.iij. cum ℥.iiij. aquæ Saxifragiæ. Non vidi lapidem, quem non minuerit, ſi vſus eo fueris per duos aut tres menſes. Validius erit, ſi pulveres infundantur per iiij. dies in recenti ſucco Limonum, ac poſtea cum ſaccharo & Oxymellite ſquill. ana, miſceantur.

Nota, Poterit & Oxymell ſquill. præparari cum diureticis, vt rad. aſparagi, Eringii, Bruſci, Petroſelini, Ononidis & ſimilibus.

Ex iiſdem poteris parare & deſtillatum, quod affuſo oleo Vitrioli, ad decentem aciditatem vigorabitur egregie.

Ex Iachino: Dolore vrgente, Vomitus, Enema lene, Lenitivum ex Caſſia cum oleo amygd. dul. vel Reſina Terebintina. In gravi malo, ſectio venæ. Ab his de balneis cogitandum, incoctis aquæ rad. fœnu græci, Althęæ, ſem. Lini. A balneo Veſica foveatur locus ſemiplena butyro, & in aqua calida ſæpe immerſa. Cucurbitulæ penes lapidis motum. Nephritica demum propinentur cũ aliquo vehiculo celeriter ad Renes perducente, vt vino tenui calido, acetoſo, Oxymellite, Mulſa &c. Agunt ea, vel manifeſta qualitate, vt ſunt amara omnia, inprimis ſabina, acetum ſquilliticum, Cicer nigrum &c. levigata & initio Balnei exhibita. Vel occulta, vt Lapis Lyncis, Iudaicus, ſanguis hirci pręparatus, vt apud Raſim, vitrum vſtum.

In præſervando & Curando commendatur Electuarium Iuniperinum quod & in Catarrhis ac ventriculi debilitate valet: ℞ Coctuiæ Baccarum Iuniperi (Soll man in Waſſer ſieden/vnd ſtäts vmbrühren wie einen Brey/vnd durchtrieben/ ſo es von nöthen/Waſſer daran gieſſen/ vnd was ſich nicht durchtreiben läſt / kochen) lib. iiij. ſacchari vel Mellis lib. j. Coctis ad ſpiſſitudinem, inſperge Pul. Zinzib. Cinamomi, Calami, aromat. Macis, Caryophyllor. ana ℥. ß. vel Rad. Eryngii vel ſimilium, & fiat miſtura ſ. a.

Gartiæ Loppij Luſitani: Alvo per Enema lenita, meatus ſunt laxandi vnguento, quod recipit oleor. Scorpion. Chamæmelini, Anethini, Amygd. dul. ana ℥. j. Axung. Gallinæ, Anſeris, pingued. Cuniculi, ana ℥. j. ß. Mucilag. ſem. Lini, Althęæ, ana ℥. j. Croci ʒ. ß. Ceræ q. ſ.

Quidam probant Aquam calidam, cum oleo. Cataplaſma ex farina Fabarum, Tritici, ſem. fœnu græci, Apii &c. piſtatis, addito oleo Scorpionum, ana &c. Poſtea dentur Lapidem comminuentia, inter quæ eſt Radix fœniculi, vino cocta, & manducata. Item Pulvis Cynosbati, pondere ʒ. j. cum vino albo.

Aqua experta in Calculo, quam etiam Nobilis quidam omnibus præferebat:

℞ Vini ardentis, Aquæ Fragorum, aquæ fontis, ana Cantharum dimidium, ſacchari ſicci lib. j. Rhabarbari ℈ j. ß. Miſceantur ſæpe tranſvaſando. Simile eſt Geſneriana ex fragis, quod mox ſequitur.

Aliud eiuſdem: ℞ Lap. Iudaici ʒ. ß. remolliti in Cote cum decocto Milii Solis, Aniſorum & Cimini. In Colatura diſſolve El. Iuſtini, Adianthi, ana ʒ. j. & fiat Potus. Detur mane calidum.

NB. Emplaſtrum ex vitellis ovorum integrorum, aqua coctorum, cum

cum oleo Muſcellino ac Nardino, pul. Lap. Iudaici, pro virga & pectine. Frangit lapidem, & expellit.

Experimentum ad Calculum, Comitis Hennenbergenſis, Guilhelmi IV.

Fac pulverem ex Nucleis amar. Perſicorum, Maci, & oculis ♋. Sumatur ʒ.j. in balneo cum tenui Cerevisia vel vino. Pul. ſem. Petroſelini cum aqua Raphani, vel Petroſelini, ieiuno Stomacho. Item pul. Corticum Ononidis cum vino, frangit lapidem, & meatus vrinæ obſtructos reſerat. Emplaſtrum ex fimo equino recenti, & foliis Allii, pectini ſupra poſitum, calculum in vrinæ meatu hærentem expellit.

Geſneri Arcanum, in Calculo:

℞ Aquam ardentem, in quam bis vel ter fraga recentia fuerunt diebus ij. coniecta, Colectæ bibat Cochlear mane cum ſaccharo Candi, quater in Menſe. Toties etiam purgetur in Anno. Commendatur etiam ſemen muſci terreſtris cum aqua decoctionis Malvæ Meliloti, Arthemiſiæ.

Experimentum cuiuſdam Doctoris Eximii, in Calculo Renum & Veſicæ, quo vltra 2000. Ducatos lucratus eſt:

℞ Fructuum Rubi Corni arboris, lib. j. vel q. v. dum adhuc ſunt duri, in olla vitrea poſitis, adde vini albi potentis lib. iij. Bulliant ad conſumptionem partis tertiæ. De Colatura bibat triduo, mane horis 4. vel 5. ante cibum, & Serò per hor. v. à cœna. Calidum verò bibat, & parum cœnet, & de alio potu bibat, vt ſolum Medicamentum ad veſicam deveniat.

Pulvis præſtans, Doctoris Welſeri Auguſtani:

℞ Rhabarbari electi, ʒj.ß. Zedoariæ, Galangæ, Macis, Piperis nigri, Calami Aromatici, Muſcatæ, Cinamomi, Caryophyllor. Cubebar. foliorum Senæ, ſem. Rutæ, Rad. Pimpinellæ, ſalviæ, ana ʒ. ij. Zinzib. albi, ʒ. ß. ſacchari Candi, Liquiritiæ Raſæ, ana ʒ. ij. ſem. aniſi, fœniculi, Coriandri præparati, Carui, ana ʒ. x. Hyſſopi, ſem. Erucæ, ana ʒ. vj. ſacchari albiſſimi, lib. j. Miſce pro Pulvere ſubtiliſſimo.

Pulvis Mitthobii optimus ad Dyſuriam & Lapidem Veſicæ:

℞ Rad. & ſeminis Petroſelini, Raphani ſyl. Elenii, oculorum ♋. Glandium nuclei, Halicacabi, ana ʒ. ß. Straminis fabarum, Rutæ murariæ, Polypodii, ana ʒ. ij. Baccarum Iuniperi, ad pondus omnium, & fiat Pulvis ſubtiliſſimus, de quo ſumat ʒ. j. cum vino, ante & poſt balneum. Poteſt etiam Cereviſiæ aut vino imponi, vt inde bibat frequenter.

Alius Pulvis optimus: ℞ Pul. Leporis Martii vſti fœniculi, Aniſi, Petroſelini, ana ʒ. ß. Cardamomi, Saxifragiæ

albæ, Milii, ana ℥.j. Mandibularum Lucii, oculor. ♋ ana ℥. ij. Vredinis, Anethi, ſem. Raphani, rad. Petroſelini, ana ℥.ß. Miſce pro Pulvere.

Cardanus: Scio Stercus Columbinum, vel Parietariam, deſtillata, Lapides Veſicæ duriſſimos frangere poſſe.

Evonymus: Quidam Empyricus calculos Veſicæ curabat in quibuſdam cum Borace, miſta cum aqua ardente, ad mellis ſpiſſitudinem, additis trito Tartaro, aut Calculo exciſo, aut fece matulæ, Vtatur per dies 14. ſemper huius parum, Vino in menſa bibendo miſceat.

Pulvis noſtri pharmacophylacij:

℞ Granor. Iuniperi, ſem. Petroſelini, Lapillor. Cancrorum, oſſiculor. Capitis Percarum, Halicacabi, Milii Solis, ſem. ſaxifragiæ, vrticę, fœniculi, Aniſi, Cardamomi, ſem. Xanthii, Electri albi, ana ℥. ij. Polypodii, Liquiritiæ, ana ℥. iiij. Miſce pro Pulvere.

NB. Emplaſtrum ex Luteis ovoru coctorum, incorporatis cum oleo Nardino, & pulvere Lapidis Iudaici, pectini & virgæ appoſitum, mirabiliter frangit lapidem,

Deſtillatum præſtans, in Calculo:

℞ Rad. Pimpinellæ, Raphani marini, ana ℥. iij. fœniculi, Petroſelini, ana ℥. ij. pentaphylli rad. ℥. j. ß. Granorum Iuniperi, ℥. ij. Baccarum Lauri ℥. j. Canellæ, tantundem, Nucleorum Perſici, fructuum Alcakengi, ana ℥. iiij. rad. tribuli marini, cretæ marinæ, alias Crethami marini, ſem. Geniſtæ, ana ℥. j. ß. ſem. Melonum, Cucurbitę, Cucumeris, Citrulli, ana ℥. iiij. Lap. Iudaici, Lyncis, ana ℥. j. Caſſiæ lignee, Milii Solis, ana ℥. ß. Contuſa ſint omnia, aridæ tamen radices ſeorſim contundantur groſſe, & poſtea miſceantur omnia. Affunde in cucurbita magna Malvaticum ad ſuperemineniam duorum digitorum. Stent in Calore tepido diebus 14. vel ad Solem. Poſtea in Balneo deſtilletur, & bibatur quotidie ieiuno ventriculo, cochleariis iij. vel iiij. ante cibum horis ij. Bibatur & ante Balnei ingreſſum. Commendatur, præſertim hyeme, hauſtus Aquæ Frangariæ, cum vino deſtillato. Prior Aqua poteſt etiam dari cum ℥. j. pul. Nephritici ex iiſdem, vel ſimilibus compoſiti, & erit præſtantior.

Pulvis probatus & excellens, in Calculo, *Philippi* Schenck / von Schweinsburg:

℞ Pimpinellæ, ante coniunctionem ☽ effoſſæ ℥. j. ſatyrii (fortè fructuum Rubi) ℥. j. ſem. Petroſelini, oculor. Cancror. ana ℥. j. Milii Solis, gr. x. vel xij. Corallor. ℥. j, Arefacta, & in mortario tuſa, miſceantur. Detur ℥. ß. die ante diē Lunæ, cum vino vel aliquo Diuretico, & cum calculus vrget, in tinnam ſedeat.

Emplaſtrum Iacobi Crellij: ℞ Terebinthinæ ℥. ij. Mellis puri ℥. j. olei Lumbricorum, Vulpini, ana ℥. ß. miſce, pro Emplaſtro.

Aqua

Aqua præſtantiſſima, ad Calculum Renalem, cuidam patritio Norico pro theſauro communicata, quam à Fratre accepi:

℞ Rhabarbari ℨ.iij. Baccar. Iuniperi, ℨ.v. Corticis Caſſiæ, ℨ.iiij. Aniſorum, fœniculi, ana ℨ.j. Liquiritiæ raſæ ℨ.vj. Lapid. Iudaici ℨ.ß. Agarici, Zinziberis, Cinamomi, Galangæ, Enulæ, ſem. Saxifragiæ, ana ℨ.j. Macis ℈ij. Mithridatii ℨ.iij. Conterantur groſſo modo, & infunde in vitro Sextarium vini ardentis optimi. Poſt triduum, vbi ad Solem ſteterint, adde ſextarium Muſcatellini, & ſtent ſimul per dies 14. quotidie agitando. Pro frangendo vino ardenti, poteris plus de Muſcatellino addere.

Præſervandis, qui nondum Calculo laborarunt, detur cochlear ſeptimanis ij. vel iij. ſemel. Qui vero calculoſus eſt, per Mēſem ſumat cochlear, bis in ſeptimana, mane. Poſtea ſemel in ſeptimana. Et ſi ſenſerit Calculum, ſtatim capiat vnum vel alterum cochlear.

Qui ab vſu Caſei & potu vini fortioris abſtinere nequit, ſingulis ſeptimanis ſemel vtatur dicta aqua, diſs läſt gewiſs keinen Stein wachſen.

Raphanus marinus, orbiculatim diſſectus, infundatur in vino albo, de quo bibat patiens.

NB. Laudabatur à Comitiſſa Gleichenſi Emplaſtrum ex pinguedine Caponis, impaſtata cum farina vel pulvere Chamęmeli. Item ℞ Oculor. Cancror. Lap. Meſpillorum, Cynosbati, Viſci Quercini, ana ℨ.ß. Miſce pulveriſata, & detur ʒ.j. frequenter, & ante balneum.

Hollerii: In Dolore Nephritico primum leniatur Alvus Enemate, aut levi Medicamento, vt ℨ.j. Caſſiæ, cum decocto Liquiritiæ, idque frequenter fiat. Secetur & vena Malleoli in magno dolore. Vnctionibus deinde, fomentis, balneis & remediis lenientibus & laxantibus vtendum, vt oleis: Violato, Amygd. butyro, decoctionis rad. Althęæ. Dialthæa, Oeſypo, Ol. Liliaco & Chamæmelino. Balnea fiant ex Malva, Biſmalva, violaria, Meliloto, Chamęmelino, ſem. Lini & fœnu græci, ac ſimilibus. Iuſcula ex Cimis Malvæ & Ciceribus rubeis, multo butyro & modico Sale.

His peractis, Calculus exturbandus eſt, primum levioribus, poſtea fortioribus, talia ſunt: Oxymell ſimp. cum decocto Liquiritiæ, Bethonica, Lupulus, Capparis, ſcolopend. Capillares, rad. graminis, chamebati &c. Sanguis Hircinus ex Aetio, Lapis Iudaicus, cum Oxymellite. Pellis Leporis aut Cinis leporis integri, nec non Renes Leporis, & ſimilia, quæ proprietate inexplicabili dicuntur hoc agere.

Pulviſculus fit optimus, ex rad. Petroſelini, Saxifragiæ, lapillis aſtacorum, cum vino albo, diluto aqua Petroſelini, aut Saxifrag. fœniculi.

Aliud: ℨ.vj. Cortic. raphani acerrimi, in ℨviij. vini optimi, horis 12. maceretur, & colatura detur duab⁹ Doſibus.

Tere-

Vſus Terebinthinæ. Terebinthina & præſervat & curat. Dantur ℥.ij. Tereb. Colophoniæ, vel Tereb. frixæ in lamina ferrea cand. cum ℥.ij. Aquæ Saxifragiæ & ℥.j. Oxymellitis. Hoc Medicamentum ſolum ſæpe ſufficit, viis prius laxatis. Aut fiat Bolus ex ℥.ß. Terebinthinæ, & ℥.ij. Lithontrib. vel ſacchari. Aut ex ℥.ij. Terebinthinæ, Pul. Tragan thi & Glycyrrhicæ ana ℥.j.ß. incorporatis cum ℥.ß. Caſſiæ & ſaccharo. Sit autem decies lota in aqua violarum, Saxifragiæ, Halicacabi &c. Idem facit Aqua ipſius Stillatitia. Idem etiam præſtant, Iuſtinianũ, Lithontripon, per ſe, vel cum pulvere Terebinthinæ vſtæ, & ſimilibus, cum decocto Liquiritiæ. Sunt, qui aliis præferant Lignum Guaiacum, quod tamen potius ad proviſionem quam ad curationem vſurpandum.

Deſtillatum fit egregium ex Melle, Terebinthina, ſeminibus Diureticis, ſucco Raphani &c. Vide deſcriptionem &c. Propinatur cum Pul. Polygoni, Bethonica, Lap. Aſtacor. corticis caſſiæ, & iis, quæ occulta proprietate dicuntur agere.

Laudantur præterea ſuccus Limonum, Cinis vitri combuſti, decoctum Rad. Aſparagi, rubi humilis, Betonicæ, Polii, Cicerum, cum aceto ſquillitico, & Lap. Iudaico, valeriana, Braſſica ſicca, ſem. Perſonatæ, Cardui, Apii, ſeſeleos, Hederæ, Radix Aſari, ruſci, fructus Cynosbati, Gummi Prunorum, ſarmenta vitis vſta, & in vino extincta, quod bibatur. Electrum, Saxifragiæ Pulvis. In neceſſitate apponatur Cucurbitula Inguinibus & Perinæo. Cataplasmata ex Raphano, Naſturtio, Parietaria, cum adipe frixis. Oleum Scorpionum ſimp. & compoſitum, quo Pecten & Perinæum inungantur. Balneum ſulphureum naturale & Artificiale. Aliqui lintea in tali Aqua immergunt, ac, dum calent Perinæo & pectini apponunt.

Calculus Veſicæ, fortiora requirit remedia, alioqui Curandi ratio eſt ſimilis.

Potio præſtans, Valerii Cordi.

℞ Olei Macis, olei Terebinthinæ clariſſimæ, ana g. 12. Aquarum aniſi, fœniculi, ana ℥.ij. ſyrup. Liquiritiæ ℥.j. Olei Vitrioli gut. iij. vel iiij. Miſceantur, & ſi non ſatis eſt acida potio, inſtilla adhuc vnam, & alteram guttam olei Vitrioli.

Matthiolus: Oleum Chalcanthinum datur commodiſſime, ſcrupuli pondere Calculoſis, ex Aqua Agrimoniæ, & ad ciendam remorantem vrinam.

Evonymus: Calculum frangit aqua Raphani, Guaiaci, Liguſtici, Rutæ, Baſilici, Myrtillorum rub. poſſunt dulcorari cum rotulis olei fœniculi.

Experimentum aliud: Aquæ Hordei, in Febribus, fœniculi in Calculo, ſextarios iiij. Olei Vitrioli, ℥.j. Manus Chriſti ℥.ij. ſucci Limonum iij. Miſceantur. Datur hora j. ante paſtum.

Matthiolus: Pulvis rad. Ononidis ex vino potus, Calculos Renum deturbat & glutinoſa Veſicæ excrementa, & lotium provocat. Idem facit Aqua deſtil-

deſtillata ex lib. radicum & lib. ij vini generoſi Doſis lib. ſ.

Decoctum Rad. Malvæ, Petroſelini, fœniculi, Liquiritiæ, cum Cinamomo, in Iure Gallinæ, vel carnium.

Item ℞ Rad. Althęæ ℥. j. Petroſelini, Liquiritiæ, ana ℥. ß. Cinamomi ℥. ij. Iuris pulli q. ſ.

Pulvis famoſus, cuiuſdam Empirici:

℞ Rad. Polypodii, ſacchari albi puri, ana ℥. j. ſang. Hirci præparati ℥. vj. Milii Solis, ʒiiij. ſem. petroſelini ʒ ij miſceantur pulveriſata probe.

MVLIEBRIA.

℞ Allium, ſub cineribus aſſatum, & in mortario tuſum, idque immitte in vulvã, vbi retineatur per noctem, mane vero eximatur. Si ergo odor Allii ex ſufflatu percipiatur, non eſt gravida.

Heliodæus dicit ſe hoc expertum, & nihil inde periculi eſſe, ſi exhibeatur Melilotus ſuffumigata, impedit abortus & facit concipere. Camomilla omnibus morbis matricis convenit, quomodocunque adhibita.

Potio, ad Menſes ciendos, VVürtenbergenſis, vulgo der Buckeltranck.

℞ Rad. Arthemiſiæ ℥. j. ß. Cimini, Baccar. Lauri inciſarum, macis, ana ℥. ß. parum ebulliant in vini generoſi mens. Summat quotidie mane & veſperi, ante cœnam horis ij. cochlearia iiij. ad potionis conſumptionem. Poſt biduum ſecetur ſaphæna, dextri pedis. Probatiſſimum.

Menſtrua provocat: Abſynthium coctum cum Arthemiſia in oleo Nucis, & vulvæ ſuppoſitum. *Reſtringit verò Antimomium* ſuppoſitum, cum lana madefacta in aqua Plantaginis.

Laudantur Pil. ij. aut iij. ex pulvere Nigellæ & ſucco Mercuriali.

Pilulæ præſtantes, Bellocati, ad menſes ciendos, evacuato prius præparatoque corpore:

℞ Pul. Dictamni, calamenti montani, ana ℥. j. fol. Sabinæ ℥. ij. caſtorei ʒj. ß. opopanaci pulveriſentur, & cũ ſyr. de Arthemiſia aut calamẽti fiant Pil. Doſis eſt ℥. j. & ſuperbibat aliquod decoctum ex Apio, fœniculo, aut ſimilibus. Sedeat etiam mulier ſupra herbarum dictarum decocta. Si vterus ſit condenſatus, præmiſſis præmittendis antea dictis, ponatur Mulier in Balneum, ad vmbilicum.

Guainerius commendat ſuffumigium ex Spolio ſerpentis. Vide in principio huius lib. oxymel Luc. chini.

Experimentum optimum D. Petri, Piſani, ad Menſes ciendos:

℞ Hyſſopi, Origani, Calamenthi, Satureiæ, ana. Bulliant ad ſufficientiam in ſ. q. Aquæ. Colaturæ forti expreſſione factæ adde Mellis & Aceti q. ſ. ad conficiendum Oxymel. Cuius ℞ ℥. ij. ß. Aquæ Capillor. ♀. ℥. iij. Miſce pro Syrupo, quem ſumat quatuor vel quinque vicibus, deinde detur pharmacum. Idem facit brodium caponis, in quo M. j. Rad. Ireos bullierit, cui poteris addere ℥. j. ß. Pulveris Elidæi. Fiat & ex ea Emplaſtrum.

Decoctum Luſitani, ad Menſes detentos:

℞ Pulegii, Nepetæ, Calamenthi, Origani, Matricariæ, ana M. j. Sabinæ, Aſari, Cyperi, Rub. tinctor. ana M. ſ. Coquantur inciſa in Aqua, ad caſum partis tertiæ. Cuius ℞ lib. v. adde ſyr. de Marrubeo, de matricaria, ana ℥. iij. Paſſentur ſuper pulveré Cinamomi per manicam. Bibat. ℥. 6. vel 7. diebus octo, poſt corporis expurgationem & ſanguinis miſſionem. Suffiatur per ſedem cum Trochiſcis factis ex coſto, Cypero, Croco, Myrrha, Cinamomo, ſavina, ana, exceptis Terebinthinā. Suffitus pul. calthæ, pellit & ſecundinam.

Chriſtophorus à Vega, Hiſpanus: Menſes detenti ob humorum craſſitiem, egent victu attenuante Panis paretur cum Aniſo, Carnes cum. Petroſelino, Ciceribus. Obſonia cum Melle & Aromatibus. Abſtineant ab acidis & acerbis, & bibant aquam mulſam, cum Cinamomo, aut vinum generoſum. Corpore præparato cum Mulſa, & evacuato cum Phlegmagogis, fricentur crura, & quatuor diebus ante tempus ſtatim bibat mulſam ex Rub. tinct. aut Calamentæ decocto, aut Pulegii, Aſari, dictamni. Electuarium ex Mellis deſpumati cochlear. tribus, & Pulvere Calamenthi ℥. j. ß.

Experimentum, nunquam fallens: Paſtinacæ condiantur melle deſpumato, adiecto Pipere, Zinzibere, cum Caryophyllis. Huius Conditi ℞ ℥. ij. Pul. Cinamomi optimi ℥. j. & ſumatur vt dictum.

Ablutio crurum cum decocto herbarum dictarū. Vapor exceptus per infundibulum. Suffitus Styracis, Belzuini, Lavandulæ. Si pletora aderit, ſecetur vena poplitis, vel ſub malleolis, & Scarificentur crura.

Electuarium ad Menſtrua alba:

℞ Flor. Nucis ℥. ß. Aniſi ℥. j. Sem. Agni caſti, folior. Rutæ, Calamenthi, Cyperi, Cymini, ana ℥. j. ß. Ligni Aloes, Macis, Caryophyllor. ana ℥. j. Carui, Ameos, ana ℥. ß. Roſar. rub. Sem. Lactucæ, Portulacæ, balauſtior. ana ℥. j. ß. Santali albi, rub. Nenufaris, ana ℥. j. Myrobal. Chebul. Embl. ana ℥. ß. ſacchari puri q. ſ. fiat Electuarium, vel confectio in Rotulis, cum Aqua Meliſſæ.

NB. Emplaſtrum ex floribus Nucum.

Pulvis

Pulvis optimus, ad Menſtrua alba, & Gonorrheam:

℞ Sem. Lactucæ ℥. ß. Raſuræ Eboris ℈iij. ß. Spodii gr. x. Carabe ℥. j. Papaveris albi ℈ij. Sem. Agni Caſti, Sem. Rutæ, ana ℥. j. ſem. Plantag. ℈j. Corall. alb. & rub. ana gr. xij. Santali albi ℈ij. Ex omnibus fiat Pulvis ſubtiliſſimus. Doſis eſt ℥. j. quolibet mane, ieiuno Stomacho, cum aqua Burſæ Paſtoris, addendo Ceterach. ℥. iij. ß. Nenupharis ℥. j. ß. Lunariæ minoris. ℥. ij. ß.

Vnguentum mirabile, ad menſtrua alba:

℞ Succi rutæ, folior. viticis, ſucci Plantaginis, ſucci ſempervivi, ſuc. Iuſquiami albi, ſuc. Burſæ paſt. ſuc. Lactucæ, Portulacæ, ana ℥. j. ſuccor. Roſar. Myrtillor. ana ℥. j. ß. Vnguenti Populeonis, Comitiſſæ, Santalini, ana ℥. ij. olei myrtini, roſar. Nenuphar. ana ℥. j. Bulliant omnia ſimul vſque ad ſuccor. conſumptionem & Colaturæ adde Coræ q. ſ. pro vnguento, cui addantur in fine S. Agni Caſti, Corall. rub. Boli Armenæ, Trochis. de Carabe, Cornu cervi vſti, Spodii, ana ℥. j. Omnia in pul. tenuiſs. contrita, & fiat vnguentum, cum quo frigido liniantur Reges.

In albis Menſtruis valet Camphora efficaciſſime, ſi per os ſumatur cum Pulvere de Carabe, cum aqua Nympheæ. Item ſuber combuſtum & contritum cum aqua Quercus. Similiter dicunt de Turture, in quo ponantur Stiptica; & comburatur.

Summitates Rubi, & fructus eiuſdem bene mundati & pulverizati, ſunt ſingulare Remedium.

Pulvis præſtans, in albis Menſibus, à Doct. Iohanni Pontano vſitatus, & ſæpiſſime expertus:

℞ Farinæ glandium, infuſæ in Aceto, & iterum ſiccatæ, ℥. iij. Thuris puri, mente ſiccæ, Myrtillor. ana ℥. j. Corallor. alborum, Oſſium capitis Caponis exiccator. ſem. roſar. Coriandri præparati rad. Nenupharis Cit. ana ℈iiij. Pulveriſentur ſubtiliſſimè cum ſacchari dupla omnium, miſceantur probe, & fiat Pulvis.

Aliud experimentum probatum: ℞ Nucis Moſchatæ, Cinamomi electi, ana ℥. ß. Aſari, Cornu Cervi vſti, ana ℥. ij. Miſceantur diligentiſſime pulveriſata omnia. Doſis ℥. j. vel ℈ij. cum vino Roriſmarini, frequentiſſime etiam de hoc vino Roriſmarini bibat primum in Menſa.

Oxymel pro Virginibus & maritatis, in retentione Menſium, mola ventoſa, & ſimilibus vteri affectibus, Doctoris Eraſti:

℞ Hyſſopi, Satureiæ, Pulegii, Arthemiſiæ rub. Serpilli, Origani, (Herbarum nõ ingratarum) ana M. j. Sint folia arida, detracta à Stipitibus. Grana Piperis groſſe tuſa 60. plus minuſve. Rad. Zinzib. iij. vel iiij.

inciſarum. In aqua ferventi duobus digitis ſupereminente macerentur per noctem, & decoque igne lento ad dimidium. ℞. Deinde expreſſi q. v. & adde Mellis roſati colati, tantundem, & aceti dimidium, vel pro placito. Bulliant ad conſiſtentiam Roſacei, & remoto ab igne, aſperge pul. Galangæ, Cinamomi, Caryophyllor, vel ſimilium, quæ ægro placebunt, & poteſt Aromatiſari cum Gallia moſchata, aut cum moſcho. Detur ſolum, vel cum Iure, ad iij. vel iiij. cochlearia, mane, horis ante cibum ij. veſperi hora j. ante cœnam vel cibum. Poteſt & ægra ſuper aſſumere Cinamomum, vel Zinzib. conditum.

Pæparat humores craſſos, qui poſtea evacuandi ſunt per Intervalla, infundendo ʒ.j. Turbith, vel Agarici, in ℥.ij. decocti, cum tantillo Diagridii, in ſecunda decoctione. Aut cum Pul. Senæ & Tartari &c. vel ſimilibus.

NB. Pro Delicatis Claretum purgatorium Eraſti.

Pulvis optimus: ℞. Centaurii min. ℥.ß. Baccar. Lauri, Zedoariæ, ana ʒ.ij. Croci ʒ.ß. Miſceantur pulveriſata, & Detur ʒ.j. per octiduum ante cibum, cum aqua aliqua hyſterica. Valet pro non menſtruatis in Peſte.

Experimentum Comitiſſæ ab Hohenloh:

℞. M.j. Carduibened. cum viiij. Caryophyllis, coquatur in cantharo Vini albi odoriferi, de quo bibat hauſtum mane & veſperi.

Elidæus Bononienſis: Ad Menſium fluxum ex ſanguinis acuitate, ſingulis ſeptimanis vtatur ℈iiij. Rhabarbari cum ℥.iij. Aquæ Plantaginis. Si vero eſt gravida, dentur ℈ij. Rhabarbari. Valent & Myrabolani.

Purgatio pro prægnantibus, in morbo acuto:

℞. Rhabarbari electi ℈iiij. pulveriſetur, & cum ℥.ij. Mannæ electæ, cum decocto communi fact. in aqua communi vel Endiviæ, fiat Potio purgatoria. Melius eſt Rhabarb. in ſubſtantia.

Pilulæ optimæ, in dolore Stomachi prægnantium:

℞. Rhabarbari electi ʒ.j. cum ſyrupo de ſucco Acetoſæ fiant Pilulæ, num. 5.

Doct. Bocardi, ad Menſtrua ſuppreſſa: Fiant ſuppoſitoria ex Pane porcino, ac filo alligata immittantur per dimidiam horam. Item ℞. Scammonii ℥ß. Tripheræ magnæ ʒ.j. fiat Linimentum, quo liniatur bombyx, quę alligetur ligno parvo cum filo, pro ſuppoſitorio. Aliquando ſuperaſpergit panem porcinum contuſum, & extrahatur cum filo, cum mordicat. Idem facit decoctus in brodio, aut impoſitus.

Pandectarius: ℞. Trochis. de Myrrha ʒj. pulegii triti ℈j. Aquæ mellis ʒ.iij. ſumat ieiune, quod ſæpe expertum.

Leonis, ſi adſit ſimul & Febris: ℞. Aquę Rubiæ

Rubiæ tinct.℥. iij. aut iiij. in qua decoquantur faſeoli, Cicer. rub. ana gr. viij. In hac decoctione infundantur per noctem pul. Corticis caſſiæ ligneæ, ʒ. iij. mane facta expreſſione, exhibeatur potus. Habuit hoc pro Secreto. Similiter faciunt Trochis. de Myrrha ʒ. ij. ß. pulveriſati, & in pil. xv. formati & redacti, exhibeantur tribus diebus. Aqua Camomillæ ſola idem facit, præſertim ſi addideris ʒ. ß. aut j. Trochiſcor. de Myrrha, ad ℥. iiij. aut vj. Item Cyathus vnus Aquæ Pulegii calidè, ac mane. Cooperiat poſt ſe, vſque ad ſudorem excluſive. Infra iij. dies Menſes habebit.

Montani: Fiant Pil. ex Myrrha, Aloe, Rhabarbaro, & Ariſtolochia rotunda. Evacuant viſcera, & menſes cient.

Syrupus Clipeoli optimus, Menſtruaprovocans:

℞ Rad. fœniculi, Petroſelini, Aſparagi, ana ʒ. vj. Polypodii Quercini ℥. j. Turbit albi gummoſi ʒ. vj. folior. Senæ ℥. ß. Meliſſæ, Nepetæ, pulegii, Matricariæ, Arthemiſiæ, Betonicæ, ana M. ſ. Sem. aniſi, fœniculi, ana ℥. ß. fiat decoctio ſ. a. in ſuff. q. Aquæ fluminis ad conſumpt. part. 3. Colaturæ adde Mellis, ℥. v. & fiat ſ. a. Syrupus longus, qui Aromatizetur cum Cinamomi ʒ. ij. Galangæ ʒ. j. Macis ℈ ij. adde & parum ſyrupi de v. radicibus.

Aliud, ſæpiſſime expertum: ℞ Dictamni albi, Rub. tinct. Savinæ, ana ℥. iij. Granor. Iuniperi, Baccar. Lauri, ſem. Agni caſti, ana ℥. j. Rutæ, Hypericonis, Arthemiſiæ Rub. flor. Camomillæ, ana M. j. fiat Decoctio ſ. a. in ſuff. quant. aquæ fluminis ad 3. part. conſumptionem. Colaturæ ℞ pro vice ℥. iiij. vſque ad v. in quibus diſſolve Antidoti Hæmogogi ʒ. ß. vſque ad ʒ. j. miſce, & detur pro vice. *Eſt infallibilis, in proceſſu materia digeſta.*

Conſilium Montani, pro quadam Iuvencula Nobili:

Singulis menſibus circa ☌, tribus diebus ante & poſt; bis in die ante cibum abluantur deorſum crura vſque ad pecten cum decoctione Pulegii, Maioranæ, Calamenti, Arthemiſiæ, ana M. iij. ciclamini, Ariſtol. rotun. ana ℥. j. Centaurii min. M. ij. Decoquantur in ij. Situlis aquæ, ad caſum partis 3. Poſt lotionem applicentur Cucurbitæ ſub poplitibus & infra Coxaſ. His non proficientibus, mittat ſanguinem ex vtraque ſaphena, ſemel in Menſe, ſi virtus toleꝛat.

NB. Decoctum Ligni, cum Dictamno, Iachinus.

Electuarium præſtans Leonis:

℞ Sem. Agni Caſti, ℥. ß. Rad. Pœoniæ, Zinzib. albi, ana ℈ ij. ß. Pulegii, Cinamomi ſub rad. Ireos, Ariſtol. longæ, ana ʒ. j. Rubiæ tinctor. Myrrhæ, ana ʒ. j. ß. Confice cum Melle crudo q. ſ. & fiat ſ. a. Electuarium, addendo Moſchi gr. ij.

Pulvis Florenziolæ:

℞ Cinamomi electi, Dictamni albi, Caſſiæ Ligneæ, Corticis caſſiæ fiſt. Croci, Meliſſæ, ana ℥. ß. fiat pulvis ſubtilis, vt Alchool, & detur pro tribus vicibus, in brodio cicerum rubeorum.

NB. ℞ Croci pro denariis ij. Baccarum Lauri, pro denario vno, Macis ℥. j. Bulliant in vini optimi ſextariis iij. ad caſum partis iij. Diebus ante Menſes aliquot quotidie inde bibat cochlearia iij. mane & veſperi ante cibum.

Fermentum inſtar avellanæ ſolutum vino cum croco pauco.

Hyſterica, aut:

Vteri fluorem immodicum ſiſtunt fere frigida omnia: vt Nymphæa, Cytimus, Balauſt. ſem. Rhois, cimæ, rubi, cornu cervi, Portulaca, Plantago, ſempervivum vtrumque.

Compoſita: Syr. de Portulaca, ex Oxalide, Myrtinus, cum aqua Portulacę & Plantaginis. *Trochiſ.* de ſpodio, de terra ſigill. ſuccini, vnguent. comitiſſæ *Ol. Roſatum*, Nympheæ Myrtinum. *Pulveres*, ex Corallo, Hæmatite, Margaritis, cornu cervi vſto, ſuccino, cũ conſerva Roſarum.

Emplaſt. ex Bolo, Lemnia, ſang. Draconis &c. cum vnguento Comitiſſ. & cera q. ſ. aut ex mucagine Traganti & farina fabarum.

NB. *Seri cum Allio decocti potus*, quendam, reliquis omnibus nihil valentibus reſtituebat, *ex comitiſſa Manſfeldenſis.*

Menſes movent: Calida in tertio Amara & Acria: *Chamemælum*, Betonica, Laurus, parthenium, lilium, trifolium od. Pœoniæ radices.

Validiora ſunt: Sampſuchus, Ocymum, Origanum Meliſſophyllum, Rad. Imperatoriæ, Praſſium, Scordium, Bacharis, Arthemiſia, Pulegium, Cyperus, Polium, Valeriana, Rubia, Seſeli, Daucus, Ruta, Calamintha, Sabina, Dictamnus, Ariſtolochia, Gentiana, Iris, Aſarum, ſmirnium, Styrax, Myrrha, Bdellium, caſtoreum, ſagapenum, Galbanum, opopanax.

Compoſita: Syr. Capill. ♀. Hyſſopi, Arthemiſiæ Elect. Diacalamenthi, Trochiſ. de Myrrha. *Pil. ſagapeni*, quæ & fœtum mortuum educunt. Fotus, Peſaria.

Wittenberger Buckelkranck / vide in principio capitis.

Vterum roborant & firmant, Abortus prohibentia, aut ipſum calore moderato foventia: Biſtorta, Corallus, Coſtus, Bethonica, Caryophyllum, Nux moſch. Spicanardi, Nardus, Styrax ſuffitum, ſuccinum ſuffit. & Melanthum ſuffit. Calamus odor. Benzoim, Moſchus, Ambra.

Compoſita: Elęct. Aromaticum, de Gemmis, Diaſatyrion, ſatyrium conditum, Eryngium condit. ſuffitus ex Melantia, Styrace, ſuccino: ſchenantho, Roſis, Spica &c.

Peſſaria ex Moſcho & Ambra, Iride Roſis &c. Syndone exceptis.

Electuarium Friſiomeligæ optimum:

℞ Pul. Acori, ſeu Calami Aromatici

tici Off. ℥.ij.ß. Iridis, Ivæ, Maſticis, Betonicæ, ana ℥.j. cum melle roſarum, fiat Electuarium, cuius Doſis erit ad ℥.ij. prius mundato corpore.

Trochiſci eiuſdem: ℞ Amygd. amar. ℥.ß. lupinor. rub. tinctor. rad. fœniculi, ana ʒj. cũ vino veteri fiãt trochiſci. doſis ſit ʒ.j. mane cum decoctione convenienti. Decoctum rad. Imperatoriæ; Item Calthæ ſuccus vel pulvis Roriſmarini vinum.

Elidæus Bononienſis: In provocatione menſium nihil eſt præſtantius, quam ſtante plenitudine mittere ſanguinem, primum ex Baſilica, ad ℥.v. Et elapſis vj. horis, ex malleolis, & capiat poſtea de ſequenti Electuario. ℞ Elect. de limatura Chalybis, Antidot. Emagogi, ana ℥.ß. Trochiſc. de Myrrha ℥.ij. flor. Hypericonis M.j. Pulveriſatis fiat Elect. aut Pilulæ, cum modico Oxymellitis. Bibat de vino, in quo per noctem infuſa fuerint flor. Hypericonis M.j. granor. Iuniperi p.j. &c. Item ſumat in brodio ℥.ij. pulveris flor. Hyperici.

Sal Aetii pro Mulierculis delicatis:

℞ Hyſſopi ℥.iiij. Pulegii ℥.iij. Origani, Cumini, ana ℥.ij. ſem. Ammi, Spicænardi, ana ℥.j. Salis toſti ℥.iiij. Trita miſce, & cum alimentis vtere.

Potio Aetii, quam quidam inſigniter mihi commendabat, ad provocandos menſes:

℞ Pulegii, Arthemiſiæ, Rutæ, Salviæ, Anethi, ana M.j. Piperis granor. 20. Contuſum piper cum herbis per noctem in ſextariis ij. Aquæ maceretur, & mane ad dimidias coquito. Colaturæ adde Mellis q.ſ. & de hac præbe ieiuno Stomacho duos Cyathos, & ipſa ſenſim obambulet.

Matthioli: ℞ Succi Sabinæ ℥.ij. Cinamomi ℥.ij. Croci gr.iiij. aquæ Raphani ℥.ij. Miſce, pro mane & Sero ante cubitum.

Ad menſes redundantes: Scoria ferri (Crocus Martis) bulliat in vino, & in eo fiat ſeſſio, abſcindit fluxum.

Vide infra, ad immoderatum ſanguinis vteri fluorem.

Pulvis Doct. Laurentii expertus, ad Menſes redundantes:

℞ Mumiæ, Boli Armenæ, ſang. Draconis, ana ℥.j. fiat puluis ſubtilis In Menſtruis rubeis detur in ℥.iiij. aquæ plantaginis, Collatæ & bullitæ.

Pulvis Clipeoli: ℞ Trochis. de Carabe ℥.iij. Nucis moſcatæ torrefactæ ℥.ij. ſem. plantaginis, ſanguinariæ, ana ℥.ß. miſce & fiat Pulvis vt Alchool.

Alius: ℞ Citoneor. aſſatorum, ſem. plantaginis, ſanguinariæ, Sandal. rub. elect. ana. Miſce pro pulvere.

Vnguentum Friſiomelicæ, pro pectine & Dorſo.

℞ Albi Ovorum, num. ij. Conquaſſatis, adde pulverem Hypociſtidis, Thuris, Luti Armeni, ana ℈j. In Gonorrhæa renibus applicetur

Pul-

Pulvis Belocati optimus: ℞ Cornu cervi vſti, folior. Lauri, Pul. ſucci plantaginis, corticum Avellanarum, ana q. v. fiat Pulvis ſubtiliſſimus. Detur ℈j. in vino Aromatico, vel in iure pedis vituli, per horam ante eibum.

Aqua caponis, Doct. Mithobii confortans, & ſiſtens Muliebria:

℞ Caponi optime cocto, & in mortario contuſo, affunde Roſaceæ, Aq. plantaginis, ana Cantharum *j.* ſacchari roſati ℥. ij. Borragonati, Bugloſſati, ana ℥. *j.* ß. Corallor. ana ʒ ij. Oſſium cordis cervi num. iiij. Specier. Diarrhodon, Diatrionſant. ana ʒ. ij. Terræ ſigillat. ʒ. j. Coriandri præparati ʒ. ij. Paſſularum cum arillis tritar. M. ij. fragmentor præcioſor, ana ʒ. *ij*. Fiat Deſtillatio, de quo bibat mane & Veſperi.

Pulvis præſtans, ex antiquo ℞ Boli Armenæ decies lotæ hoc eſt præparatæ, Maſticis, Corallor. ſuccini lutei, Coriandri præparati, Oſſium Dactylorum, ana, & fiat pulvis, detur quantum capit cruciatus, quotidie cum Ovo ſorbili, mane.

Ad menſes albos potus expertus:

℞ Turbit ʒ. j. Caſſiæ ligneæ, Cinamomi, ana ℈*j*. cum decoctione arthemiſiæ, fiat Potus. Evacuat à matrice humores phlegmaticos. Similiter purgatur matrix, ſupponendo lanam infuſam in decocto Ellebori albi. Factis purgationibus, vtatur Trochiſcis de carabe, cum aqua Plantaginis, vel Triphera min. ex arte Fenonis, aut ſubure combuſt. cum Bolo Armena. Vtatur Sumach in ſuis cibariis, & vngantur Renes, vt ſupra. Fiat & ſudatorium ad divertendum. Cōfortentur Naturalia cum limatura Eboris quotidie in aqua Plantag. cū Diambra, Diamargarit. faciendo Electuarium, cum pul. Corall. rub. & alb. Valet & pulvis Summitatum Rubi, nec non fructuum, facta prius evacuatione vniverſali; cum Benedicta & aliis.

Doct. P*etrus, Germanoboemus, Archiatros Ferdinandi, hoc modo curabat* R*eginam feliciter:*

℞ Syr. de Mentha, de Eupatorio, Mellis Roſati colati, ana ℥. ß. Aquæ abſinthii, matricarię, betonicę, ana ℥j. miſceantur per vj. aut viij. dies. Apparentibus ſignis coctionis ℞ pil. fœtidar, de Benedicta, Agarici trochiſc. ana ℈*j*. cum Aqua meliſſæ fiant Pil. num. x*j*. & deaurentur, ac poſt primum ſomnum Noctis exhibeantur cum vino albo. Aut ℞ Elect. Indi maio. Benedictæ laxativæ, ana ʒ. j. Diacatholiconis ʒ. ij. Syr. de Eupatorio ℥. ß. Aquæ Bugloſſ. ℥. iij. ß. Ante prādium exhibeatur Ius piſorum conditum Cinamomo, pro ablutione & roboratione. Sequentibus diebus exhibebat ʒ. i*j*. Electuarii ſeq. per horas iij. ante prandium, & ʒ. ij. ante cœnam, per horas duas. Eſt enim mirabile in exiccanda & roboranda matricem,

tricem, conferens Cordi, Stomacho & cerebro,

℞ Macis, Cinamomi, Caryophyllor. Galangæ, Piperis longi, Ameos, Xyloaloes, Blatt. Bizantinæ Maioranæ, Pulegii, Meliſſæ, ana ℈iiij. Bugloſſæ, Corticum citri, ana ℈ij. Margaritar. ℈j. Seſeleos, Been alb. & rub. Raſuræ Eboris, ſem. Napi, Paſtinacę, ana ʒ.j. muſci gran. iiij. Sacchari albi lib. ij. Decoquatur ſaccharum cum vino malvatico, & cum pulveribus rerum dictarum fiat Electuarium.

Florenziola commendat radicem Nenupharis albi cum Dioſc. Allii, ſemen ſumach.

Pulvis optimus, ad menſes albos:

℞ Cornu cervi vſti & abloti ℥.j. rad. Nenuphari albi, ſem. ſumach. ana ℥.ß. Nucis moſc. torræfactæ, Macis torrefact. ana ʒ.ij. Caryophyllor. cubebar. Ligni Aloes crudi, Setæ combuſtæ, ana ℥.j. miſce pulveriſata diligenter omnia, & detur in Aqua Lavendulæ.

Friſiomeliga Patavinus: Menſibus albis (matricis immundities) proveniunt ex ventriculo, vel Epate: Sive à calidis ſint humoribus, (tunc ſunt lutei) ſive à frigidis (tunc ſunt albi) Hiera Galeni eſt præſtantiſſima, nam divertit, evacuat, & membra mandantia corrigit. Victus ſit tenuans, Thermæ Sulphureæ & Aluminoſæ.

NB. Sæpe vtatur Hieræ ℥ ij. in Bolo, cum melle Roſato, aut Syr. roſato ſolutivo.

Montanus, Conſilio 216. commendat quoque iſta omnia, ac vſum adſtringentium ſummopere vituperat, contra morem communem.

Oxymel. Doct. Eraſti, optimum pro morbo virgineo:

℞ Hyſſopi, Serpilli, Pulegii (Herbas gratas, non amaras) ana M.j. Piperis gr. xx. Zinziberis radices duas, inciſa & quaſſata macerentur per noctem in q.ſ. Aquæ. Mane bulliant & coquantur leniter, adde Colaturæ tantundem Mellis roſati, Aceti partem dimidiam, & fiat Oxymel, de quo mane & veſperi aliquot ſumat cochlearia. Poſt dies vj. expurgetur Agarico trochiſcato, Turbith, fol. Senæ, cum Tartaro, qualis eſt Pulvis Antonii Muſæ, ſeu Ioh. Weierj Claretum purgatorium.

HOLLERIVS.

Menſium provocatio, cum vt plurimum interceptis à Sanguine craſſiore venis vteri contingat, ſanguinis miſſionem ex Malleoli vena deſiderat, idque tribus vel duobus diebus. Balneum imperetur, ex Hyſſopo, Matricaria, Nepeta, Chamemelo, Origano, Maiorana, Arthemiſia, Coniza, Baccis Lauri & Iuniperi &c. Statim deinde à Balneo propinetur melicratum ex Pulegio, Calamentho, Praſſio, & ſimilibus. Aut ex iiſdem ſyrupus, Item ſyrupus de Byzantiis, de duabus vel quinque radicibus, cum Aqua Cuſcutæ, Cinamomi. Fortius erit, ſi addatur ℈j. Caſtorei, aut hoc detur diſſolutum vino tenui,

pondere ℨ.j. quod mirifice confert. Decoctum M.*j*.fol.Sabinæ cum Syr. de radicibus,vel Capill. ♀ Cucurbitulæ affigantur pubi & interiori femori. Expurgentur cum Pulvere Hieræ, incorporato cum conſerva Anthos aut Boraginis, quod quædam mulieres pro ſecreto habent, & cum vino propinant. Pilulę Aloephanginæ, maſticinæ. Valet & caſſia, ad ℨ.x. cum pul.Liquiritiæ ℈.*ij*.Croci gr.iii*j*. mellis Anthoſati ℨ.iij. in decoctione Cicerum.

Bene purgato corpore, fiant ſuffitus ex Lauri baccis, & Iuniperi, ſuccis Herbis odoratis, caſſia lignea, & aliis. Oleum de Ben. de nuce moſchata, Laurinum, Iuniperinum, pro paſſulis & inunctione Inguinum. Commendatur decoctio Cicerum rub. cum radice Petroſelini, inſperſo pul. Cinamomi & modico Croci. Item Aquæ abſynthii, pulegii, Calamenthi mentaſtri, ſabinæ. Claretum, ſeu Vinum Aromaticum, cum modico ſacchari, & tantillo Croci. Trochiſci de Myrrha, cum aqua Iuniperi. Aut fiant Pil.ex ℈*ij*. Myrrhæ, ℈ß. Aſæ fœtidæ, gr.x. Cinamomi, & gr.*ij*. Croci, exceptis aqua Rubiæ. Radix fœniculi, Melanthium, Triphera ſine Opio, Mithridatium. Claretum purgatorium, ex Aromatibus, foliis Senæ, Thurbith, Diaprunis ſolutivi, vel Diaprunis ſimplex, cum ſpeciebus Eleſcoph aut Indi.

Peſſulus: ℞. Olei Nucelini ℨ.*ij*. pul. Gentianæ ℨ.ij. miſce cum bombace moſchato in eo madefacto, fiat Paſſulus. In ſumma: Sanguis ad vterum detrahendus Cucurbitulis circa emunctoria, ſanguinis miſſione ex talo poplite. Ligaturis coxarum, frictionibus, Linimentis, vnguentis, ſuffitibus, ſyrupis aperientibus, incidentibus, attenuantibus. Piſſariis, pro nuptis. Omnia fiant tempore, quo fluxuri ſunt, & contraria fiant in ſiſtendis omnia.

Hyſtericum Domeſticum, Doctoris Eraſti, pro Aulicis:

℞. Hyſſopi, Origani, ſerpilli, pulegii, Arthemiſiæ, ana M.*j*. Zinziberis, Galangæ, piperis longi, ana ℨ.ij. Aqua fervens affundatur ad duos digitos, & mane coquatur fere ad dimidium. Colaturæ ℞ q. v. & cum melle, ana, & Aceti dimidio, coquatur ad caſum dimidii. Doſis, mane & veſperi, ante cibum, cochlearia ttia, 4. vel plura. Expurgetur per intervalla, cum Diaprun. Solutivo, Diaribeo ſolutivo, cum clareto ſolutivo, & ſimilibus delicatis, repetaturque hoc per intervalla. Species Eleſcoph, cum pulpa prunorum, vel Diaprun. ſimplex.

Claretum Solutivum optimum:

℞. Galangæ, Zinzib. piperis, ana ℨ.ij.ß. folior. Senæ ℨ.j. Turpeti ʒ.vj. Aut Rhabarbari & Turpeti, ana ℨ. ii*j*. ſacchari optimi ℨ.i*j*. Vini odoriferi lib.*j*. Aquæ, ℨ. viij. Colentur per noctem infuſa.

Aliter: ℞. Aromatum ℨ.j. Turpeti, folior. Senæ, ana ℨ.j. ſacchari ℨ. ii*j*. vi-

ni lib.ij. Aquæ ℥. 16. Addito abſynthio vel Carduobened.fit abſynthite, ſi illud magis arridebit.

Diaribeum Solutivum, pro delicatis Aulicis:

℞ Conſervæ roſarum, Borraginis, Betonicæ, ana ℥.j.ʒ.ij. Diaprunis ſolut.℥.iij. Turpeti opt. ʒ.vj. Tartari albi ʒ.v.Rob.Ribei, vel Berberin. ʒ. iij.Diagridii ℈j. Syr.de agreſta, vel Acetoſa q.ſ.Doſis,ʒ. ß. vel quantitas Iuglandis, ante cibum.

Ad fluxum matricis antiquum: Scoria ferri bulliat in vino, & in eo fiat Seſſio: poteſt etiam fieri naſcale ex ferri ærugine.

Cerotum optimum, ad fluxum Menſium, maxime in prægnantibus, vt poſt partum:

℞ Galbanum diſſolutum ad ignem, & cum eo miſce Bolum Armenam & Sang.Draconis, & fac Cerotum, ponendum &c. Item Pulvis Coralli, cum bombyce, aut bibitus, cum Cornu cervi vſto & Aqua tepida. Succus etiam Millefolii bibitus, reſtringit fluxum menſtrualem. Menſes etiam ſiſtunt, Nuclei vinacei triti, cum Ovo ſorbili, mane, ieiuno Stomacho. Item Cornu cervi vſtum, cum vino chalybeato.

Vnguentum Doct. Elidæi, Bononienſis, ad menſtrua alba:

℞ Olei Myrtini, Omphacini, Roſati, ana ℥.j. Coaguli Hædi, Hypociſtid. Cornu capræ vſti, Maſticis, Acaciæ, Sumach, Boli Armenæ Orient. ana ℈j. vel ʒ.ß. cum modico Ceræ fiat vnguentum, quo regio Renum inungatur, & Pecten. Mane bibat ʒ. j. raſuræ Eboris, cum Aqua Plantaginis. Ovis ſorbilibus inſpergat pulverem Corallorum rubeorum. Veſcatur carnibus avium vel Columb.aſſis cũ pul. Myrtillorum, Maſticis, Mentæ & ſimilium. Potus ſit Aqua Chalybeata.

Magius: Ad Menſes provocandos valent, decoctum Pulegii in Vino albo, bibitum. Caſtoreum cum Pulegio aut calamento. Flores calendulæ ſub pedibus mulierum, mirabiliter provocant Menſes. Item flores, & ſuccus eius, potati. Decoctum Agrimoniæ, vel centaurei min.cum Croco. Conizæ flores & folia in vino potata. Semina violarum omnium, & flores, Ariſtolochia rotunda.

Ad ſiſtendos vero Menſes: Decoctum foliorum Geniſtellæ. Cauda equina, pulvis cardiacæ, Corneoli, in vino. Inunctio vteri & Dorſi ex oleo Iuſquiami Camphora, cum pul. carabe & aqua Nymphęæ. Item pul. Eboris emplaſtratus pectini, cum mucilagine Pſyllii vnguentum comitiſſæ, apud Guainerium, fol. 146. Expertum eſt, ſi Mulier ſedeat in vino nigro, in quo ſint decocta Stiptica, per mediam horam, & poſtea ſuffumiget locum vteri in vaſe vitreato, cum granis Iuniperi & Maſtiche, bis in die. Deinde mane bibat duos cyathos ſucci Polygonati & Linguæ paſſerinæ,

rinæ, per hebdomadam. Item ad omnes humores ex matrice deſcendentes, valet fomentatio Salviæ, Item Nymphęæ, cum auſtero liquore, Anthemis, Parthenium, Peonia radix, Rubia tinct. Hypericon, Polygonon, Piloſella, Equiſetum, ſanguis Draconis ſeu Cinnabarum Dioſc. Frequens vſus ſanguiſorbæ, in cibariis. Burſara paſtoris comeſta in fritellis, Pulvis trifolii, Cinis Myricæ, fructus Roſ. oleæ ſyl. Aqua quercus, cornu cervi vſtum, Pul. Eboris, cum Lacte Lactucæ extracto, cum vino chalybeato.

Vnguentum ad Dolores matricales, ex cauſa frigida:

℞ Abſinthii, Abrotani, Carduib. Matricariæ, Tanaceti, betonicæ, chamædrios, anethi, ana M. ij. Calamenti, Pulegii, Origani, Maioranæ, ana M. j. Lavendulæ M. j. ß. Caryophyllor. Nucis muſcatæ, ana ℥. ß. flor. Camomillæ, M. iij. folior. Iuſquiami M. ij. Piſta incorporentur cum recenti butyro, & ponantur ad putreſcendum in loco humido, per xv. dies, & colliquatur butyrum lento igne, & coletur per pannum rarum, & aſſervetur, cum quo calido totum corpus inungatur.

Montanus: Fomentum ex herbis matricalibus, vino & aqua decoctis. Cui ſuccedat Emplaſtrum ex furfuribus, vino dulci & oleo communi.

Vnguentum ex Bethonica, ad omnia matricis vitia, ex frigiditate:

℞ Adianthos, ſerpilli, Maioranæ, Arthemiſiæ, Rubiæ, mentaſtri, meliſſæ, menthæ alb. & rub. Tanaceti, Hyſſopi, Nepetæ, Polytrichi, Pulegii, Bethonicæ, ana M. j. Viridia hæc omnia capiantur & ſimul atterantur & incorporentur cum ſuff. q. butyri recentis, & ſic ſtent in loco humido, per dies aliquot. Poſtea adde parum vini albi potentis, & bulliant ad vini conſumptionem, facta expreſſione, addantur florum Anethi M. iij, & fiat vnguentum.

NB. Galangæ vſus eſt optimus.

Vnguentum Doct. Elidæi, ad dolores matricis:

℞ Thurbit electi ℈ iiij. Zinzib. Cinnamomi, ana ℈ j. cum aqua vel decoctione Arthemiſię. Et ſi ſit opus mundificare eam ab humore phlegmatico, detur Tripheræ magnæ ℥. j. cum aqua Arthemiſiæ, & fomentetur ex Ruta, Camomilla, decocta in vino.

Dicunt, quod Elleborus albus ſiccus, ſuppoſitus matrici, extrahit omnes ſuperfluitates, cuius loco Doctores communiter ſolent ſupponere lanam infuſam in decoctione eius, & ſine moleſtia expurgat matricem.

Si à frigiditate procedit dolor, convenit Caſtorium in potu ſumptum & inunctum. Similiter fructus Iuniperi maturi, & ſuccus Carpobalſami, cum teruntur & ſumuntur cum vino. *Aut pulvis Gentianæ*, cum vino calido, quod eſt optimum ad dolores ventoſos.

Calidum dolorem Matricis mitigat

tigat Lac iniectum, licet ipſius dolor vt plurimum à frigiditate fiat. Aliquando etiam oportet vti Stupefactivis; propter nimium ipſius ſenſum, vt eſt ſuccus Hyoſciami iniectus & ſuppoſitus, & ſuccus papaveris albi, ſimiliter decoctio Corticum eius. Convenit & Seſſio in decoctione Malvæ. Ab extra ſupponantur Ova Gallinæ cocta & conquaſſata cum lacte Equino, & pauco Croco. Item Ladanum appoſitum & exterius applicitum. Item Oleum Maſticis. Sed inter Anodyna non eſt ſimile Oleo de Lilio & Cheirino.

In Dolore ex Ventoſitate, maxime vtilis eſt Pulvis Gentianæ, curat enim præſentem, & à futuro præſervat. Ad eundem etiam optimum eſt ſequens. ℞ Cymini infuſi in Aceto, & poſtea torrefacti ℥.j. Ameos, Zinziberis, Caſtorii, ana ℈j. fiat Pulvis, cuius Doſis eſt ℥.j. cum vino limphato, per dies aliquot.

Pulvis Leonis, ad dolorem ex ventoſitatibus Matricis, in prægnante:

℞ Doronici, Zedoariæ, ſem. Apii, Cinamomi, ana ℥.ij. Ameos, cymini, Thuris, ana ℥.ß. Caſtorei ℥.j. ſacchari albiſſimi ℥.ß. miſce optime trita. Doſis eſt cochlear j. cum vino limphato.

Elidæus, exhibebat in Dolore Matricis, Tripheræ magnæ ℥.ij. cum hauſtu aquę Arthemiſię.

Idem, ad Menſes provocandos, tempore Menſtruationis. ℞ Pulegii, Cymini, calamenti, rad. lilii cæleſt. Ariſtol. rotund. Rubiæ tinct. myrrhæ ana ℥. ij. confice cum melle, & da ℥.j. vel ij. cum decocto Diuretico aut matricali. Item antidoti Emagog. ℥. ß. cũ aqua Artemiſiæ. Item ℈ij. caſtorei bibiti. Idem facit ſuccus Carduibened. cum Croco.

Sacculus repletus pulvere Nigellæ, impoſitus, facit & abortum, quod & alchitra ſuppoſita facit. Decoctio Centaurei minoris bibita. Naſcale ex balſamo. Succus Cucum. Aſinini Naſcale ex ligno Granati, ex farina Gith cum Mercuriali. Aut fiat ex artanita & involutum bombace eiuſdem ſucco intingatur. Succus Rapiſtri bibitus & ſuffumigatus. Lactuca aſini ſuppoſita. Hæc omnia & menſtrua & abortum provocant.

In Suffocatione Matricis:

Superius ſunt exhibenda fœtida, viribus conſtantibus, ita tamen, ne proſternant virtutem. Pomum ambræ ex partibus æquis Aſæ fœtidæ, & Caſtorei, cum aceto miſtis. *Elidæus,* vtitur Pilis combuſtis & Elichmiis in oleo Nucum extinctis. Odor Cimicis.

Maritus curabit vxorem, ſi virgam inungat oleo Caryophyllato contẽperato, ob caliditatem, cum oleo amygd. Efficaciter etiam iuvat Agaricus pulverizatus, potus cum vino, aut aqua mellis. Alii prædicant Pulverem criſtalli in vino.

Aut ſi fiat ex retentione Sanguin: menſtrui, aut hemorrhoidalis, phlebotometur Saphena, poſt detur

veris Betonicæ, cum aqua Matricariæ. Aut ℥.j. Pœoniæ cum melicrato. Laudatur & vomitus.

Magius, Pul. rad. Petaſſitidis, etiam ſi tormina pateretur. Item ſi ſumatur ℥.j. Bryoniæ, & coquatur in vino, & deinde ſingulis Menſibus bibatur.

Elidæus: Sacculus Sale repletus in collum matricis intromiſſus, ſubito ſanat. Item Trochiſc. de Myrrha. Item ℞ Olei de Lilio. ℥.j. Muſci, Croci, ana gr. iij. fac ſuppoſitorium. Debent & fieri Sternutatoria, Clyſteria, vomitus. Valet & ſemen Dauci. Ruta cum melle, lana excepta, in Anum indatur.

Si adſit magnus dolor: ℞ Ieræ ſimp. ℥.ij. Philonii Romani ℥.j. & detur in Bolo, poſt bibat Malvaticum. Item ℥.j.ß. Tripheræ magnæ, cum vino, aut aqua Arthemiſiæ, quod etiam à Bellicato laudatur mirifice agaricus trochiſcatus in vino albo. cochlear j. pulveris ſem. Paſtinacę ſyl. Item ℥.j. pul. agni caſti, cum ℥.j. mellis roſati.

Si ſit ex retento ſemine: ℞ Agarici troch. ℈iiij. Sem. Dauci ℈ß. cum ſyrupo de Arthemiſia fiant Pilulæ nu. vij. quibus ſuperbibat ℥. v. aquæ Arthemiſiæ calidæ.

Matthiolus commendat, ſi detur cochleare pulveris frondium aut radicis Herbæ biſlinguæ ſeu Hypogloſſi & liberatur ſubito.

Lucas Chinus: Decoquatur ℥.j. radicis vitis albæ in duobus Cyathis vini, ad medietatem. Et ſingulis menſibus bibatur Cyathus per Annum.

Ad ſuffocationem vteri, Piſa *Vrenſis exhibet* Pilulas *de Croco*, *pond. pro vice* ℈j. *mane vnam, & ſero alteram*:

Pilulæ de Croco fiunt ſic: ℞ Aſæ fœtidæ, ℥.j. Galbani ℈j. Caſtorei, Croci, ana gr. v. cum aqua ſavina fiat Maſſa pilularum. *Mirabiliter valet fumus* ex ſuccino albo, per os & nares.

NB. Aſæ fœtidæ ℈j. datus, ſtatim mirabiliter compeſcit matricem.

P*ulvis præſtans*, *Leonis*, *ad omnem ſuffocationem*:

℞ Opopanacis, ſeminis Pœoniæ, Zedoariæ, ana quantumvis, & pulveriſentur ſubtiliſſime, optime miſta. Doſis ℥.j. pro vice.

Matthiolus laudat mirifice Pulverem Paſtinacæ Sylveſtris, ſi detur cum vino poſt Paroxysmum, vel in ipſo Paroxyſmo.

Digeſtivum, in præfocatione Matricis, ex retentione Seminis & Menſium:

℞ Oxymellitis ſimp. ſyrup. de duabus radicibus, ſyr. de Arthemiſia, ana ℥. ß. aquarum matricariæ, Pulegii, Lupulorum, ana ℥. miſce.

P*ilulæ expertæ*, *in præfocatione Matricis*, *Magii*:

℞ Agarici electi ℥ j. Theriacæ electiſſimæ ℈j. Aſæ fœtidæ, Galbani, Ariſtol. rotundæ, Zedoariæ, ana ℈ß. Cum ſucco Rutæ fiant Pil. x. Et detur quotidie vna pro vice, ſuperbibendo

bendo ſupradictum Digeſtivum. Laudatur etiam ſummopere ſemen Paſtinacæ ſyl.

Ad motum Matricis: Ventoſæ ſine ſcarificatione apponantur ventri & vmbilico. Retinent matricem quocunque moveatur. Prodeſt & ſuffocationi.

Ad compeſcendum motum matricis enixæ:

℞ Pulegii, Nepitæ, ſem. fœniculi, ana q.v. & fiat decoctio in cerevifia, quæ detur potanda in proceſſu. Sacculus repletus canabis ſemine, ſuperpoſitus, cui Dioſc. & Galenus magnã vim tribuunt diſcutiendi flatus. Abrotanum, vice Caſtorei. Item carlina comeſta. Cingulũ ex corio cervino, inunctum oleo caſtorei, & arcte corpori alligatum. Sacculus ex Herbis matricalibus, calens adhibitus.

Matthæi de Grad: Vnum eſt ſingulare, ſi detur mulieri aliqualiter evigilatæ, ʒ.j. Pulveris Paſtinacæ ſyl. cum modico vini. Statim enim reducit. Poteſt & aliquid Cymini apponi, aut Spicænardi, aut baccarum Lauri. Sed ego vtor illo pulvere ſolo, & vidi mirabilem experientiam.

Peſſaria, quæ materias provocant deorſum per matricem, Item in Vertigine ex matrice:

℞ Myrrhæ ʒ.j. Caſſiæ ligneæ, Cinamomi, Croci, ana ʒ. ß. Boracis ℈j. cum oleo de Lilio formentur peſſaria, & ſupponantur.

NB. Camphora accenſa, donec deflagret, in vino ardente & hoc propinetur & Matrix inungatur foris Zibeto, cũ oleo Lilior. alb. Aromatico, vel ſimili. Valet & pro Puerperis dolentibus. Sic Aetius exhibet cardiacis vinum extinctionis Electri albi. Vmbilicus inungatur Zibeto.

Pontanus commendabat aquam Meliſſæ, cum pul. Zedoariæ. Elidæus exhibebat ℈j. Caſtorei, cum modico Oxymellitis ſimp. inſtar Electuarii, & ſuperbibat parum cretici aut generoſi vini. Vide apud Aetium, ſemina Dauci.

EX HOLLERIO.

In Suffocatione vteri vita eſt explorandapotius Sternutatoriis, quam floccis nari admotis, & ſimilibus.

Cauſæ ſunt, aut menſtruorum ſuppreſſio, aut ſpermatis corruptela in nubilibus & viduis, aut humor craſſus velut ſeminalis, in vtero collectus & corruptus.

In paroxyſmo, vt excitentur ſpiritus, & humores ad excretionem, Extremorum vincula, frictiones crurum cum Sale & aceto vſurpentur. Odorata vtero, naribus fœtida obiiciantur. Odor Rutæ, ceparum, Alliorum. Caſtoreum, Galbanum, Gagates, Aſa fœtida, Capilli, Plumæ, Cornu cervi & aliorum animalium, Euphorbium, excepta ſc. pice humida. Vtero competunt: Cibeta bombax muſchatus, caryophyllum aut ℞ Aliptæ moſchatæ ℈ij. Ligni Aloes, Caryophyllor. ana ℈j. Moſchi, Ambræ,

bræ, ana gr.iij.excipiantur oleo de Spica. Aut ℞ Galliæ Moſchatæ ℥. ij. Cinamomi, Folii, Macis, Caryophyllorum, ana ℈.j. ambræ, Moſchi, ana gr.iij. Ladani, Styracis, ana q. ſ. cum aqua Roſar. moſchata fiat velut ſuppoſitorium, pro Genitalibus. Aut hi pulveres cum oleo Coſtino, ſpicato, Liliaceo, Laurino, miſceantur, & ori vteri per obſtetricem affricentur. Vellicentur etiam aures, Nares, & maxime Pili pudendi. Non omittantur etiam glandes, Enemata, vnctiones, quæ flatus diſſipent, quorum plerunque ſunt plenæ, vt in Colica.

A Paroxiſmo excitatis, nullum remedium melius MARITO. Menſes retenti evocentur, Humores craſſi expurgẽtur cum ℈iiij. Hieræ Diacolo. aut infuſione ℥.j.ß. agarici trochiſc. aut ℥. ij. pul. Hieræ præ.

Si Seminis ſit corruptio: ℞ Terebinthinæ, ℥.iij. agarici trochiſc, ℈ij. Sem. Dauci, Cannabis, agni caſti, Ligni aloes, ana gr.viij. *fiat Bolus cum* conſer. Dianthos.

Purgationes per intervalla ſunt repetendæ; & per intervalla exhibeatur Caſtoreum, in Paroxyſmo ſolutum aceto acerrimo, & Naribus admotum, extra verò, ipſius ℈ij. aut iij. cum aqua rad. Dauci, aut Arthemiſiæ. Vomitus, Sternutatio, Cucurbitulæ cum multa flamma adhibitæ coxis & Inguinibus, deinde Ilibeus, Hypochondria faſciis conſtringantur. Pectini applicentur glomeres fili Anethino ferventi immerſi. Dropaces & ſinapiſmi extremæ Spinæ & ventri apponãtur. Balnea naturalia, frequẽs ♀. Cum prægnantibus clementer agendum. Sanguis mittatur, Menſibus ſuppreſſis. Vide ſupra Pilulas Piſævrenſis ex Croco, ſeu potius ex Aſa fœtida. Similiter fiunt Pilulæ ex aſa fœtida, & Caſtorio, deauratæ, quæ plurimum commendantur.

Ioacchinus in 9. Rhaſis ſuadet iuvenculis, maritatis & etiam viduis ob retentionem menſium corruptelam ſeminis ſuffocationi matricis obnoxiis, vt præ cautionis E. vel promoveantur menſes, vel commendentur viris vel NB. monachis.

Emplaſtrum Montagnanæ, ex Galbano:

℞ Galbani electi ℥.j. Bdellii mollis ℥.ij, Pul. Matricariæ, ℥.j.ß. Myrrhę ℈ß. Galbano per acetum ſoluto addantur reliqui Pulveres. Aut fiat Cerotum ex ſolo Galbano & Aſa fœtida. Applicetur calefactum vmbilico, donec per ſe cadat. Quidam apponunt pectini Cucurbitam magnam, cum multo igne.

Hyſterica.

Deſtillatum egregium: ℞ Zedoariæ, Sem. Paſtinacæ ſyl. ana ℥.j.ß. Rad. Leviſtici ℥.ß. Myrrhæ ℥.ij. Caſtorei ℥.ij ß. aquæ Matricariæ lib.ij. Poſt dies viij. deſtillentur infuſa. Doſis cochlear j. aut ij. N. Pul. Rad. Petaſitis.

Pulvis longe præſtantiſſimus:

℞ Myrrhæ rub. & ſelectæ. Sem. paſtinacæ ſyl. Oſſiculorum Leporis, Cort.

Cort. arantiorum, rad. Pœoniæ, ana, ſacchari albiſſimi, dimidium. Doſis, pugil. *j*. cum aqua Meliſſæ aut Matricariæ.

Emplaſtrum ex Galbano aliud: ℞ Galbani ℥.j.ß. Solvatur aceto forti, & expreſſo adde Bdellii ℥.iij. Myrrhæ electæ ℥.ß. cum modico olei nardini fiat Emplaſtrum; & in petia linea calefactum in tegula, applicetur pectini, & ſub vmbilico.

Inunctio optima Leonelli: Allium inciſum, imponatur prunis, & addatur parum aloes, quo ſucco inungatur vmbilicus, nec non tempora, cum Naribus. Valet & in Epilepſia ac vermibus. Aut fiat Emplaſtrum ex alliaria, & ſupponatur ℥.*j*. Galliæ moſchatæ in Sindone vel pecia rara.

Inunctio Matthioli optima: Allium inciſum cum aloe, aut ℥.ß. felles ♉ calefactum exprimatur pro inungẽdis, vmbilico, temporibus & naribus. Prodeſt mirifice verminoſis pueris.

NB. Succus Lappæ inſtillatus, aut inunctus labiis, mirabiliter ſtatim reſtituit mulierculas ſemimortuas. Semen Paſtinacæ, Pœoniæ, vinum abſinthitis, Moſchus alligatus femori, Zibetum infricatum vmbilico, odor Terebinthinæ vel ſuccini (nota de oleo ſuccini) Sinapis cum aceto, odor Galbani, Rutę. Emplaſtrum ex Galbano.

Pilulæ de moſcho, Montagnanæ:

℞ Seſeleos, Rubię, pulegii, Cort. caſſiæ fiſt. Medullę granor. Pœonię, Calami aromatici, ana ℥.iij. Moſchi electi ℥.*j*.ß. Spicænardi, ℈*j*. cum ſucco arthemiſiæ fiant Pilulæ. Mundificant & confortant matricem. Doſis ℥.*j*. vel ℥.*j*.ß. diebus alternis, aut ſtatim ante cœnam ſumatur vna. Frequenter expurgetur cum Electuario de Pſyllio.

Vocatur Experimentun hoc à Montagnana donum Dei.

Experimentum optimum, ex Antiquo:

Exhibe ſuccini lutei pulverem inſtar avellanæ, cum vino calido, & pedes in aquam calidam pone. Comedat & tres Caryophyllos.

Geſnerus: In ſuffocatione graviſſima exhibui Caſtorei ℥.ß. cum aqua Hyſſopi, & linteolum aqua ardente intinctum, vmbilico impoſui.

Sed validius eſt hoc: ℞ Caſtorei, Sinapis albi, Rutæ, ana ℥.*j*, aquę Theriacalis ℥.j. exhibeatur potandum. Et in ſacculo calefacto imponatur abſynthium cum Arthemiſia.

Hippocrates 7. Epid. Dolores vterinos maxime eſſe ex flatibus, arguit Ructus, Item ventris ſtrepitus. Dolores circa Lumbos iuvat. Cataplaſma ex part. ii. Aromatum, & part. *j*. Farinæ, vino coctis.

Vor die Behrmutter / *ex Antiquo:*

Gieb jhr gehlen Agſtein / klein geſtoſſen / als einer Bonen / (vel Zedoariam)

riam) vnd ſetz die Füß in heiſſes Waſſer. Item laß den Rauch von Haſelhüner Federn / vff kohlen gebrendt / in Halß gehen. Item ſie eſſe drey Nägelin / vnnd trage Angelicken Wurtz in der lincken Hand.

Vlcera matricis:

Ex Schobbero: Infuſio pannorum in ſucco Apii aut Matricariæ, optime mundat vlcera. Item Linimentum ex Hiera ſimplici, ter aut quater in die.

Item ℞ Olei de floribus Matricariæ, de Croco ana ℥. ß. de Keiri ℥. *ij*. Opopanacis, Sarcocollæ, Myrrhæ, ana ℥. *j*. Terebinthinæ ℥. vj. Muſci gr. j. Ceræ albæ q. ſ. miſce & fiat vnguẽtũ molle, optimũ in vlceribus matricis, quod poſtea bulliat in ℥. iij. ſucci apii, ad eius conſumptionem, & fiant Peſſaria aut Clyſteria. Præterea feſſio in decocto Radicis & foliorum Cucumeris aſinini. Vide infra in fine lib. Capite de virga aurea.

Poſt mundificationem Incarnativam:

℞ Centaurii lib. ß. Rad. Ireos, conſolidæ vtriuſq;, folior. Agrimoniæ, ana M. *ij*. Scariolæ, Hypociſtidis, Gummi Arab. Tragaganthi, Thuris, Mumiæ, ana ℥. *j*. Coquantur in lib. 30. Aquæ ad medietatis conſumptionem. Adde Scoria ferri ℥. x. & fiat ſemicupium. Deinde abſtergatur Matrix aqua Mellis, & dolorem ſeda Lacte recenti, & tandem inſperge pulveres conſolidantes.

In vlceribus à cauſa calida & pruritu, optimum eſt oleum citoneorum.

Ad Rhagadas, ſeu Sciſſuras Matricis, Hollerij:

Hæc vlcera, ſi ſunt ſanioſa, abluantur Sero Lactis, aut mulſa. Conſolidentur Diapompholyge, cum Cerato Roſato, ceruſſa, Pompholyge &c.

Calloſa, emolliantur Oeſipo, vnguento de Plumbo, Rad. Lilii, mucilaginibus & adipibus, vitello ovi cum lacte muliebri, ſucco Cancrorum, Plantaginis. Si fervent, cum Cancri ſuſpicione: ℞ Succi Lactucæ, Portulacæ, Plantaginis, Pſyllii, ana ℥. *ij*. agitentur in plumbeo mortario. Aut ℞ Ceroti Roſar. Gal. cum ſucco ſolatri, vnguentum ♄. de Ceruſſa, de Tutia lota.

Ad matricem, quæ egreditur, Expertum Bononienſe:

Sæpe lavetur cum vino extinctionis Chalybis, & ſuffumigetur ex Stercore bovino exiccato. Aut ovum, quod ſtat ſub Gallinis per multos dies, frangatur, & cum lana in eo involuta imponat in Vulvam, & ſtatim aſcendet. Simul ventoſa in ſemine poſita. Similiter fiant fritellæ ex Tapſo barbato, cum farina, & comedantur.

Idem facit Pulvis pellis anguillæ ſalitæ, ſi ex eo per infundibulum fiat ſuffitus ad matricem. Cucurbita magna ſub vmbilico ponatur, & Matrix,

trix, ſi intumeſcit, præmiſſo fotu aſperſoque pulvere adſtringentium reponatur. Vide de prolapſu recti Inteſtini.

Quidam ex Cera globum faciunt & formant, inſtar parvi Cotonei mali, ac ligatum arcto filo, matrici adhibent reponendo, poſtea retrahunt cum filo.

Ex Hollerio: Vtero repoſito, excluſis prius excrementis alvi, immittatur Peſſulus immerſus vino auſtero, decocto cum foliis Roſæ Caninæ, Rubi, Hypociſtidis, Baluſtiis. Sit autem ex lana involuta linteolo. Hinc Semiſphera, quam quidam author deſcribit, vel Zona Hippocratica pudendo aptanda. Cucurbita affigatur vmbilico atque Ilibus, cum multa flamma. Poſtea vmbilico adhibeatur Emplaſtrum ex Galbano, Thure, Terebinthina, cum Moſcho. Item Emplaſt. ad Rupturam, Comitiſſæ, Emplaſtrum de Maſtiche. Vnguentum rubeum deſiccativum. Peſſarium ex Aſa fœtida, Myrrha, Thure & Maſtiche, ana, cum oleo Laurino aut Liliaceo, addendo ʒ. j ß. Lavandulæ, & ʒ. ß. Baccarum Lauri. Suffumigia & Inſeſſus ex Lavandula, Biſtorta, baccis Lauri, cum partiuncula Myrrhæ, Cort. Thuris & Maſticis. Naribus odora, vtero fœtida admovenda, & involvantur partes pudendæ pannis perfumigatis Myrrha & Thure.

Elidæus Bononienſis, in Scirrho Matricis:

Emplaſtrum de Melileto convenit optime. Item ℞ Aloes Epaticæ ℥. ij. Terebinthinæ, ℥. j. ß. Maſticis ℥. ß. Galbani ℥. ij. cum oleo Camemelino & Cera q. ſ. fiat Cerotum informa bona. Confert & decoctum Ivæ. *Elidæus* etiam quotidie exhibet pilulas vel paſtam ex ʒ. ß. Ammoniaci, ℈j. Rhabarb. cum Oxymellite, ſuperbibendo Oxymellit. ℥. ij. aquæ Arthemiſiæ ℥. ij. Exterius applicet Emplaſtrum tale: ℞ Spe. Emplaſtri de Meliloto, ammoniaci in aceto diſſoluti, Maſtichis, ana ʒ. ß. Reſinæ Pineæ & Ceræ q. ſ. & fiat Emplaſtrum.

Ad duritiem matricis: Coquantur ficus cum fœnugræco in aqua Hordei, & fiant in eo ſeſſiones, aut fiat inde Emplaſtrum, quod mollificat & reſolvit optime.

Digeſtivum Leonis: ℞ Syrupi de Cichorea Nicolai, de Arthemiſia, ana ʒ. vj. Aquæ Matricariæ, Abſynthii, Cichorei, ana ℥. ij. miſceantur probe.

Ad duritiem in collo Matricis: Experientia comprobatum eſt, ſi ex amaraco, cocto in oleo & expreſſo fiant Pilulæ, ac filo ligatæ, in panno rariſſimo involutæ applicentur.

Si durities exterius in ventre apparet, calefac Amaracum in tegula & ſuper impone. Aliqui comederunt quotidie in cibo aliquot folia Malvæ, & ſanatæ ſunt à duritie matricis cum ſuppreſſis Menſibus.

PARTVM FACILITANTIA.

Potio præſtans,in partu difficili: ℞ Cinamomi electi, Myrrhæ, ana ʒ.ß. Pulveriſata ſubtiliſſime, detur cum modico vini albi ſubtilis. Maxime valet poſt Sternutationem & vomitum. *Confert & Triphera magna*, nec facit Sterilitatem, vt communiter dicunt Aut ℞ Boracis (facticii aurificum) ʒj.ß. Cinamomi electi, Croci, ana ℈j. Pulveriſentur ſubtiliter, & miſceantur. Demum ungatur bene vulva: ℞ Mucilag.ſem.Lini, Althęæ, Butyri, pinguedinis Gallinæ, Anſeris, anatis, olei de Lilio, amygd.dul.ana ℥.ß.miſceantur omnia probe, quod educit & Secundinas. Si non adſint dolores, exhibe cum hydromellite.

In difficultate partus, Aqua clara cum Melle ſine ebullitione & deſpumatione prodeſt, excitando Naturam ad expulſionem, dum etiam tormina & dolores.

Serapio: Ad expellendum fœtum, non eſt par Semini Lini, cum bibitur aut ſupponitur, aut ſedetur in decoctione ipſius.

Magius: Si in partu fœtus exerat brachium alterum, ſupponatur aqua fervens, quam cum ſentit evaporantem, ſtatim retrahit brachium. Ad partum eiiciendum Idem laudat oleum Irinum, quod componit illud egregie, quod eſt in vſu apud Patavinos. Item folium Dictamni veri in potu datum. Item ammoniacum potatum,

Leonis: Partum provocant, duo grana (alias ʒ.iij.) Dictamni cū vino. Lac alterius mulieris cum melle. Croci pulveriſati cum vino, ʒ.j.ß. Aut pul. Ariſtol.rot.cum vino. Item porri radices in patella frixi, & vmbilico appoſiti. Item ʒ.j.viſci Quercini, in vino. Aut ℞ Caſſiæ ligneæ ʒ.j. Cort. Caſſiæ ʒ. ij. bulliant in vino ſubtili albo.

Fœtum etiam mortuum expellit Potio ex ℥.ij. Lactis Capræ, cum ʒ.ij. Galbani. Inferius ℞ Hyſſopi, Rad. Lilii, Origani, Calamenti, ana ʒ.ij. Terebinthinæ ʒ.j. & cum lana fiat Peſſarium. Aut fiat ex Galbano diſſoluto in ſucco Arthemiſiæ, aut ex ſucco Rutæ, cum pulvere Myrrhæ & Colocynthidis patum.

Vnguentum ab extra, expellens Fœtum & Secundinam:

℞ Fellis Taurini, Aloes, Salis Gemmæ, & miſceantur cum oleo, & ad ignem vngantur partes vulvæ.

Lucas Chinus: Laudat ʒ.j. Cinamomi aut Croci, cum ℥.vj.aut viij.aquæ deſtillatæ ex floribus Sambuci. Partum

tum enim accelerat & dolorem mitigat.

Ad Fœtum mortuum extrahendum, Elidæus vſus eſt iſta potione:

℞ Sem. Iuniperi, M. j. Rubiæ tinctor. Cinamomi, Myrrhæ, ana ℥. ß. Bulliant in aqua arthemiſiæ ad conſumptionem partis tertiæ. Colaturæ addatur Boracis ʒj. & propinetur calidum. Similiter valent Trochiſc. de Gallia Moſchata, cum aqua Mellis, dando ℈iiij. Quibus non conferentibus, venias ad decoctionem foliorũ Ireos, in brodio Caponis, folia bene piſtentur, & cum dicto brodio exhibeãtur, fiatque id ſæpe, nam ſine moleſtia educit fœtum illa mane. Idem facit Crocus, cum vino potus. Item Cinamomum potatum, quod etiam optime alleviat partum. Capillus veneris, Borax ad quantitatem nucis, cum vino. Borax & Cortex Caſſiæ fiſtulæ. Item polypodicum cum foliis Malvarum, ſi calida ſupra ponantur. Deinde ℞ Arthemiſiam, & coquatur, & ponatur ſuper vmbilicum vſque ad muliebria, & ſuper coxas, & ſtatim pariet. Cito verò amoveatur, ne inſequatur matrix.

NB. Radix porrifrixa in patella.

Si fœtus ſit mortuus, Lac Caninum cum melle & vino datum, liberat ſtatim. Item Myrrha, ad quantitatem avellanæ, cum vino potata. Nec non vinum decoctionis Satureiæ. Verbena etiam bibita, cum vino vel aqua. Aut ſuffumigatur ex Stercore Equi.

Confectio optima:

℞ Myrrhæ, Caſtorei, Storacis, ana ʒ. j. Cinamomi, Sabinæ, ana ʒ. ß. Fac pulverem, vel Pilulas, & da patienti cum vino. Idem facit depuratus ſuccus vel pulvis Sabinæ, nec non decoctio ipſius. Item cyclamen, quomodocunque ſumatur, expellit fœtum vivum & mortuum. Fortius agit ſuffumigatio cum vngulis Equi vel Aſini. Deinde penna aquilæ poſita ſub pede Mulieris. Item pinguedo Caballina, cuius fumum inferius capiat, liberat enim à fœtu mortuo, & à Secundina. Cyclamen quomodocunque ſumptum.

Idem facit aqua frigida cum Borace, quam Chryſocollam vocant. Decoctio Pulegii in vino. Item ʒ. j. ſuccini albi in vino. Oleum ſuccini adhibitum & vmbilico inunctum.

Pulvis optimus A. Luſitani:

℞ Croci ʒ. j. Cinamomi electi (vel Caſſiæ) ʒ. j. ß. Succini albiſſimi, ℈ij. Trochis. de Myrrha ʒ. ß. Trita ſubtiliſſime miſce, Doſis ʒ. j. cum Cretico. Confortentur vires cum iuſculis, ovis ſorbilibus, Cretico, & rurſus deinde detur pulvis. Deſperatis exhibe pulveris dicti & Chryſocollæ naturalis ana ʒ. ß. & naribus adhibe Sternutatoria. Suffiantur inferius cum Sabina, Pulegio, Iride, Dictamno, arthemiſia.

Matthioli: ℞ Succi Sabinæ, Chryſocollæ facticiæ, ʒ. j. cum ℥. j. vini optimi. Idem: Mulieres Garitienſes

 exhi-

exhibent feliciter Mercur. pondere ℈j.in Partu difficili. Item ℞ Croci ℈ß.cum ℥,iiij. aquæ arthemiſiæ, Miſce pro hauſtu. Poteſt addi ſuccini albi pulvis.

Ad Fœtum mortuum: Fac Emplaſtrum ex caulibus coctis,ac axungia. Bibat multum brodii, in quo decocta fuerunt folia Ireos, & ſubito pariet. Decoctum Centaurei min. & Sabinæ.

Lucas Chinus: Fœtum mirifice expellit, Marrubium nigrum Theophraſti. Si placenta fiat cum ovo & oleo amygd. dul. optime ſimul coctis. Hoc confirmat Matthiolus, ſi pulveriſati offeratur cum vino albo generoſo, & mirabiliter operare idipſum affirmat.

Pulvis Matthæi de Grad. ad facilitandum partum, optimus:

℞ Corticum Caſſiæ fiſt. Caſſiæ ligneæ, Cinamomi, ana ʒ.ß. Croci, Boracis, ana ℈ij. Pulveriſata ſubtiliſſime miſce, pro duabus vicibus, cum aqua Matricariæ, aut Betonicæ.

Pulvis Mithobii expertus:

℞ Succini albi ʒ.ij. Cinamomi ʒ.ij.ß. Myrrhæ, Caſſiæ ligneæ, ana ʒ.ß. Miſce pro Pulvere. Doſis, omni hora, pondere ʒ.ß. cum vino albo. Emplaſtretur vmbilicus cum Scarlea vel ſatureia cocta & tuſa. Parturientes ſæpe confortentur cum Rotulis Diamargariton vel Manus Chriſti, cum iuſculis pullorum, cũ Cinamomo &c. Trochiſci de Myrrha, partum accelerant. Odorent Caſtoreum. Vſuale eſt extrinſecus ol. lil. vel Frawen Oel fit ex Liliis loti vulgò, Siebengezeich / quo obſtetrices frequentiſſime vtuntur.

Ad Fœtum mortuum eiiciendum:

Confortetur iuſculis Aromaticis. Suffitus fiat ex Myrrha, Bdellio, thure, Caryophyllis, Styrace, per infundibulum. Ilea inunge oleo Mulierũ, quod & Locellis infundatur. Satureia & Scarlea cocta apponantur, in ſacculo vmbilico. Decoctum Centaurei minoris & Sabinæ, valenter agit. Sacculus repletus Lino, Rad. Malvæ & Althęæ, nec non Origano, Arthemiſia &c. Coctis calens apponatur dorſo & ventri, aut pubi. Quo facto, bibat per horam ʒ.ß. Rhabarbari, cum ʒ.iij. Aquarum Pulegii & Arthemiſiæ. Vel ℞ Caſtorei, Myrrhæ, Styracis Calam. Cinamomi, ana ℈ij. Savinæ ℈iiij. Detur duabus vicibus, aut fiant Pilulæ cum melle, quarum vnam ſumat vna vice. Confortetur bonis iuſculis & vino.

Ad facilitandum partum:

Remedium commune eſt apud Italas Mulieres, offerre Croci ʒ.ij. in potu, & multum prodeſt. Et Matthiolus refert de Gorizienſibus mulieribus, quod, ſi diu in partu laboraverint, Argentum vivum, ℈j. pondere nullis incommodis ſumant.

Colatura Cancrorum tuſorum, cum vino

vino potata, ſtatim facit parere. Item vaſum oſſis de C. C. cum aqua pulegii propinata.

NB. Pulvis Cinamomi, cum Ariſtol. longa, vel Myrrha, in aqua capillor. ♀.

Pulvis Bellocati præſtans:

℞ Dictamni Cretici, Ariſtolochiæ vtriuſque, Calamenti, Cinamomi, ana ℈j. Croci gr. iiij. ſacchari ʒ.j. Pulveriſata ſubtiliſſime miſceantur, & detur cũ Iuſculo, aut vino odorifero.

B. Coradini: ℞ Dictamni, ſem. Nigellæ, vnicornu, viſci Corylorum, ana ʒ. j. Doſis ʒ.j. Pellit Secundinam & fœtum mortuum, & prodeſt Fœtui contra convulſiones. Quidam exhibent, Pul. Electri albi, cum aqua Pulegii. Vmbilico imponatur Arthemiſia. Quidam etiam commendat Cuticulam ventriculi Gallinarum, cum Borace, ana.

Mithobius, ad Secundinam:

Bibat ʒ.j. vel ʒ. ß. Trochiſc. de Myrrha, cum vino albo, omni hora. Bryonia cocta ſuperponatur ventri. Vel ſcarlea, aut Satureia. Suffiatur aromatibus ſuavibus, & Sternutatio provocetur. Inungatur oleo Muliebri, quod ex Liliis parant; aut Loti Specie, Siebẽgezeich. Odoret bdellium Thus, Styracem. Bibat decoctũ baccarum Lauri, aut Arthemiſiæ. Curetur probe, ne quid remaneat.

NB. *Geſnerus, fol. 27. Epiſtolarum*, omnibus Medicamentis præfert pollinem teſtium Equi Caſtrati ſiccatorum, (Siccentur fruſtulatim conciſi, in furno) exhibitum in iure, quantum tribus capitur digitis, idque ſi ſit opus, bis vel ter. Geſnerus affirmat nunquam fefelliſſe.

Abortum facientia:

Partum educunt, quæ & Menſtrua provocant, Lana ſuccida cum butyro & melle ſuppoſita. Herba ſanguinaria cum aqua frigida bibita, vt quidam dicunt. Vide ſupra de Menſibus. Educunt etiam fœtum ac Secundinam, & partum facilitant, Trochiſci de Gallia moſchata Rhaſis, ad ʒ.j. in vino albo calido. Emplaſtrum de radicibus Porrorum decoctis &c.

Avicenna dicit ſuffumigetur, quæ abortivit, cum bdellio, Hyſſopo, & harmel, & glutine Albotin, Origano, & Sinapi albo. Vt currat ſanguis, & non ingraſſetur, nam ingraſſatus, dolorem faceret.

Abortum etiam facit, Succus Cyclaminis, ſeu Panis porcini bibitus pregnanti, aut forſan ſuppoſitus. Suffumigium ex vngula aſini, ſerò & mane, ex Galbano, Opopanace, Caſtoreo, Myrrha & felle vaccino, hæc enim fœtum extrahunt mortuum. Item Caules aliqualiter cocti, & cum butyro vaccino emplaſtrati. Similiter Ruta, Aſa fœtida, Myrrha, Caſtoreũ, ana ℈j. Item antidoton Æmagogon ʒ. ß. cum ʒ. iiij. aquæ arthemiſiæ. Venter ſemper teneatur lubricus, & mulier ſæpe deambulet. Item panem infuſum in oleo Spicæ, ventri applica. Simili-

militer lapis prægnans ſeu aquilæ, ligatus coxæ. Radix ſparagi, Crocus.

Elidæus, ad tarditatem Fœtus Vivi, & ad educendum mortuũ:

Fiat balneum ex aqua fluviali, decoctionis Lilii, Camomillæ, Satureiæ, Malvarum, ana M. iij. Deinde ſuffumigetur cum ambra Orientali, Muſco, ana ℈j. Laudani gr. v. Miſce, poſitis ſuper prunis, & per embotum fumo recepto. Deinde detur citò ſequens Potus: ℞ Spodii ʒ. ij. Caſſiæ fiſt. aut Cinamomi ʒ. iij. cum vino odorifero bono, aut aqua aperitiva. Idem facit ex Laudano ſuffumigatio, vel ſuppoſitorium. Crocus cum vino potus. Cinamomum ſimiliter, aut cum aqua Mellis. Capillus ♀. Borax &c. Item ſuccus porri, ad quantitatem teſtæ ovi bibitus.

Vt ſciatur, Fœtus ſit vivus an mortuus:

Fiat balneum ex Savina, & ibi ſedeat mulier, nam infans, ſi ſit vivus, movebitur. *Mithobius*: Inſideat Mulier ſacculo Lupulis repleto & cocto, vt vaporem recipiat, aut recipiat fumum Camomillæ coctæ, intra pudenda. Pedes in eo decocto teneat, ac vmbilicum vino ardenti inungat, & inde movebitur infans.

Elidæus: Ad oppilationes Matricis valet brodium Ciceris rubei, cum modico Croci. Evacuat eam ab humoribus phlegmaticis, ʒ. j. Thurbit, cum Caſſiæ lign. Cinamomi, ana ℈j. in decoctione Arthemiſiæ. Purgat & Matricem Lana infuſa in decoctione Ellebori albi, & ſuppoſita, idque ſine moleſtia.

Quando mulieres non purgantur poſt partum:

℞ Arthemiſiam & Chelidoniam, in aqua coctam & colatam exhibeto. Item ſquinanthum & Capill. ♀. cum Ciceris rub.

Matricem poſt partum purgat, ſi lana vel ſtuppa intincta in Albumine ovi conquaſſato cum oleo ſuper labia Matricis epithemetur, ita vt ea ingrediatur. Secetur vena Poplitis, & detur ʒ. j. pul. Dauci, cum vino, aut ʒ. j. Diacymini.

Huc facit **Buckel Tranck** Duciſſæ Württenbergenſis ſuperius deſcripta.

Ad molam, Clipeoli:

℞ Hermodactyl. ℥. ß. Agarici in petia lig. ʒ. j. Piperis longi, Cubebarum, Pyrethri, ana ʒ. ij. Cimini, Carui, ana ʒ. iij. Rutæ, Origani, ana ʒ. j. Serpilli M. ß. olei Rutacei ℥. iiij. Aceti ſquillitici ℥. ij. vini Rhenenſis antiquiſſimi, lib. j. ß. Coquantur lento igne ad partis tertiæ conſumptionem, & adde vini ſublimati ℥. iiij. Iterum parum bulliat, & coletur forti expreſſione, & in veſica applicetur dorſo, vtero & lateribus. Sedat dolorem, reſolvendo ventoſitates.

Pulvis Clipeoli efficaciſſimus, ad molam:

℞ Cinamomi electi. ʒ.*j.* Caſſiæ ligneæ Rubię tinctor. Myrrhæ, Croci, ana ʒ.ß. Galangæ electæ ℈ß. Succini albi ℈iiij. Pulveriſata ſubtiliſſime miſceantur, & ſumatur mane in vino bono, odorifero, pondere Aurei Rhenani.

Linimentum optimum: ℞ Galbani, Ammoniaci, Serapini, ana ℥. ß. Ariſtol. rotund. Ellebori albi, ana ʒ.*ij.* Buccæ Marinæ, ʒ.j.ß. Gummata diſſolve in aqua Rutę, & pulveriſatis aliis fiat Linimentum ſ.a.

AETIVS: Rutam & anethum vino veteri fulvo decoque, & herbis abiectis vinum calidum bibendum dato, & ferme aquæ loco exhibeto. Hoc Medicamento Mulier quædam excreta ſanguinis copia ſalutem adepta eſt. Hippocrates vtitur D[illegible]mno Cretico & Caſtoreo.

NB. Vor dem Bad / den Bauch wohl mit Reinfall oder Malvaſier beſtrichen / ſo es eine Frucht iſt / ſo ſtärcket es dieſelbe / wo aber nicht / ſo treibet es eine groſſe menge böſer Feuchtigkeit / per oſtium vteri. Probatum ſæpiſſime.

Hollerius, ad molam: Mola curatur Phlebotomia, fometibus laxantibus partes: Medicamentis aperientibus & fœtum evocantibus mortuum. Alioquin Chirurgia eſt Opus &c. Trochiſci de Myrrha, Hermodactyli &c.

Valleriolæ, ad Scyrrhum Matricis: Corpore expurgato à craſſis ſuccis, foveatur locus oleo anethi & Liliorum. Decoct. Radi. Ibiſci. Poſtea ℞ Rad. Althææ, abiecta medulla, in oleo Lilior. coctæ, lib.j. Mucilaginis ſem. Lini fœnugræci, ana ℥. *ij.* Medullæ Cervinæ. aut vitulinæ, ℥.iij. Axungię anſeris, Gallinę, ana ℥.j. Miſceantur pro Inunctione à fotu. Poſt dies quinque ℞ Ammoniaci ping. Aceto albo diſſoluti ℥.*ij.* Styracis, bdellii mollis ana ℥.j. fiat Emplaſtrum, & cum Corio tenui admoveatur. Aut ℞ Ammoniaci, Galbani, Bdellii humidioris, ana ℥.*j.* & diſſolvantur diligenter in mortario cum oleo anethi, & modico aceto. Adde mucilaginis ſem. Lini, fœnugræci, ana ℥.j. Caricarum pig. num. x*ij.* Piſtentur & incorporentur omnia ſimul.

Peſſus Avicennæ optimus, ad Duritiem Matricis:

℞ Diachylonis ℥.*ij.* Medullę Cervi, & vituli, axungiæ tauri, Gallinæ, anatis, ana ℥.*j.* Stercoris Ovilli, Styracis vtriuſque, Myrrhę, ana ℥.ß. Croci ʒ.*ij.* Olei Nardini ℥. *j.* Liquatis & miſtis, fiant Peſſi cum Serico rubro.

Ad immoderatum Sanguinis ex vtero fluxum:

Si fiat ex ſubtilitate ſanguinis: ℞ Myrabolan. Citrinor. & Chebul. ana ℥. iii*j.* bulliant in ſufficienti quantitate aquæ Plantaginis, ad caſum medietatis. Colaturæ adde Rhabarbari ℈iij. Diacathol. ʒ.vj. & fiat Potus. Poſtea digeratur materia cum ſyrupis incraſſantibus, & mittatur ſanguis ex Baſilica ſæpius, extrahendo ℥.*ij.* aut iiij. per vicem. Poſtea detur ʒ.ij. Philonii Perſici, cum aqua Portulacæ, &

imponatur Vulvæ ſtuellum infuſum in ſucco Plantaginis, cum Stercore aſinino, aut Aloe. Valet & Triphera minor Fenonis, & Electuarium de Scoria ferri. Cornu cervi vſtum, cum vino Chalybeato. Item ℥.j. pul. Corallor. rub. aquæ Plantaginis ℥.iiij. ante Somnum, & non cœnet.

Ex Conſilio Galeni, 5. Meth. 5.

Exhibeatur ſuccus Plantaginis, & clyſterizetur 4. aut 5. diebus. Detur etiam Philonium Perſicum, cum ſaccharo Roſato. Succus Millefolii bibitus, reſtringit fluxum menſtrualem. Scoria ferri bulliat in vino, & in eo fiat Seſſio, poteſt & fieri naſcale ex ærugine ferri.

Balneum Doctoris Elidæi optimum, ad dolores Matricis:

℞ Nepetam, Pulegium, folia Lauri, Arthemiſiam, fœnugræcum, & Semen Lini, Camomillam, Melilotum. Fiat decoctio in ſuff. q. aquæ, in qua ſedeat. Aut ſuper ſacculum repletum foliis Lauri, & calefactum ſuper tegula. Aut in decocto viſci querſini. Aut fiat fomentatio cum Spongiis ex decocto ſuperiori, aut ſimili. Aut coquantur folia Rutæ trita. Cond. & Galanga in oleo de Lilio in vaſe duplici, ex quo oleo fiat inunctio; & cum lana fomentatio. Ein Weinſupꝑen/cum vitello ovi, Cinamomo, Baccis Lauri & ſaccharo, Guainerius, fol. 143. Fomentatio in aqua decoctionis Caricarum pinguium, cum fœnugræco. Decoctio ſquinanthi in aqua Arthemiſiæ. Item Ruta calefacta cum vino, & applicata. ℞ Ameos, ſem. Apii, Zinziberis, Carui, Macropiperis, ana ℨ. j. ſacchari, ad pondus omnium, pulveriſentur. Detur ℨ j. ß. cum vino. Optimum vero eſt Caſtoreum ſumptum aut iniectum. Item ℨ. ij. Tripheræ magnæ, cum aquæ Arthemiſiæ ℥. v. Item ℞ Thurbith ℨ. j. Cinamomi ℈ iiij. Cardamomi ℈ ij. cum aqua Matricariæ, & ſacchari ℥. ß. fiat Potus.

Emplaſtrum optimum, ad tumorem ventris, poſt Partum:

℞ Rutæ, Serpilli, ana, Coquantur in vino generoſo, ad ſufficientiam, & piſtentur, ac cum oleo Roſato fiat Emplaſtrum, & Calidum applicetur loco dolenti.

Vt Mulier non doleat poſt partum:

Statim poſt deiectionem ſecundinæ, ſumat dimidium Cyathum vini albi tepidi, cum pul. Ambræ griſ. ad quantitatem Avellanæ, cum modico Croci, & vitello j. ovi crudo, bene ſimul miſtis.

Eraſti: Apponatur Emplaſtrum ex Cepis cum adipe anſerino, frixis & tuſis, calens.

Matthiolus: Fiat placenta cum iij. vel iiij. ovis, oleo Lilino, Siſymbrio, Parthenio, & floribus Arthemidis, & Calida applicetur vmbilico.

Muſa, ad dolorem Matricis:

Dentur olei amygd. dul. ℥. iiij. ſacchari

chari fini ℥. ij. in potu optime enim liberata à torminibus.

Leonis: Inungatur venter cum butyro recenti, & Dialthæa, ſimul incorporatis. Item cepa bene cocta ſub cineribus, ac bene cum butyro piſtata, vmbilico imponatur. Item fiant Fomentationes ad ventrem ex vrtica mortua minore bullita in vino & aqua. Matris ſylva comedatur.

Aqua, ad omnes dolores matricis, ventris & Stomachi, ante & poſt partum:

℞ Mithridatii antiqui, lib. *j*. aquæ vitæ optimæ lib *ij*. Deſtilla lento igne, ad Cineres. Doſis eſt à ʒ. *j*. ad ʒ. *ij*. cum Malvatico, & detur tepide vel frigide. Cum alia non contulerint, mire confert decoctio chamędrios in brodio, ante cibum ſumpta. Solvit enim ventrem ac phlegmata educit.

Sacculus optimus, ad dolorem poſt partum, Elidæi:

℞ Rad. Ariſtol. longæ & rotun. Granorum Iuniperi, ſem. agni caſti, folior. Rutæ, Camomillæ, Meliloti, anethi, ana M. j Contundenda contundantur, & fiat ſacculus ſ. a. interbaſtatus.

Prodeſt itidem, ſi decoquatur in aqua Zinziber, ſem. fœniculi & aniſi, ana, parum diligenter exprimantur, & decoctionis illius bibat Cyathos tres. Pul. Dauci aut Diacimini, cum vino. Si Menſes deficiunt, ſecetur Vena poplitis.

Ad dolores poſt partum remanentes:

℞ Vitellorum Ovi coctorum in vino vſque ad duritiem, ſubigatur cum ſucco Arthemiſiæ, addito pulvere Cymini. Hoc totum ventri & pectini calidum ſuperponatur.

Potio Elidæi, optima, ad dolorem poſt partum, aut Abortum:

℞ Squinanthi triti ʒ. *ij*. Spicænardi, tantundem. In aqua Arthemiſiæ bulliant ad conſumptionem medietatis aquæ, & bibatur bis vel ter actu calida. Cito enim ſedat dolorem. Aut dentur ʒ. *ij*. Pul. Luminaris maioris. Valet multum fomentatio decoctionis Caricarum ping. cum fœnugræco. Item ex luteis ouorum, cum ſucco Arthemiſiæ, fiat fritata, & ante & retro applica. Nec non althęa cocta in vino, & piſtata. Vel ℞ Croci ℈. ß. Macis ℈j. Tripheræ maioris ʒ. ß. ſumatur cum vino calido, pro duabus vicibus.

Sacculus ad dolorem poſt partum, aut Abortum:

℞ Camomillæ, Meliloti, Arthemiſiæ, ſem. Lini, ana, Conquaſſentur, & fiat ſacculus, qui calefactus in vino aromatico ventri apponatur. Aut bulliant hæc in vino pro fomentatione. Aut fac Emplaſtrum ex cepis coctis ſub cineribus, cum butyro recenti piſtatis, & calidum imponatur

ventri. Item inungatur venter cum butyro recenti & Dialthæa,ſimul incorporatis,aut cum oleo Camæmelino,& deKeiri cit.

Dolorem ſedantia, & menſes provocantia à partu:

℞ Capillor. ♀. M.j.Squinanthi minutim inciſ.ℨ.ij Bulliant in brodio aut aqua Arthemiſiæ, ad ſufficientiam; Cuius detur mane Cyathus, cum ℥. ij. Syrupi Byzanthini,aut de duabus Rad. Item Nux moſchata pulveriſata,cum brodio columbi, Item Tripheræ magnæ ℨ.j.cum brodio arthemiſiæ.Item Hieræ ſimp. ℨ. ijPhilonii Rom,ʒ.j.detur in bolo,ſuperbibendo Malvaticum, ſi ſit dolor cum præfocatione.Item ℞ Corticum Caſſiæ fiſt.& Caſſiæ lign.Cinamomi, Capill.♀. ana ℨ.ij.Sem. aniſi,Paſſularum,ana ℨ.iiij. Huius Pulveris dentur ℨ.ij.cum vino, aut decoctionis Arthemiſię brodio. Vtatur Luminata Alexandrina in ſuis cibariis.

Enixis,pro leniendo Ventre, damus ℥.ij.Mannæ,in brodio pingui, & parum ſuperdormiat. Prægnantibus verò in acuto morbo,℥.ij. Mannæ,aut ℥.ij, ß. cum decoctione Pectorali,cum ℈ij.Rhabarb.electi, in ſubſtantia,ne fiat abortus.

Emplaſtrum,Doctoris Magii, ad Mammillarum vlcera:

℞ Mellis deſpumati lib.j.Farinæ Sem.Lini q.ſ.ad inſpiſſandum, & fiat Emplaſtrum ſolidum,adde pul. Zuchari ℥.j.Croci ℨ.j.Miſce.

NB.Oleum Momordicæ,Syringarum.

Elidæi, ad defectum Lactis, in Mulieribus:

℞ Pul.Criſtallini ℈iiij. aquæ Hordei ℥.vj. Aut ſumat brodium decoctionis Lumbricorum vino ablutorum,& fœniculi,id enim eſt præſtantiſſimum.

Magius,ad duritiem Mammillarum:

Valent Caſtaneæ coctæ,cum farina Hordei& Aceto.Item apium ſeu Petroſelinum Emplaſtratum. Oleum Balſaminæ ſeu Momordicæ. Canabis ſylveſtris cum axungia,diſcutit etiam,ſi Sanies adſit intus.

Lac augent: Aſparagus,aniſum, Vnguis anterioris pedis Vaccæ combuſta, & potata. Item decoctum Cyteſi.

Ne lac concreſcat in Mammillis: Dioſcor.ait,da Pilulas decem, ad magnitudinem Milii, Ceræ novæ.Ego magis probarim duas guttas olei Ceræ. Idem facit,& abundantiam compeſcit,Emplaſtrum Lentium,cum aqua Marina.

Ad dolores Mammillarum: Oleum Momordicæ. Item Emplaſtrum ex pul.Oſſium Lucii, & Rad.fœniculi.

Ad papillarum Sciſſuras: Aparine appoſita, eiuſq; ſuccus.Idem facit ſuccus Lappæ.

Ad earum tumorem : Marrubium piſtatum cum Axungia, & Oleo roſaceo.

Ad Mammas lacte turgidas : ℞ Vini Malvatici potentis, lib. j. Croci ℈. *j.* Miſce, & calefiant ad ignem, & cum petiis lincis ſæpe apponatur.

Aut Atramentum Scriptorium cum petia duplicata adhibitum, repercutit lac, & vbera conſolidat. Idem facit anagallis, & folia Nucis Iuglandis.

Pro mitigatione Cancri, in Mammillis:

℞ Farinarum hordei, fœnugræci, ana ℥ j. folior. Malvæ M. iij. Sempervivæ ℥. viij. Herbæ vermicularis M. iiij. Olei Roſati confrictionis plumbi lib. ß. Coquantur herbæ in aqua Lactis, terantur & incorporentur cum prædictis. Poſtea hæc omnia bulliant in lib. ß. aquæ ſolatri, ad conſumptionem aquæ prædictæ, & ponatur ſuper Mammillas, prius inunctas oleo confricationis plumbi.

Luſitanus : Vlceribus dolentibus adhibe fomentum per ſemihoram, cum decocto Roſarum, Malvæ, AlthϾ, violariæ, Meliloti, Sem. Lini, fœnugræci, parato in aqua. Abſterſa inunge oleo amygd. dul. & Roſaceo, cum ſuccis Plantaginis & Malvaviſci, & pauco Ceræ, ad ignem miſtis. Familiare eſt, imponere linteolum, madefactum lixivio & oleo, ſimul agitatis, ad prohibendam, dolore inchoante, ſuppurationem.

Aliud : Impone luteum ovi, cum Roſacea, & modico Croci, ſimul concuſſa & probe mixta. NB. Oleum flor. Lilii rubei.

Gloria, Laus, & Honor, tibi maxima, Maxime Rex ſit,
Hæc in æternos ſit tibi Chriſte dies.

DOCTORIS ORTOLPHI MAROLDI. S.

Collectaneorum Medicinalium,

PARS SECVNDA,

CONTINENS MISCELLANEA VAria, arthritica, chirurgica, antiloimica, febrifuga, pharmaceutica, coſmetica, ſecreta ac experimenta.

Hippocrat.

ARS MEDICA, ABSQVE FAVORE COELEſti, ſæpe eſt inanis, & ſæpè noxia.

ARTHRITIS.

Ex Quarto Paracelſi, *de Arthritide.*

Arthriticorum & Podagricorum plærique non admodum ſunt ſolliciti de Paroxyſmo, ſed magis, quo pacto poſſint præſervari & curari, deſiderant. Sunt autem Præſervationis Capita ſequentia. 1. *Bona procuretur Concoctio*, præſcripta proba ratione victus, vt nihil colligatur excrementorum. 2. Si hoc non poteris præſtare, excrementorum, quæ in Crapuloſis continue generantur, procuretur effluvium, & partes recipientes (Cor) roborentur. Adeoque omnis Curatio præcipue in Excrementorum evacuatione frequenti, & Pedum roboratione conſiſtit, ad quę reſpexiſſe videatur, qui frequentes purgationes & Cauteria imperarunt. Item, qui Antidota veterum in vſu habent.

Victus ſanguinem procreet laudabilem, non pituitoſum, aqueum, & bilioſum. Caveant à fortibus vinis. Sanguis, ſi abundat, mittatur, & Corpus idoneis expurgetur Medicamentis, nec non exterior ipſius habitus, per potum Guaiaci. Calidioribus exhibeatur Radix Chynæ vel Sarſæ Parillæ. Cerebrum, ſi ſit humidius, ſiccetur fumus ex Maſtiche & ſuccino, nec non Pulvere Maſtichis, Thuris, Sandarachę, Ligni Aloes, Santalorum, Roſar. rub. Caryophyllorum, qui inſpergatur molari ignito, cum Aceto, vt fumus toto excipiatur Capite. Eodem & Sutura Coronalis inſpergatur. Fricetur etiam Caput, & linteis hoc fumo ſuffitis probe ſiccetur. Idem faciunt Lixivia corroborantia, & Thermę. &c. Excretiones ſolidæ detentę, ſi opus ſit, reſerentur. Si crebræ purgationes non ſufficient, Cauteria ſunt inurenda, vel antidoto aliqua morbi ſemina ſunt conſumenda.

Purgantia, ſint malignæ qualitatis expertia, ne ex Cerebro ipſorum vſu labefactetur vis ventriculi. Frequentius etiam ſunt purgandi pituitoſi, quam bilioſi, excogitatis, pro ægri circumſtantiis, variis Medicamentorum formis &c.

Cau-

Cauteria per Menſes & Annos teneantur aperta, & bis quotidie expurgentur. Imponatur autem Cicer, vel pilula Cerea, vel patella argentea perforata. Huic imponatur Hederæ folium, ſi Caro excreſcens locum vult claudere, inſpergatur Alumen vſtum, vel ſimile. Reliquiæ ſunt abſumendæ antidotis, quarum ſcopus eſt, generationem excrementorum prohibere, totum Corpus probe ſiccando, & Capitis intemperiem alterando, genita etiam excrementa diſcutere. *Talia ſunt: Antidoti maiores,* Theriaca vetuſtior, Mithridatium, Diacorallium Æginetí & Tralliani. Aetii ex Hyperico & Centauriis. Oribaſii & Pauli, ex ſeptem rebus. Aetius ex Centauriis, inſigniter commendat confectam. Commendantur autem à recentioribus ſequentes Pulveres, magnis Elogiis,

Antidota Podagrica.

Pulvis Iovis.

℞ Ariſtolochiæ rot. veræ, Gentianæ, Rhapontici, Mei, ana ℥. j. ſem. Petroſelini Macedo. ℥. ß. Comarum Chamædrios, Centaurii min. Hyperici, ana ℥. x. Pulveriſentur ſubtiliſſime & probe miſceantur. Datur primo Menſe quotidie drachma, ex aqua tepida. Poſtea dimidium, per ſpatium Anni. Semel atque iterum ſingulis Menſibus expurgentur. Bibant vinum generoſum, decocto Maſtiches dilutum &c.

Alia Deſcriptio Pulveris Iovis:

℞ Ariſtolochiæ rot. veræ, Gentianæ, Rhapontici, vel centaurei maio. Chamædrios, Chamepithyos, ana part. æquales. Sumatur ℥. j. per tres menſes. Pituitoſi ſex Menſibus ſumant. Reliquo Anni tempore, dimidium. Poſſunt & purgantia miſceri, vt in Antidoto ex Hyperico fecit Aetius. Iuvant hi Pulveres duobus modis, primo, abſumendo Excrementa in ventriculo quotidie, & vaporum caput petentium materiam. 2. Generando ſanguinem puriorem & ſicciorem, qui poſtea ad Cerebrum delatus, minus ibi generabit excrementorum. Sic vſu Guaiaci ſanguinem (vt ſic dicam) Guaiacinum procuramus.

Circa locum affectum aliud nihil agemus, quam vt dolorem Anodynis primum ſedemus, is enim præcipua cauſa eſt fluxionis ſanguinis & humorum, quæ poſt mali principium & repletos articulos accedit, ac ruborem & tumorem cauſatur. *Si dolet pars cum rubore* & calore fervido, addantur frigefacientia.

Dolore mitigato, infarctos humores diſſipabimus, ſenſim in halitus permutando; quibus diſſipatis, & nō ante, roborantibus & ſiccantibus robur priſtinum articulis reducere ſtudebimus, ne ſint procliviores ad recipiendos ſuccos, habita inprimis ratione totius corporis, & victus inſtituta ratione, ea quę morbi cauſſis opponatur, & quam circumſtantiæ pręſcribunt.

Ergo ante Roborantium vſum, poteſt adhiberi Cerotum de Bryonia Aetii, vt minus ſit periculi. (Quidam com-

commendabat Emplaſtrum Diacalcites Galeni. Roborandi poſtea erũt articuli humore prius toto exacto, ne reliquiæ in tophum concreſcant) Balneis, quibus incoquantur: Verbena, Betonica, Fructus Pinaſtri, folia Quercus, Geranium, Gallæ; Glandes. A balneo inungatur Roſaceo, Omphacino, Myrtino, Maſticino, Cotoneorum &c. incoctis Sale, Acacia, Hypociſt. Sangui. Draco. Malicoario, Gallis, Glandibus. Ex quibus etiam poſſunt, additis oleis, fieri Linimenta. Præſtans eſt Cataplaſma ex Pulvere Lapidis Sabuloſi & Rad. Geranii, cum oleo Myrtino confectum, facit enim deſiccando Cutem rugoſam. Sed hæc & ſimilia, non, niſi diſſipatis prius optime humoribus, tententur, ne concretis humoribus nodoſam excitemus Podagram.

Fotus Articulorum cum vino rubro vel auſtero, incoctis Rad. Geranii, Pentaphylli, Plantaginis, Rad. Biſtortæ, Tormentillæ, Roſis rubeis, ana M. j. vel ℥. *j*. Aluminis ℥. ß. Salis M. *j*. Vel Acacia, Hypocis. Roſis, Scoria ferri, Malicorio.

Vnguentum optimum:

℞ Maſticis, Licii, Hypociſtidis, Acatiæ, ana ℥. j. Olei Maſticini, Cotoneorum, Abſinthini, ana ℥. *ij*. Ceræ parum, & fiat ſ. a. vnguentum.

Ad confortandos Articulos poſt vſum Guaiaci, bulliat ſuccus vel lachryma Betulæ cum Rad. Geranii, muſco quercino, oleo Anethino, ad caſum ſucci, & adde Sal.

Emplaſtrum Doct. Rondeletii.

℞ Rad. Biſtortæ, ℥. *ij*. Gallarum min. Nucum Cupreſſi, ana ℥. j. Rad. Simphyti, roſar. rub. ana ℥. ß. Boli Armenæ ℥. *ij*. Pulvis excipiatur Aceto ac albumine ovorum, & applicetur. Pul. Oſſium vſtorum.

Aliud: ℞ Boli Armenæ, Santalor. omnium, Sanguin. Draconis, Picis Navalis aut Colophoniæ, ana ℥. *j*. Excepta albo ovi, imponantur cum ſtupha, ac hæreant 4. aut 5. dies. Aut Maſtiche liquata exceptus pulvis, & cum Corio apponatur.

Aliud: ℞ Boli Armenæ ℥. *j*. Terræ ſigillatæ ℥. ß. Olei roſar. ℥. *ij*. Tritis adde maioris Sedi & Solani, ana M. j. Aceti ℥. ß. Camphoræ ℨ. ß. (teratur cum modico Roſacei) trita miſce pro vnguento. Valet & in omnibus fracturis, vulneribus, vlceribus, ad arcendos fluxiones.

Aliud, Doctoris Rondeletii:

℞ Olei Myrtillor. vel Cotoneorum, ℥. *ij*. Ladani puri ℥. ß. Hypociſt. Acatiæ, ana ℨ. *ij*. Aluminis ℨ. j. ceræ albæ q. ſ. & miſceantur ſ. a. pro Linimento.

Emplaſtrum optimum:

℞ Cortic. Mali Granati, Gallarum Balauſtiorum, aluminis, ana ℥. ß. Acatiæ, Sang. Draconis, Myrtillorum, Cort. Myrrhalanor. Cheb. Sem. uvarum, ana ℨ. *ij*. fiat pulvis, qui excipiatur mucagine Traganthi, facta cum Ace-

Aceto. Emplaſtrum deſcriptum ad rupturam.

Emplaſtrum cuiuſdam Chirurgi, optimum zu der Lähme:

℞ Ceræ albæ, Olei violati, Chamemelini, adipis Gallinæ, Vrſi, Taxi, Cati ſyl. olei communis, Lini, Adipis, Anſeris, Vulpis, medullæ cruris Cervi, Klawenſchmaltz / Reiherſchmaltz / Sevi Cervini, Olei Lumbricorum, ana ℥. ß. Salis ℥. ij. Dialtheæ, tantundem. Liquefactis, inſperge ℥. vj. pul. radicis vrticæ, & parum Boli, ſimul miſcendo.

HOLLERII.

Vacuata materia, corroborandum Emplaſtro Diachylo Ireato, additis Thure, Maſtiche, Sang. Drac. piſtatis & vnitis cum oleo anethino, Laurino, Abſinthino & ſimilibus.

Commendantur, Sal coctum cum vino auſtero & oleo Camemelino, & fortiter expreſſum, Item Pellis Agnina macerata & comparata cum adſtringentibus, Galla, alumine &c. geſtata ad Cautionem. Bolus Armenus cum albo ovi. Aut coquatur Cortex Granatorum & Sumach, ana ad mollitem, & incorporentur cum farina Hordei & Succo ſempervivæ. Origanum, Mentaſtrum, Nepita, diu in aqua Salſa coquantur, pro Fotu, aut ſale ibi liquato pars contegatur, aut oleo mixtis, effricetur.

Lotio Mithobii Roborativa:

℞ Aluminis lib. iiij. Salis p. lib. j. Salis eine Schüſſel voll / Vini rubri, vel vt ſit moderatius, vini & aquæ q. ſ. pro Coctura. fiat hoc 5. vel. 6. diebus.

Rulandi: Alum. M. j. Salis M. ij. Ram. Iuniperi, folior. Quercus Plantaginis, ana M. v. Coquantur in fontana per horam. Renovetur die 3. vel 4.

Pilulæ CAROLI V. Valentiſſimæ, ad Præſervandum à Podagra, ſumendo vnam in Aurora, & præſervat 15. dies, cæteris tamen inculpate exiſtentibus:

℞ Myrobalanoꝝ, Citrin. Chebulor. Indorum, ana ℥. j. Olei amygd. dul. ℥. ij. Succi Roſar. Boraginis, Fumi terræ, ana ℥. ij. Et ſic per diem Naturalem remaneant. Deinde calefiant ad ignem, Colentur & fortiter exprimantur. Item ℞ Rhabarbari electi ℥. ß. Vini Malvatici parum, Spicænardi ℈ß. Infundantur in aqua Abſynthii per hor. x. Colentur poſtea, & exprimantur. Deinde ℞ Agarici electi ℥. j. Salis Gemmæ ℈iiij. Zinzib. ℈j. Mellis Roſar. ℥. iij. Oxymell. ſimpli. ℥. ij. Omnia infundantur in vino albo per hor. 24. Colentur deinde & exprimantur. Item ℞ Aloes Epat. lotæ, cum aqua Endiviæ, Mannæ, ana ℥. j. Caſſiæ noviter extractæ, ℥. ij. Bdellii ℈ij. In ſupra dictis infuſionibus diſtemperetur Aloe, Manna, Caſſia & Bdellium, poſtea omnia miſce, & pone in vaſe terreo vitreato, ac permittantur ſub Radiis Solis exiccari, & deinde cum baculo ligneo miſcendo

ad magdaleonem reducito. Frequens vſus Rhabarbari extracti, cum cretico. Sambuci folia, cum Hircino Sevo.

Doct. Seyfridii, Affinis mei:

Stercus Ciconiæ (Quidam commendabat anſerinum) curat Podagram, etiam 40. Annorum, ſi cum adipe porcino imponatur. Si cum inflatione dolor ſit, farinæ fabæ cocta, & adipe porcino imponatur. In dolore inſuperabili, adde Opii ʒ.j. croci ʒ. ij. Tere cum lacte vaccino vel Caprino, aut cum mica panis & oleo roſaceo inunge, & deſuper Malvas vel Betam impone.

Emplaſtrum, ſive inunctio, ad omnem Dolorem Inuncturarum & Nervorum, ex fractura, plaga, aut quacunque cauſa:

℞ Olei Laurini, lib. vj. Terebint. lib. v. ſ. vnguenti Apoſtolici, lib. iij. arrogon. Marciaton. ana ℥. jx. Lithargirii, Reſinæ Pini, ana lib. ij. Viridis æris, ℥. ij. Maſticis, ℥. viij. ß. ceruſſæ piſarum lib. viij. Boli Armenę lib. jx. ℥. ij. Diachilon. cum gummis lib. ij. Diachilon. ſine Gummis lib. 24. Pingued. Caſtrati lib. ij. ℥. 1x. Butyri recentis lib. v. ℥. ij. Ceræ viridis, Rubeæ, ana lib. v. Sarcocollæ ℥. x. Diſſolve vnguenta & Pinguedines, ac reliqua Pulveriſata incorporentur.

Vnguentum, in omni Dolore expertiſſimum:

℞ Olei antiquiſſimi, aquæ Maris, ana lib. j. Radicum Cucumeris aſinini, vrticæ viridis, Pirethri, Flammulæ, ana ℥. v. Bulliant lento igne, ad aquæ conſumptionem. Poſtea ſtent in Infuſione hor. 24. & fortiſſime colentur. Colaturæ adde Ranarum viridium arboriarum, vivarum, nu. 30. ac in oleo dicto coquantur optimè, ac deinde ſtent in Infuſione hor. 24. Colaturæ adde Viperam vivam, & decoquatur in oleo dicto, donec caro eius diſſolvatur. Iterum ſtent in Infuſione horis 24. Rurſus forti expreſſione coletur, ac addantur Salis Nitri, Aluminis de Rocha, ana ℥. iiij. ad lentum ignem diſſolvantur perfecte, & tandem adde Piperis nigri, Baccar. Lauri, ana ℥. iiij. ſubtiliſſime pulveriſata, & ad ignem lentum miſceantur. Vltimo adde Galbani, in aceto ſquillitico diſſoluti ℥. iiij. & cum Cera q. ſ. fiat vnguentum ſ. a. & in vaſe vitreo reſervetur. Pingue collectum ex decocto Ranarum, pro arthriticis optimum.

Experimentum ad Podagram calidam & frigidam M. Bernhardi Gruvellii:

℞ Salviæ viridis, piſtatæ groſſo modo, lib. j. Salis communis ℥. iij. bulliant in vrina patientis. In Colatura infundatur bombyx, ac ponatur ſupra locum patientem calide, 4. aut 5. vicibus in die, ſuperponendo Emplaſtrum reſolvens. Si non cito reſolvatur, facias id ex vino & ſucco Morellæ ſeu Solatri, cum farina tritici & melle

melle fiat quaſi paſta; ac ſuperponatur loco.

Vnguentum optimum, ad reſolvendam Podagram & Chiragram:

℞. Matriſylvæ, Bethonicæ, Pimpinellæ, ana M.j. vini rubei, olei communis, ana, Bulliant, & Colaturæ addatur Ceræ q.ſ. Gummi Elemi ℥.j. & fiat vnguentum ſ.a. Prius autem exhibeantur Pilulæ de Hermodact.

Aut ℞. Turbith ʒ.iij. pul. Hermodact. Cinamomi, ana ℈j. Zinzib. ℈ß. ſacchari ʒ.j. cum aqua Rutæ fiat Potus.

Linimentum & vnguentum præſtans:

℞. Stercoris bovini, qui paſtus ſit feno, Olei Roſarum, ana q.ſ. & fiat Linimentum, quod apponatur loco per diem ac noctem, & deinde Lixivio abluatur. Item ℞. Olei antiquiſſimi, medullæ Cruris vituli, ana ʒ.ij. Olei Laurini, Agrippæ, ana ʒ. j. Lumbricorum, vino lotorum ʒ.j.ß. Ivæ ſubtiliter pulveriſatæ ʒ.j.ß. Salis triti ʒ.ij. Aceti ℥.j. Miſce, & bulliant in balneo Mariæ per h.4. Colentur, & reſerventur vſui.

Sedativa Doloris in podagra:

Emplaſtrum ex radicibus Porri, decoct. in vino bono, & furfure. Linimentum ex medulla panis albiſſimi imbibiti in lacte Mulieris, cum ℈j. Croci, ij. vitellis Ovorum, Caſſiæ noviter extractæ ʒ. j. Embrocatio cum oleo communi dulci calido, aut cum Lacte vaccino recenter emulcto. Succus Raphani triti cum aqua ardenti expreſſus impoſituſque. Frequentatio Clyſteriorum, quale eſt: ℞. Malvæ, Bleti, Parietariæ, ana M. j. furfuris M. ß. Aniſi ʒ. j. Sapæ, id eſt, Vini Cocti, ℥. j. Olei communis ℥. iij. vitellum ovi, num. j. Salis ʒ. j. Miſce. Laudatur & inungere patientia loca cum brodio decoctionis taurorum in aqua, ad bonam eorum liquefactionem. Item ſi Herba Tapſi barbati minutim inciſa in vaſe per dies 8. ſtet & putreſcat, addito deinde vino Aromatico albo, vt ſupereemineat 4. digit. & deſtilletur per Alembicum, ac tempore Paroxyſmi pannus lineus in tali aqua intinctus membro dolenti ſuperponatur. *Optime etiam ſedat dolorem Puls* ſeu pappa facta ex flore Lactis, farina & modico Aceti.

Pilulæ Hollerii Arthriticæ, reſpondentes Hermodactylinis.

℞. Agarici ʒ.j. Nucis moſc. ʒ.ß. Zinziberis tantundem, Ferveant infuſa in aqua Mentæ. Expreſſæ materiæ adde Rhabarbari ℈iiij. Ieræ Diacolocynth. ʒ.j.ß. Diagridii ℈ß. Cum infuſione fiant Pil. Doſis ſit ʒ.j. aut ℈iiij. Si rubet pars, impone Oxycratum ex aqua Solani & Plantaginis, ana lib. ß. Aceti ℥.j. Poſtea impone Cataplaſma ex foliis Hyoſciami, incoctis lacti.

Ex Tuſſano, Libro de Arthritide.

Duplex eſt cum Præſervationis tum Curationis Scopus. Humoris ſuperflui vacuatio, & partium imbecillium roboratio. Vtrumque pro laborantis partis natura, & redundantis humoris ratione. Victus ſit temperatus & contrarius cauſæ.

In Arthritide frigida, conveniunt vomitus, venæ ſectio. Humorum præparatio & evacuatio, præſertim quietis tempore, cum Pilulis Aſſairet, de Hermodact. Arabicis, artheticis, Elect. Diacathol. Diaphenicone, Infuſo Agarici, Rhabarb. &c. Anodyna ex oleo Lumbricorum & Chamemelino cum Axungia Gall. Cataplaſma ex mica panis macerati in lacte vel Oxycrato, additis ovorum ij. vitellis, cum modico Croci & butyri recentis. Vnguentum ex Lithargirio agitato cum vrina Pueri. Cataplaſma ex Rapis conciſis, & in lacte decoctis, vel ex Stercore vaccino calente. In fine Emplaſtrum reſolvens ex Diachylone Ireato, ex oleo Liniorum cũ Pulvere Enulæ. Cataplaſma ex farina Fabarum & axungia. Ad conſumendas reliquias & roborandas partes Nervoſas, detur Theriaca vel Diamoſchum dulce.

In Calida Arthritide, Victus ſit morbo contrarius, abſque vino & ſudoribus, ac ſimilibus calefacientibus. Clyſteres conveniunt emollientes, ac modice refrigerantes, vomitus in aſſuetis. Venæ ſectio. Doloris vrgentis ſedatio, ſomni provocatio, cum ſyr. de Papavere, violis, Nenuphare, Lacte Papaverino & ſemine Lactucæ. Cataplaſma ex muco Pſilii cum Aceto Roſarum extracti, pane macerato in lacte, & additis vitellis, cum ℥. j. Opii, & ℥. ß. Croci. *Vnguentum ex ℥. ij. Populei,* Ovi vitello, & Opii ℥. ß. croci ℈ ſ. Cataplaſma ex rad. Hyoſciami tuſis cum oleo Camemelino. Poſſunt & vaſis per quæ fluxio fit, exhiberi Stiptica. *Expurgentur vere & Autumno,* humoribus prius præparatis. Balneum aquæ dulcis tepidum, acres vapores & bilem contemperando, plurimum poſtea proderit.

In extremis doloribus ℞ Sem. Hyoſciami, Papaveris albi & nigri, ana ℥. ij. Opii ℥. ß. Olei Papaveris & vnguenti Populei, ana ℥. ij. Ceræ q. ſ. pro forma vnguenti.

NB. In Ducatu Würtebergenſi commendabatur plurimum ad Dolores articulorum ſuffitus decocti radicis Brioniæ.

Lotio Andernaci Podagrica:

℞ Lixivii ex Fago, vini, ana, Aluminis ℥. ij. Calefactis optime immittantur pedes vltra talos. Extractam pituitam linteolo abſtergas; & fiat hoc mane & Veſperi. Idque cum acceſſio inſtat, & poſtea deſinit. Nec te deterreat pedum tumor vel rubor.

Iohannes Sylvius, ad Dolores Articulorum:

In omni Dolore Iuncturarum Expertiſſimum: ℞ Olei roſarum compos. Ver- *Oleum Expertiſſimum.*

vermium terreſt. mundat. ana lib. j. bulliant lento igne, donec incipiant rubeſcere. Deinde ſtent in infuſione dies 8. Poſtea piſta bene in mortario in dicto oleo. Cola deinde cum forti expreſſione, colaturæ adde ranarum communium vivarum, num. 30. Coquantur in oleo dicto, donec ſint optime decoctæ, deinde ſtent in infuſione horis 24. Coletur fortiſſime cum expreſſione, & colaturæ adde ovorum ranarum ad placitum. Ponantur ova in vaſe vitreo ad fundum, & oleum ſuperfundatur, ac orificium vaſis bene obturetur, ſitque vas ad partem aliquam non repletum, & ſtent ita ad Solem à medio Maii vſq; ad medium Auguſti. Oleum deinde cola, & leniter exprime, & vſui reſerva, eſt enim expertiſſimum. Ad idem valet vnguentum de Alabaſtro.

NB. Mucago Pſyllii macerati 6. horis aqua frigida, valentius vero fiet, additis granis iij. vel iiij. camphoræ. Validiſſimum addito Opii grano.

Aqua Hyoſciami, & ſuccus. Item ſuccus cum farina incorporatus.

Pilulæ Varignanæ, præſervantes à Dolore podagrico.

℞ Aloes ℥.j. Myrobalanor. citrin. ℥.ij. Scammoneæ ℈j. Eſulæ p. ℥.ij. turbith boni ℥. ij. ß. Maſticis, Zinzib. Stœchadis, ana ℈j. fiant Pilulæ, cum ſucco Cydoniorum. Doſis à ℥.j. ad ℥.ij. & vtatur iis tempore Quietis. Tẽpore flexus ℞ Thurbith ℥.j. Hermodact. ℈j. cum Electuario roſarum fiant Pilulæ, Doſis ſit ℥.j.

Multũ etiam præſervant ab Arthetica Sal commune & tritũ & bullitũ in oleo communi, quo Iuncturæ fricentur. Exiccat enim & confortat membra, & affluxum materierum prohibet, præſertim bullitum in oleo Roſarum & cotoneorum.

Confortativum Florenziolæ in Doloribus Iuncturarum.

℞ Conſer. Acori, Conſer. Stœchados, ana ℥.j. Ligni Aloes crudi, Maioranæ, Ivæ, ana ℥. j. Pulveriſentur, & cum ſyrup. de Stœchade fiat Electuarium.

In Doloribus Iuncturarum Magius Bononienſis vtebatur amurca Olei calida. Dioſcorid. ſagapenum cum Aceto.

Pilulæ M. Stephani Mediolani optimæ, ad Dolores Articulorum.

℞ Turbith ℥.vj. Hermodact. ℥. ß. Diagridii, Ireos, ana ℥.ij. Zinziberis albi, Piperis, Cubebarum, Cinamomi, Maſticis, Galangæ, lectæ, ana ℥. j. Roſar. ℥.j. Cum aqua Roſarum fiant Pilulæ. Aut cum ſaccharo vel Melle fiat Electuarium, deturque pro vice, ad quantitatem Avellanæ, cum frigida, in æſtate.

Vnguentum Ducis Saxoniæ, ad Dolores Articulorum.

℞ Vnguenti Marciaton, Dialtheæ,

ana

ana ℥.ij.Olei Camomill.℥.ß.Ol.Nardini,Coſtini, ana ℥.ij.Miſce & fiat vnguentum molle.Item ℞ Emplaſt. de Meliloto ℥.iij.Diaquilonis magni ℥.ij.Salis Nitri ℥.ß.Mirrhæ ℥.vj.olei Camomillæ q.ſ.Miſceantur, & fiat ſ. a.Emplaſtrum.Diaquilon cum gummis,eſt Summum Remedium. Vomitus etiam in Doloribus artheticis optime convenit, reliquis conſentientibus.

Emplaſtrum: ℞ Adipis Hircini,fimi Caprorum,Croci,cum Oleo de Mirrha fiat Emplaſtrum.Locos dolentes oleo Ceræ inunge.Schlag ein gewäpſtes Tuch vmb die Geſchwulſt/ vnnd nach zehen Stundten thus ab/ vnd waſch es mit BrandtenWein/ vnd ſchlag ein newes oder friſches darumb.

Vnguentum Regis Ferdinandi præſtans,ad podagram & paralyſin:

℞ Flor.Lauri,Roriſmarini, Maioranæ,Salviæ,Coſti,Scariolæ, Nepitæ,Milii Solis,Conſolidæ min. Saniculæ,ana M.ij.florum Lavendulæ, Spicæ,Plantag.vtriuſque, Agrimoniæ,Bugloſſæ.Rutæ,ana M.iiij. Abſynthii,Apii, Hypericonis,flor. Roſarum vtriuſque,ana M.iiij.Hyſſopi, vrticæ, Athanaſiæ,ana M.j. contuſa omnia ponantur in Butyri lib.vj. Coquantur ad conſumption. Poſtea adde Ceræ albiſſimæ lib.ß. Maſticis ℥. iiij. Olei communis cochlearia ij.& fiat vnguentum.

Clyſter optimus in Sciatica:

℞ Hypericonis,Ivæ Ar. Stœchad. Aſari,Centaurii,ana M.j. Camomillæ,Meliloti,ana p.j.Coloq.℥.j.ß. Polypodii Quercini ℥.j. Hermodact.℥. vj.ſem. Cumini ℥.ij. Decoquantur ſ. a.pro Clyſtere. Huius Colaturæ ℞ lib.j.Ieræ pic.℥.j.Elect.Indi ℥.ij. Olei de Caſto. ℥. j. de Coſto ℥.ij. Mellis Crudi,℥.ß.Miſce pro Clyſtere,

In doloribus Iuncturarum Magius Bononienſis vtebatur amurca Olei calida.Dioſcorid. Sagapenum cum Aceto.

Dolores in Articulis, ex cauſa frigida flatulenta,optime & cito ſedat Emplaſtrum,quod ℞ Sepam, cui effervеſcenti partes æquales furfuris tenuioris & Salis triti iniice, donec ad quandam craſſitiem perveniat,idque impone,& eſt expertum.Elideus, vinum ardens,cum Sale.Idem Cuidam Comiti conſulebat, vt curaret locum affectum embrochari lacte calido per horam,& poſtea inungere oleo Roſaceo,in quo vermes terreſtres Vino abluti,& exiccati, bullierint.Tale.n.ſine attractione reſolvit,& plurimum confortat.

Ad ſciaticam fiat Clyſtere ex Decocto Ireos aut Guaiaci in aqua Ivæ, per 40.dies. Præmiſſis vniverſalibus aut miſſione ſanguinis ex ſcia.ſed primò ex Baſilica, vbi ſit ſanguinis abundantia.

Elidæus,in Doloribus Podagricis: Præmiſſis vniverſalibus,fac inunctionem ex liquore,quem parabis decoquendo ova x.quibus ſciſſis per medium, loco vitelli extracti pone Myrrham, ad vitelli dimidii quantitatem, aut

minus.

minus. Ova ligata rurſus in vaſe vitreato reconde in Cella Vinaria per xv. dies aut plures, & exibit liquor in vaſe, quem reſerva. Similiter ſtante dolore in Calida, fiat Embrocatio cum oleo Roſaceo aut violato tepido. Infrigida valet vnguentum de Anſere, ſed ieiunium, vomitus, & abſtinere vino; eſt id, in quo ſperatur. Valet & Emplaſtrum ex furfuribus bullitis in lib. ij. aquæ & j. aceti. Aut ex Stercore bovis aut rapis coctis cum oleo roſato. Aqua Stercoris Bovis, decoctio raparum.

Magius Bononienſis, ad Dolores Iuncturarum:

℞ Aceti ℥. iij. Pul. Thymi, cum Oximelle q. ſ. Semen ricini coctum cum iure Galli veteris, potum. Item Terebinthina, cum Pulvere Ivæ trita. In tophis Articulorum commendat Galenus Emplaſtrum ex Caſeo vetuſto & acri, cum decocto cruris Suilli macerato & impoſito.

Electuarium & Clyſtere præſtans Doctoris Elidæi, ad dolores Iuncturarum, in cauſa frigida:

℞ Hermodactylor. Sem. Lini, fœnugræci, farinæ fabarum, Thuris, ana ℥. ß. Meliloti M. ß. Infundantur in aqua Camomillæ, & cum oleo Vulpino q. ſ. fiat ſ. a. Emplaſtrum. Adde & Ivam.

℞ Rad. Ireos, rad. Cucum. aſinini, Ivæ, Hypericonis, ana M. ij. & bulliant in ſ. q. aquæ ad ſufficientiam. Colaturæ ℞ ℥. xvij. Ieræ logod. ℥. j. olei rutæ ℥. iiij. Mellis roſati colati ℥. ij. cum vitello ovi & Sale ſingulis diebus fac Clyſtere. Digere materiam cum Melle roſar. & aqua Salviæ, per aliquot dies. Poſtea evacua, & iterum digere cum Melle roſar. & ſyrupo de Sticados, cum aquis appropriatis. Poſtea inunge cum vnguentis notis, & deſuper aſperge Pulverem Lumbricorum terreſtrium, & deſuper pone lanam ſuccidam.

Experimentum aliud optimum, ad Dolores Iuncturarum:

℞ Butyri antiqui lib. j. Caſtorei bene piſti, ℥. j. pinguedinis vrſi antiqui ℥. iij. Pingued. Gallinæ, anſeris, ana ℥. iij. genipulor. rub. aut nig. M. iiij. flor. aut folior. Boraginis M. j. folior. Roriſmarini, aut flor. Mentæ Romanæ, Mentaſtri, folior. fœniculi, Salviæ vtriuſque rutæ, ana M. j. Herb. Imperialis M. j. Gummi Ederæ ℥. ij. Olei Laurini ℥. iij. Pinguedinibus liquefactis addantur herbæ bene piſtatæ, & ſimul bulliant per ſecundam part. horæ, & cum pecia ſubtili munda ſtringantur, & iterum poſita in patella bulliant, & vtere.

Pilulæ Singulares ad podagram, Ducis Ferrarienſis:

℞ Turbit, Hermodactylor. ana ℥. ß. Zinzib. gr. x. Cinamomi, Galangæ, Diagridii, aniſi, ſerapini, ana gr. xv. Terebinthinæ & ſacchari Candi,

ana ℥. ij. cum ſucco Caulium, fiat Maſſa.

In podagra calida: ℞ Floris Caſſiæ, Mucilaginis Pſyllii ana ℥.ß. Miſceantur pro Linimento.

Emplaſtrum præſtans Magii, ad ſedandum dolorem podagricum:

Fac Emplaſtrum ex tribus partibus aquæ, quarta aceti, & furfuris frumenti q.ſ. ſimul decoctis, quod moderate calidum applicetur loco dolenti, ad 5. vel 6. horas. Vel fiat ex farina lupinorum, loco furfuris.

Aut ℞ *Foliorum Plantaginis*, Lentium, bene decoctorum in aqua medullæ panis, ana q.ſ. Contundantur ſimul, & cum oleo roſato fiat Emplaſtrum. Si magnus eſſet dolor, aliquid ex frigidis ſuccis adde poſſit.

Pilulæ præſtantes, quæ multos podagricos ſanarunt:

℞ Bethonicæ, Mirrhæ electæ. Ivæ Arth. Boli Armenæ, ana ℥. *ij*. Pimpinellæ, Aloes, Chamed. ana ℥. ij. Croci ℥.ß. Cum aqua Salviæ & Melle Roſar. aut aqua Ivæ Arth. fiat paſta, ex qua formentur pil. communes. Et prima vice accipiantur v. tribus horis ante cibum vel plus, & poſtea iij. deinde *ij*. & deinde j. Da 8. in diebus 8. Quod agas aliquo tempore, ſecundum earum operationem, & poſtea de 15. in 15. diebus continuenrur, quouſque materia eradicetur.

Oleum Ovorum optimum, ad dolores Iuncturarum, valet etiam ad ægritudines corrodentes, vt fiſtulas, Cancros, contra paralyſin, ad cocturam ignis vel aquæ calidæ, Item ad Oculorum maculas:

℞ Vitellorum Ovorum, decoctorum in aqua ad duritiem, num. 50. Trita manibus miſceantur cum ℥. vj. Pul. Pyrethri, deſtillenturque in Alembico, primum igne ſuavi, poſtea validiori. Oleo deſtillato adde Caſtorei, Laudani, Thuris albi, ana ℥.ß. optime pulveriſata, & iterum deſtillentur in Alembico, iſtamque deſtillationem permitte refrigeſcere, ſuper feces vero remitte oleum dictum, & iterum ſublimetur, quod facies quater, & conſervetur in ampulla bene clauſa.

Matthiolus: Aloe cum ſucco Bardanæ ſumpta, valet ad Artheticam optime.

Leonis, Præceptoris Elidæi: Fac Pilulas cum Terebinthina & Pulvere Herbæ Ivæ Paralyticæ ſeu Paralyſis ana q.v. ad magnitudinem fabæ, & de iis accipiantur ad placidum, quot & quando placet. Item ℞ Axungiæ porci veteris, ℥. iij. Lythargir. ceruſſæ, ana ʒ. j.ß. Succi Arantiorum, olei communis, ana q.ſ. & bene incorporentur.

Emplaſtrum Elidæi, in forti dolore podagrico:

Fac Emplaſtrum ex Pane infuſo lacte, cum Oleo Roſato, vitellis ovorum,

vorum, modico Opii & Croci, ſedat dolorem confeſtim.

Infrigida, valet Emplaſtrum ex furfureum M.iij. Salis M.j. Sapæ, q. ſ. & fiat Emplaſtrum, quod ſæpe innovetur calidum. Valet & in calida. Item diſſolve ℥.ij. Euphorbii, in ℥. j. olei coſtini & Maſticini, ana.

Ad præſervandum bonum eſt, fieri veſicatoria infra genu, per digitos iiij. inter focilia, ſintque diu aperta. Dolorem etiam ſedat Caſſia tracta cum aceto, & illinita cum oleo Roſato & Camomillæ, cum mucilagine Pſylii, in calida. Embrocetur membrum cum oleo communi calido. Aut ℞ Pingued. Taſſi, Terebinthinæ, ana ℥.j. Thuris maſculi ℥.ß. Ceræ Novæ, q. ſ. & fiat vnguentum. Aut ℞ Olei Camomillæ, roſati, ana ℥. j. Croci gran. v. Opii gr. ij. Vitellos ovorum ij. Miſce, & ſæpe applica.

Item ℞ Olei Vulpini, Terebinthinæ, ana ℥.j. Salis ℥.ij. Miſce. Item ℞ Foliorum Senæ ℥.ij. Hermodactylor. ℥. ß. & cum Melle deſpumato fiat Electuarium, cuius detur ſero ℥. ß. Sero ſine Cœna, cum vino. Item ℞ Ranarum aquaticarum, num. 20. Olei antiqui lib. ij. bulliant ad perfectam coctur am, deinde exprimatur, & in calida adde ſucci ſempervivi, vemicularis, ana q. v. & cum cera fiat vnguentum ſ. artem.

Syrupus præſtans, ad Podagra præſervans, pro Delicatis Aulicis:

℞ Corticum Myrabolanor. Citrin. Chebulor. & Indor. ana ℥ij. paſſular. enucleatar. ℥. ß. Florum Cordial. ana ℥. iij. aquæ Endiviæ, lib. j. Infundantur in ea per hor. 24. fricentur & colentur. Colaturæ adde Succi roſar. Damaſcenarum ℥. vj. Mannæ electæ, ℥. iiij. Miſceantur, & cum ſaccharo fiat ſyrupus ſ. a. Cuius Doſis ℥. iiij. ſingulis Menſibus.

Potio optima, in dolore Iuncturarum:

℞ Turbit electi & abraſi ℥. ij. Infundatur per horas 24. in ſucco Cucum. Aſinini, exiccetur deinde & pulveriſetur, adde Zinziberis, Cinamomi, Hermodact. ana ℈ß. Sacchari fini ℥. ß. Cum aqua Ivæ omnibus pulveriſatis fiat Potio, cui adde Mellis roſati colati ℥. j. Fiunt & optimæ Pilulæ ex agarici Trochiſcati, & Pil. de Hermodact. ana ℈ij. cum aqua Ivæ, eandem ſuperbibendo.

Alia potio præſtans: ℞ Pul. rad. Cucumeris aſinini, ℈iij. ß. Infunde per noctem in aqua Mellis facta in aqua Ivæ, & mane leniter bulliat, coletur ac propinetur, eſt enim arcanum.

In dolore Articulorum incipiente, Elidæus dabat ſequent. Pilulas:

℞ Pilular. cochiar. aut arabicar. ℈ij. Pil. de Hermodact. ℥. ß & cum ſucco Ivæ fiant Pil. num. v. quas ſemel in ſeptimana capiat. Diebus intermediis ſequens Electuarium eſt optimum: ℞ Diacori, ſacchari roſati ana ℥. j. In hoc caſu plurimum valet conſerva Ivæ, nec non Pulvis & ſuccus.

Magius Bononienſis: In duritie ſeu tumore Genu cum flatu, accipe Cucurbitam, in qua longo tempore ſteterit oleum commune, & ad ignem illud exprimas, quo locum affectum inunge, eſt enim mirabile. Idem facit Lapis Gigantes.

In Sciatica valent: Radix Enulæ piſtata, Muria ſturionis in Clyſtere, decoctio Ebulorum, Sambuci ſuccus, Item ſuccus ſeu decoctio Centaurei min. in Clyſtere. Garum ex aliis piſcibus. Decoctum rubeæ cum aquamellis, ſemen Hyperici cum vino hauſtum, per dies 40. Aſcyron quoque longo tempore exhibitum. Androſæmon etiam, Iva cum melle cocta, Turbith cum Zinzibere & ſal gemma in aqua Ivæ.

Ad Dolores Iuncturarum, prodeſt Balneum ex decocto Radicis vngareſcæ in lixivio. Item fiant Pilulæ ex pul. Ivæ & Herbæ Paralyſeos, cum Terebinthina. Item ℞ Axungiæ porci veteris ℥.iij. Lithargirii, ceruſſę. ana ℥.j.ß Succi arantiorum, olei communis, ana q.ſ. ad bene incorporandum.

Elidæus in Sciatica frigida, & aliis doloribus Iuncturarum:

℞ Ivæ, Salviæ, Centaurei min. rad. Ireos, ana M.j. pulpæ Colocynth. ℥.ß. bulliant in ſufficiente quantitate Aquæ fluvialis, ad conſumptionem partis tertiæ. Colaturæ ℞ q.ſ. pro clyſtere, cui adde Ieræ logodionis ℥. j. Mellis roſati colati ℥.ij. olei Camemelini ℥. iiij. cum Sale & ovi luteo fiat Clyſtere ſ.a.

Aut ℞ Cucum. aſinini recentis, Rad. Ireos, ana M.j. Ivæ M.iiij. Centaurei min. M.j.ß. bulliant, & adde vt ſupra.

Item ℞ Rad. Eſulæ præparatæ (id eſt, infuſæ aliquoties in lacte, & exiccatæ) ℥ iiij. Rhabarbari ℨ.iij.ß. Aloes ℨ.v. Hermodactylorum, ℥ iij. Cinamomi ℨ.j. & confice cum ſucco Cucum. aſinini. Doſis ſit ℨ.j.

Ad Tophos: Caſeus bubulus inveteratus & cum decocto Salſi Cruris Suilli maceratus, & in mortario ſubigendo vnitus, imponatur, optimum eſt.

Medicamentum Leonis optimum, in Sciatica:

℞ Folior. ſiccorum & tritorum Ozymi caryophyl. p.j. Myrrhæ, Piperis, ana p.ß. Detur cum vino. Materias ducit per vrinam.

Dominus Ludovicus primo fecit talem Clyſterem: ℞ Camomillæ, Parietariæ, Ivæ, Rutæ, Salviæ, ana M.j. Decoquantur pro Clyſtere, in quo diſſolve Ierę, Mellis roſati, ana ℥.ß. Olei Camomillę ℥.iij. ſacchari rubei ℥.j. Vitellum ovi j. Salis ℨ.j. & fiat Enema.

℞ Olei Spicæ ℥.j. Ceræ, Pyrethri, ana ℨ.j. Caſtorei, Euphorbii ℨ.ij. Miſce pro vnguento, factis vniverſalibus.

NB. Warm Wachs in Waſſer geweicht vnd auffgelegt / zeucht die Flüß auß den Gliedern.

Item ℞ Camomillæ, Parietariæ, hederę terreſtris, Ivæ, Malvæ, ana M. j. furfuris M. ij. bulliant in ſuff. quantitate

titate aquæ fabri, pro fomentatione. Item ℞ Vnguenti Marciati, arragonis, olei Vulpini, ana ℥.ß. & miſceantur pro vnguento. Ex fomentatione recipiat vapores in pedem, Herbę deinde calidæ applicentur.

Interdum in Clyſteri Muria iniicitur, vt Muſa refert de purgat. folio 146. Ne teneſmon excitet, anus frequenter aqua tepida abluatur, & Galeni infrigidante inungatur.

Oleum præſtans Doctoris Friſiomeligæ ad dolores Iuncturarum:

℞ Olei communis ℥.iij. Vini optimi ℥.ij. Coquantur in duplici vaſe ad vini conſumptionem. Oleum illud emollit, & confortat membra omnia. Expertum.

NB. Ad Dolorem coxarum & cruriũ in parte carnoſa, vtiliſſimum eſt, ſi inungantur loca oleo Camemelino, in quo Myrrha & Maſtix, bulliant. Si addatur aliquid ex opio, erit mirabile.

Ad dolorem Dorſi prodeſt fricatio longa cum oleo & vino, & ſi ſoleæ pedum doleant, quotidie fricentur cum Sale combuſto.

Vnguentum pro Spina dorſi Mag. *Benedicti:*

℞ Mucilaginis ſeminis citoneorum, ſem. Pſilii, Butyri recentis loti, olei violati, loti in lacte muliebri, ana ℥. ß. Ceræ albæ q. ſ. Miſceantur pro vnguento.

Cataplaſma expertiſſimum, ſedans dolorem Iuncturarum:

℞ Medullæ Panis albi q. ſ. madefiat bene in lacte calido. Exprimatur parum, & adde farinæ fœnugræci ℥. j. pul. rad. Hermodactylor. ℥. ß. opii ʒ. j. ß. Croci ʒ. ß. Miſceantur probe, & fiat Cataplaſma, quod panno linteo extenſum tepidum applicetur.

Cerotum de Maſtiche, ſedans dolorem podagræ Nodoſæ:

℞ Pingued. viperæ, Ranarum, Vrſi, Taxi, Vulpis, Canis, Ardeæ, Anſeris, Anatis, Gallinæ, Maſticis, ana, cum oleo Magiſtrali ſequenti, & Cera q. ſ. fiat Cerotum ſ. a.

Oleum Magiſtrale, pro grumis & doloribus: ℞ Ol. antiquiſſimi lib. j. ß. olei Terebinthinæ, amygd. dulcium, ana lib. j. Ranas vivas & virides, nu. 100. & pone eas in olla nova in dictis oleis, ad ignem, & bene decoquantur, colantur deinde per Stramineum, & bene comprimantur. Colaturam pone ad Alembicum, primo exibit Aqua, & poſtea oleum, quo inungantur Iuncturæ & grumi in Morbo Gallico, eſt enim hoc oleum prorſus mirabile.

Commendatur & oleum Myrrhę, paratum cum ovis poſitis in cella, vt noſti. Vide Leonellum.

Emplaſtrum ad dolores Iuncturarum:

℞ Adipis Hircini, Viperini, Ra-

natum, Vulpis, Canis, Cati, Ardeæ, fimi Caprilli, Croci, cum oleo dicto de Myrrha fiat Emplaſtrum, quod calidum applicetur.

Matthiolus. In Dolore ex cauſa calida mirabile præſtat Iuvamentum Inunctio cum oleo Lumbricorum, ſuperponendo eoſdem lumbricos iam coctos, addita æquali parte Ceroti de Lythargirio ſeu Triapharmaci.

Cataplaſma: ℞ Caſſiæ ℥.j. furfuris p.j. vnguenti roſati Meſ. ℥.ß. Olei Camemelini, Roſati, Lumbricorum, ana q.ſ. pro Cataplaſmate.

Pro Secretis referebat doctor Belocatus, Patavii, ſequentia:

Pilulæ Cochiæ, cum Elleboro, Curtii: ℞ Corticum rad. Ellebori nigri, ℥.j. ſem. aniſi, fœniculi, Carui, ana ℥. ij. Cinamomi, Zinziberis albi, ana ʒj.ß. Contuſa omnia groſſo modo, infundantur in lib.j. aqua per hor. 24. Bulliant deinde ad conſumptionem partis quartæ. In Colatura, iterum illa infundantur, iterumque bullianth is, & ſic tertio fiat. ℞ Deinde Specier. Pilular. Cochiar. q.v. ac irrora, vt ſint inſtar pultis, ac ad Solem aut in Hypocauſto paulatim exiccentur, ex qua maſſa formabis pilulas.

Si peccet Humor Melancholicus, pone ℥.ij. pul. Corticum Ellebori, pro vnaquaque ℥. Specierum, Educunt materias pituitoſas ac bilioſas, vt poſt evacuationem relinquatur aliqua adſtrictio: ℞ Pilularum dictarum ℥.j. Pil. de Hermodact. ℈j. Miceantur.

Pulvis præſtantiſſimus, de quo dicunt moderni, quod prius debemus accipere mercedem, quam exhibeatur:

℞ Savinæ, Chamedrios, ana ℥.iij. Mirrhæ (vel Rutæ) Piperis albi, folior. Hederæ, ana ℥. ij. Pulveriſata optime miſceantur, & cuius ʒij. capiat ieiuno ſtomacho, ſuperbibendo hauſtum vini, in quo decoctum ſit aliquid chamedrios. Valet & in omni dolore maxime Iſchiadico.

Pilulæ vtiliſſimæ, præſertim in podagra:

℞ Corticum Myrobalanor. Chebulor. ʒij. citrinor ʒj. Indorum, ʒvj. Contundantur & fricentur cum Ol. amygd. dul. ac infundantur in Succo Abſynthii q.ſ. per hor. 24. Expreſſioni infūde agarici, ʒvj. Zinzib. ʒj. Rhabarbari electi, ʒiij. Spicæ ʒß. Irrorentur omnia Malvatico ac melle Roſaceo, ac poſt horas 12. iterum fiat expreſſio, cui adde Aloes ʒj. Bdellii ʒij. floris Caſſiæ ʒß. Exponantur Soli aut loco calido, quouſque in paſtam redigantur, vt poſſint fieri Pilulæ.

Vnguentum Abbatis Breitingenſis præſtantiſſimum, ad morbum Cyprinum:

℞ Butyri lib.ß. (quod pingue ſit & dulce) liquefiat, adde lib.ß. Baccar. Iuniperi tuſarum, piperis tuſi, ana ℥j. Thu-

Thuris albi ℥ij. Frigentur omnia bene in Sartagine terrea, & fiat expreſſio per pannum linteum fortis, & habebis oleum viride, cuius ℞ Part. j, & tantundem olei Ceræ (quod fit deſtillando fruſta Ceræ poſita in Alembicum, cum modico olei olivarum) & ſimul bulliant, & miſceantur pro vnguento ad fornacem, vſurpando mane & veſperi, Curat tridui ſpatio, aut citius.

Sal cuiuſdam Alchymiſtæ ad dolores podagricos longe optimum:

℞ Vitrioli calcinati lib. ij. Salis Petræ tantundem, Aluminis lib. j. Calcinentur in vaſe bene lutato, & inde lixivium paretur, aquam toties percolando, donec nihil Salſedinis remaneat. Bulliat ad caſum aquæ totius, & Salem remanentem aſſerva, cuius portionem in aqua calida dilue; & pannos ibi madefactos calidos, vt æger ferre poteſt, loco affecto impone, vbi ſiccati fuerint, permutando. Salis in aqua tantum diſſolve, q. ſ. vt Medicamentum fiat magis minuſve acre.

Pharmacum Iſchiadicum nullum expertus ſum Præſtantius.

A Purgatione humoris peccantis, aquam ſive ſuccum Coronopodis, ſive Ranunculi maioris contuſum, quod omni Sinapiſmo præſtat, nec ita urit vt aquæ illæ Chymiſticæ.

Ad dolores Articularum maximos, & dolores Capitis (affectius omnes) frigidos, quidam feliciter Venetiis exhibent.

Decoctum Spliti, ſeu Fumariæ Alpinæ. Coquitur ℥j. Rad. inciſæ in Ciatho vini albi generoſi, per horam, ad caſum partis tertiæ, in olla clauſa vel tecta pane perforato. Dantur alternis ℥v. aut quotidie ℥. ij. ß. primo die quaſi ebrios reddit, ſecundo hilares, & Tertio Sanos. Sed caveant ab ira & labore. Duum eſt generum, flore luteo ac candicante ſimul.

Curatio M. Vallenrodii, Capitanei Coburgenſis, ex conſilio Medicorum Ferdinandi, Regis Bohemiæ:

℞ Ligni Guaiaci ſelectiſs. lima vel terno attriti, lib. ij. rad. Salſæ parillæ ℥. ij. aquæ fontis optimi lib. xxx. Ponãtur in olla vitreata, deſuper fuſa aqua feventi, ac addito cooperculo vitreato, macerentur hor. 24. Poſtea ad ignem clarum fiat decoctio lenta, donec pars tertia evaneſcat, tunc adde Flor. Stœchadis, Anthos, Maioranæ, Betonicæ, Hyſſopi, ana M. j. Calami odorati ℥j. ß. Iterum ad conſumptionem medietatis bulliant, tũc olla ab igne ſublata ſic maneat, donec refrigeretur ſponte. Colatura fictili vaſe aut Stãneo aſſervetur clauſa, ad vſum, vt dicetur. Erit hoc bibendum bis in die, mane in Aurora, & Veſperi horis ante cœnam tribus, cum Liquore ſequenti: ℞ Betonicæ, Stœchad. Maioranæ, Salviæ, roriſmarini,

rini,Origani,Pulegii,ana M.j. Chamæpythios M.ij.Rad.Aſari,ʒ.iij.Ellebori nigri ℥j.Calami odori ℥iiij.Iridis recentis ℥ij.Polypodii contuſi, ℥v. Pœoniæ ℥ ß.Ferveant ſ.a.in lib.xviij. aquæ ad conſumptionem partis ʒ. Colaturæ ℞ Lib.xij.folior. Senæ Orient.lib.j ß.Agarici crudi electiſs. ʒ.j.ß.Zinzib.ʒ ij.ß.Epithymi ʒ ij. Cinamomi ʒ.j.ß.Sem.Aniſi,ʒ j. Turpeti Orient.ʒ j.ß.Hermodactyl.ʒ xv.Cōtundenda craſſius contundantur, ac in fictili vitreato anguſti orificii cum decocto præſcripto ferveant,clauſo orificio cum ſtupa aut linteamine,ac in pulvinaribus calidis involuta maneantur hor.40. Colentur forti expreſſione,*ac huius* Infuſionis ℞ Lib.vij.ß.Succi roſar.puri,lib.ij. Infuſionis Roſar.multiplicis, lib.ij.ß.Succi Maioranæ ℥ iiij.Rad.Iridis ʒ.vj.rad. Acori communis ʒ.iiij.ß. Succi Roſati ſolutivi,lib.ij.ß. Sacchari opt.lib. v.Omnia ſimul ferveant ad Caſum partis tertiæ & adde Rhabarbari opt. minutim conciſi,ʒ.xij.Hermodactylor.craſſiuſcule contritorum,ʒ j. Iterum bulliant ad Syrupi conſiſtentiā. Coletur & aſſervetur vaſe mundo.

Huius liquoris ℞ ℥ ij.ß. Decocti ligni ʒ.vj.Miſce,& hauriatur tepidū bis in die.Ex hoc ſolvetur Alvus ſine moleſtia, bis aut ter,vel forte quater in die,multaſque Catarrhales materias,pituitoſas,lentes & Melancholicas paulatim educet.Si opus eſt, ſumantur Liquoris ℥ iiij.& decocti ℥v. ſic enim fortius educet. Nec opus eſt ſudorem prolicere, ſed quieſcere, non enim intentio eſt per ſudorem,ſed per Alvum educere. Mane autem poterit à potu per horam dormire,veſperi non. Hæc omnia prudens Medicus diſponet.

In hac cura perſeveret per xxx. dies, & vſque ad xxxx.vbi trigeſimo exacto ſenſerit ſe hoc Medicamento adiutum.

Victus: In Prandio & cœna comedat dimidium parvi & iuvenis pulli gallinacei, elixi aut aſſi, pro placito,aut perdicem dimidiam,additis ʒ.ij.paſſularum, & panis ʒ. iij. Potabit autem vinum ſic paratum. ℞ vini Rhenenſis albi optimi, vinoſitatis mediocris lib.CC.Aquæ communis lib.30. Sacchari optimi lib. viij. Corticum Ligni Guaiaci tritorum lib.j.Ligni Guaiaci limati lib.iiij. ß. Carduibened.M. ij.Salviæ, M.j.ß. Omnia ferveant in Caldario magno & mundo per quartam horæ. Ferveſcentia proiiciantur in vas ligneū, & claudatur Orificium. Clarificetur tribus aut quatuor diebus,antequam bibatur, quod citius fiet,ſi ramenta Fagi ſiccæ delabro deraſa, ad medium vſque vaſis imponantur.

Inter Prandium & Cœnam bibat ſequens:

℞ Aquæ communis lib.xij. Ligni Guaiaci lib.ß.Sarſæ parillæ ℥j. Cinamomi ʒ.ij.Sem.Coriandri præparat.ʒ v.fœniculi ʒ vj.Aniſi ʒ ß. Sacchari lib.j.ferveant in fictili vitreo,ad caſum part.ſextæ. Colatura aſſervetur pro Potu.

Hæc Medicamenti ratio mul-

tos Iſchiaticos egregie reſtituit & ſanavit.

Interea poterit & alternis, diebus hora vna ante Prandium, ſequenti Maſticatorio Pituitam ex Cerebro detrahere:

℞ Piperis nigri gr.xij. Pyrethri, Angelicæ, Imperatoriæ, Nucis moſc. ana ʒ.j. Iridis ſiccæ ʒ.ß. Staphiſagriæ ʒ.j.ß. Maſticis, Ceræ novæ, ana ʒ. v. Paſſularum ʒ. iij. Terenda terantur, ac in mortario cum Cera, uvis & paſſulis, excipiantur. Doſis quantitas Iuglandis per horæ dimidium.

Poterit & bis vel ter in ſeptima *Naſipurgio hoc vti*: ℞ Succi Betæ, Maioranæ, ana ʒ.ij. Succi rad. Iridis ʒ ß. Lactis Capræ ʒ ij. Pul. Sacchari Candi ʒ ij. Miſceantur.

Epoto Præſcripto Decocto, pro roborando Cerebro, Nervis & ventriculo, ſumat horis tribus ante cœnam mane de ſequenti Electuario ad Iuglandis quantitatem: ℞ Nucis Muſcatæ, Myrabolanor. Chebulor. Citrinor. conditorum, ana ʒ ij. Zinzib. condit. ʒ.j.ß. Calami od. cond. ʒ, iiij. Conſer. Salvię, Betonicæ, Maioranæ, ana ʒ.iij. Specier. Diamoſchi dul. Aromat. Roſat. Pliriſarcot. ana ʒ. j.ß. Cinamomi electiſs. ʒ.ß. Sacchari albiſs. in Aqua Salviæ diſſoluti, q.ſ. & fiat Electuarium.

Semel in ſeptimana præſtabit etiam devorare talem bolum: ℞ Terebinthinæ Cyp. veræ ʒ,ß. Chamepytheos ℈ij. Calami odori ℈j. Miſceantur, & fiat Bolus, ac devoratur.

Ad Cruris demacrationem, Iſchiadicumque Articulum roborandum præſtabit vti ſequenti Vnguento, calide bis in die Crus totum inungendo:

℞ Pingued. Cati, Taxi, Anſeris, Vrſi, Serpentis, ana ʒ.j. Medullæ Cervinæ, Bubulæ, ana ʒ.v. Terebinthinæ Cyprinæ veræ, crudæ, Reſinæ Pini albæ & pinguis, Maſticis, ana ʒ, vj. Opopanacis, Euphorbii, Bdellii, Ammoniaci, Olibani, ana ʒ.v. Miſceantur omnia, & in ciconiæ deplumatæ, exenteratæque ventrem impoſita inter duo fictilia vaſa coquito lento igne, & quod defluxerit aſſervato.

Reſpondet fere Matthiolano, quod ℞ Ligni electi, raſpati, lib.iiij. Corticis lib. ij. Carduibened. lib.j.ß. Capillor. ♀. Scolopendrii, Flor. Cordialium, ana lib.j. Cinamomi ʒ.vj. Aniſi, ʒ.j.ß. Sacchari Medeæ lib.iiij. Poſitis in vaſe ligneo, capaci 150. vini libras affunde, ſitque album, Stomachicum & fervens. Clauſo orificio ſtet per triduum, Colatura clara reponatur in alio vaſe, & de hoc ad paſtum bibatur. Poterit mutari, additis Herbis aliis, pro circumſtantiis. Mane & veſperi bibat Decocti Ligni ʒ. vj. cũ ʒ. ij. Liquoris ſeu Syrupi ſolutivi pro Natura Corporis & morbi, compoſiti.

Cibus ſit: ʒ.iij. Carnis, & totidem panis, cum ʒ. ij. vel iij. Paſſularum, cum vna honeſta menſura de ſupradicto vino.

Linimentum Medicorum Ferdinandi, Imperatoris, & Regis Bohemiæ, ad dolores Iſchiaticos:

℞ Pingued. Anatis, Anſeris, Vrſi, Cruris, Cervi, ana ℥. j. Olei Camomillæ, Roſar. Lilior. albor. ana ℥. j. vermium terreſtrium, ter in vino lotorũ ℥. iij. Aceti fortiſſimi, ℥. iij. Bulliant in duplici vaſe, ad caſum Aceti, pro inungendo loco affecto, quotidie bis, deſuper ponendo Cerotum ex Diachilone, Diapalma, Bdellio, Thure, oleo Maſtichino, pingued. vrſi &c.

Experimentum ad manus & pedes reſolutos, & ambulandi impotentiam, factis vniverſalibus, efficaciſſimum:

℞ Nucis moſcat. ℥. ij. Thuris, Terebinthinæ, ana ℥. iij. Centaurii minoris, Chamæpithios, flor. Hyperici, ana M. j. Per horas 24. rigatis Cretico vel generoſiore, ita vt tegantur omnia, & aſſidue miſtis, in vaſe vitreo eliciatur aqua, igne primum leviore, deinde fortiori. Incipiendum a primo liquore aqueo, cui miſtæ guttæ aliquot tertii efficaciorem reddunt. Medius mediis conſtat viribus.

Quidam commendabat vnguentum de Ebulo. Alexander & Paulus, Origanum, Thymum, Satureiam & Calamentham, in aceto acerrimo decoquito probe, quo aceto partes affectas frequenter ſuperinfundito ſeu foveto. Hoc præſidio permulti priſtinam valetudinem recuperarunt, quibus non pituita ſolum, ſed etiam flava bilis fuit infeſta.

Cerotum ſequens ex Ebulo Altomari, eſt validius:

℞ Succi Rad. Ebulorum, ℥. iij. reſinæ pini, Terebinthinæ, ana ℥. ß. al. Vulpini, Camemelini, ana ℥. ij. Cremoris Sem. Altheæ, Lini, fœnugræci, ana ℥. ij. ß. Opopanacis, ſagapeni, Ammoniaci, ſolutorum aceto, ana ℥. ß. Croci, ℥. j. Adipis Suilli ℥. j. Ceræ q. ſ. & fiat Ceratum.

Ex manuſcripto: Vnguentum pro Nervis paratur ex ſucco Ebuli cocto in cannis clauſis & repoſitis in maſſam panis coquendam in furno. (Ebulus calefaciendo reſolvit & ſubtiliat) Experire perinde vt paratur. Oleum Lumbricor. Camphoratum Duciſſæ Würtebergenſis.

NB. Vnguentum Ebuli ad Arthritidem vide infra Cap. de vnguentis.

Experimentum infallibile, ad Podagram:

℞ Flor. arid. Spicæ, infunde oleum commune, & ſtent ad Solem, poſt triduum bulliant, & colentur. Rurſus hoc fiat & inſoletur dies vj. Linteola madefacta Podagricis impone.

NB. Quidam commendabat Cataplaſma ex farina Enulæ & Vino ardenti, vt falleret, addebat parum Croci.

Commendatur ad Articulorum dolo-

dolores vnguentum de Alabaſtro, ſolum, aut cum Ebulino.

Ex Fernelio: Ad artuum dolores commendantur,

Aut

Statim fluxionem & ardorem compeſcentia, nec tamen humores in partem inflammatam impingentia, Aq. Roſarum, Solani, Plantaginis, cum quadrante Aceti, pro Fotu calido. Validius erit, addita ℥.j. Camph. Mucilag. Sem. Pſilii, cum aquis dictis, Cotoneor. Altheæ, folia Hyoſciami, cicutæ, Mandragoræ, ſempervivi vtriuſque.

Dolorem citra inflammationem compeſcentia, vt Lac vaccinum, ſtercus Vaccinum cum Aceto. Oeſipus. Thus calidum in ſecundo cum Ovi candido. Hæc acres fluxiones mitigant, emolliunt & reſolvunt, paulumque digerunt.

Dolore ſedato, reliquias attenuantia & digerentia, ne in tophum concreſcant: Verbaſculum, Herba Paralyſis & Arthritica, Chamepithis, calaminta, ſem. Naſturtii, Vrticæ, Holanii radix, Centaur. madecoctum, Hermodact. Opopanax, Bdellion, Ammoniacum, Sagapenum, Galban. Caſtoreum, Euphorbium, omnium calidiſſimum.

NB. Quæ Solenander refert, de Teſtudineo Amuleto, nec non vnguento ad Arthridites. Eiuſdem farinæ eſt, quod à Belocato in diſcutiendo Hydrope refertur.

Oleum Lumbricorum, ad Articulorum Dolores, & Spontaneos tumores, dislocationibus ſimiles, efficaciſſimum, à Duciſſa Wirtebergenſi mihi communicatum, 1564.

Lumbrici, menſura ſextarii, pinguiores, per noctem in muſco arboreo teneantur, & purgentur, ponanturque in vitro, quo repleatur pars dimidia, & claudatur vitrum duplici veſica, & paſta panis communis (mit einem gewirckten Teick). circumlinatur, ſpiſſitudine digiti. Ponatur in fornace piſtorio, cum panis eſt exemptus, vt ibi ſtet vſque ad refrigerationem fornacis. Exime deinde vitrum, & dempta paſta, vbi videris nō totum eſſe liquatum, vitrum vt prius circumlinitum fornaci impone calenti, idque tam diu, donec nihil ibi conſpexeris Lumbricorum. So es nun gar außgebacken iſt / ſoll mans durch ein reines durchſichtiglein durchſeyen / daß dicke hinwerffen / vnd allein das dünne behalten. In eine halbe Außpurger Maß / thut 2. Loth Camphoræ ſubtiliſſime tritæ, & diligentiſſime miſceantur, in vitro optime clauſo cuſtodiantur in loco.

Vſus: Cum humerus eſt elatior, ob ipſius ſitum altiorem, aut quia Coſtæ ſub humero foras prominent. Item cum Coſtarum aliqua eminet, aut in lateribus excreſcentia carnea naſcitur, vel ſub humeris, Inungatur oleo dicto, mane & veſperi. So die

Schuldter höher iſt alß ſichs gebührt/ herabwarts Lindt wol geſchmiert (allzeit lindt vnd ſanfft/nicht hefftig) vnd ſo ſie herundten iſt/ auffwarts geſchmiert. So der Ruckgrad krumb wirdt/ ſoll mans vff der Seidten/ da er ſich hin beüget/ ſchmieren/ vnd wann es zwo Nacht geſchmiert iſt/ ſoll man das Blech drauff legen/ wo es hoch iſt/ vnnd das Blech mit einem zwifachen geſtepten Linwad anziehen/ damit es ſteiff anbleibt vnd nicht weichen kömne/ ſoll an dem orth/ do es das Blech berührt/ geſtept ſeyn/ wie eine Schlaffhauben/ vnd ſoll das Futter vber das Blech zugeſchnüret werden/ vñ von oben herab/ vnd ſoll den Ruckgrad nit treffen/ ſondern man ſoll den Schnürriemen vom Ruckgrad ziehen. Mane bibat ieiunus cochlear aquę Hederę, quæ humi ſerpit, horis ante cibum duabus, & veſperi ante Somnum cochlearia ij. Idem debet fieri, wann ein Menſch eine hohe Hüfft bekombt/ nemblich ſchmieren/ vnnd das Blech darauff legen.

Medicamenta ſeu Arcana, pro contractis, vide apud Paracelſum 2. de Tartaro, Cap. de Colica & Iliaca. Balſamus ex Botyn. Liquor auri, Mumia, Diataſſa.

Quidam commendabat vſum decocti Rad. Caryophyllatæ ſeu Benedictæ, ſemel vel bis in Anno, poteſt vſurpari vt decoctum Guaiaci.

Ad Dolores Articulorum: Factis vniverſalibus, Medulla Similacea lacte rigetur optime, colaturæ per pannum factæ adde olei roſar. Chamemelini, ana ℥.*j.* cum ʒ.j. Croci & vitellis ovorum tribus. Coquantur in Sartagine inſtar pulvis, & calidum imponatur, ſæpe renovando arefactum.

Leonellus: Imbibatur medulla panis lacte multum, & poſtea in mortario tritæ, & adde Caſſiæ recēter extractæ ℥.j. vitellum ovi vnius, olei roſacei, Omphacini, ana q.ſ. pro Emplaſtro.

Emplaſtrum optimum, ex Rapis:

℞ Raparum raſarum q. v. Roſar. rub. fol. Caulium, minutim inciſarum, ana, bulliant in ſuff. quantitate aquæ, poſtea adde vitellum ovi, & cum oleo Roſaceo fiat Emplaſtrum.

In proceſſu: ℞ Camomillæ, Roſar. Meliloti, fol. violarum, ana M. j. farinæ hordei, Sem. Lini, ana ℥. j. ß. Pulveriſatis, & cum Roſaceo & Camemelino fiat Emplaſtrum. Poſtea augeantur reſolventia. Oleum Lilinum, vermium terreſtrium, camemelinum, in quo bulliant dicti vermes.

In materia frigida: Medulla Panis infuſa in decocto Camomillæ, Majoranæ, Abſynthii, Ivæ, teratur cum Medullæ Caſſiæ ℥.j. vitello ovi j. olei Chamemelini in ℥.j. Croci ℈.ß. pro Emplaſtro. Applicentur peciæ cum chamemelino, Amygdalino, Seſamino, Roſaceo. Emplaſtrum ex Sapa, cum furfuribus cocta, addito ovi vitello, & parum Salis. Vnguentum ex pinguedine Vulpis, Taxi, cati ſyl. ana ℥.*j.* Olei Chamemelini, Vulpini, ana ℥.ß. Liqueſcant & miſceantur ſimul, & cum Ceræ modico f. vnguentum. oleum de Lumbricis.

Materia non amplius fluente, ad Iuncturas laxas & debiles, applicentur Stuppæ infuſæ in lotio pueri, aliqualiter expreſſæ, & cum cineribus calidis involutæ. Confortant ex exiccant reſiduum materiæ. Aut applicetur filamentum Canabinum, decoctum in Lixivio.

Emplaſtrum in magno Dolore:

℞ Opii, Croci, ana ℥.j. tria vitella ovorum, & confice cum Roſato & violato, pro Emplaſtro.

Anodynon Doctoris Wolffii:

Micas panum trium coque in cantharo Lactis, Rad. Lil. recent. ℥.j. flor. Camomillæ ℥.ß. pro Emplaſtro. Evacuentur cum hac Tragœa purgatoria: ℞ Cinamomi, Cardamomi, ana ℈ß. Zinziberis ʒ.ß. Turbit. ʒ. iij.ß. Hermodactylor. ʒ.j. Diagridii ℈j. Sacchari optimi q. ſ. pro Tragœa, cuius Doſis invalidioribus ʒ. ß. Robuſtis vero ʒ. j.

Aut ℞ Specier. Hieræ ʒ. ß. Spe. benedictæ laxat. ʒ. j. Hermodactylor. Turbit. ana ʒ. j. Elect. de Succo Roſar. ʒ. iij. aut iiij. Zinzib. ℈. j. Myrobalanor. Citrin. ʒ. ij. fiat Maſſa Pilularum. Poſtea embrocentur cum vino decoctionis rad. Ebuli, granor. Iuniperi, flor. Camomillæ, ana. Et inungantur oleo Balſamino Leonelli, quod reſpondet Balſamo Manardi, ſupra deſcripto, aut potius Stephanico, infra Cap. de vulneribus deſcripto.

Secretum cuiuſdam Hebræi:

Corvus iugulatus, abſque effuſione ſanguinis, vratur, cuius Cineris quantitas vnius ovi, miſceatur cum lib. Ceræ, dardurch ein Tuch gezogen vnd vbergeſchlagen/täglich zweymahl erfriſcht vnd allzeit das vorig abgewaſchen cum aqua vitæ. Propina primo pilulas. Poſſet parari vnguentum ex Corvo, ad imitationem Anſerini.

Lixivium cum oleo communi quaſſatum, & ſæpe impoſitum, ſedat dolorem intra 30. horas. Emplaſtrum ex farina fœnugræci, cocta cum lotio, & addito Adipe.

Contra Arthriticam: ℞ Salis communis, Papaveris albi, ſem. Iuſquiami, ana q. v. & ſtent per noctem in vino ſublimata.

Arcanum cuiuſdam Empyrici: Imponatur pulticula ex pulvere Radicis Enulæ incorporato cum aqua vitæ, vt falleret, addebat modicum Croci. Matthiolus commendat ad dolores folia Sambuci, cum Axungia emplaſtrata &c.

In Arthritide Principis Hennenbergenſis, Georgii Erneſti, Anno 1572.

Corpore ter expurgato cum ſolutivo de Citro, & interpoſitis Clyſteriis, aliquoties ſudor provocabatur cum Theriaca & Mithridatio, ana, in aqua Fumariæ. Articuli molliter & diu inungebantur vnguento de Alabaſtro.

baſtro. Cum incepiſſet melius habere, propinabatur Guaiaci decoctũ, nonnunquam cum Ther. &c. Abſoluta Cura Guaiacina, inſidebat aliquoties in lavacrum ex aqua Salſa (nihil enim præterea quod cutis inſiceretur admittebat) & vino rubro. Crura intumeſcebant, cum gravitate, quod poto Abſynthii Succo depellebatur.

Medicatio Arthritica, Abbatis Breitingenſis, Chymici famoſiſſimi:

Æger quotidie bibat mane & veſperi ℥.ß. vel cochlear aquæ deſtillatæ ex vino, Salvia, Lavendula, Nuce moſchata, Caryophillis & Gran. Paradyſi. Hæc aqua reſolvit tartareos humores in Ligamentis & Articulis. Qui reſoluti cum aqua, vnguento ſequenti facile extrahuntur & diſſipantur, vnde tumor cedit, & dolor ſedatur. Adhibeatur autem cum penna nigra Gallinacea, ter aut quater, diebus 5. vel 6.

Oleum Vitrioli Mellinum. *Vnguentum*, Oder das Streichwaſſer: ℞ Mellis optimi deſpumati lib. j. Vitrioli vngarici triti, duplum (in alio lib. Vitrioli dimidium, affuſo vini modico, ſolvatur in olla vitreata, & ſtent per noctem. Impoſitis ſilicibus parvis in vitro vel vaſe Wallenbergico optime perlutato deſtillentur, vt ſolet fieri in Igne forti, igne primum lento, & poſtea, dempta aqua prima fortiori vel validiori, vt ſpiritus omnes in magno recipiente excipiantur. Huius ℞ p. ij. aquæ ſupra dictæ p. j. Vini ardentis opt. p. j. omnia permiſceantur, & cum Aqua prædicta vſurpentur.

Ex alia Scheda M. iij. Corticum Alni ſiccator. & inciſorum addantur Melli & Vitrioli. Sit autem Mellis lib. iij. Vitrioli q. ſ. & deſtilla ſ. a.

Idem Abbas in Podagra calida parabat vnguentum ex Butyro toſto cum Ranis viridibus inciſis, & colato. *Pro frigida*, ex Scarabeis Stercoraceis, toſtis butyro.

Alius Radices Althææ orbiculatim inciſas, & ſiccatas in aere, tritas cum Aceto, ex lixivio coquebat pro pulte, & tepidum imponebat. *In frigida cauſa coquebat* cum lixivio & vino.

Aliud Medicamentum Abbat. ex butyro & oleo Ceræ, vide ſupra.

Emplaſtrum Luſitani *optimum in* Podagra,

℞ Sapæ lib. j. lutea ovorum iij. Salis ℥. ij. farinæ Cicerum ℥. *j.* furfurum q. ſ. pro ſpiſſitudine, & fiat Emplaſtrum &c. Inungatur locus vnguento ſequenti: ℞ Olei Vulpini, Chamemelini, Hyperici, ana ℥. *j.* Butyri recentis, pingued. Taxi, Anatis, Gallinæ, Vulpis, ana ℥. ß. & parum Ceræ. Cooperiatur lana ſuccida. Vſus decocti rad. Chinæ. Vomitus frequens.

Balneum Arthriticum Rulandi, evacuato prius Corpore, cum Extract. Eſulæ:

℞ Aluminis M. j. Salis duplum vel M. ij. folior. Quercus, Plantaginis,

Ramen-

Ramentorum Iuniperi, ana M.v. coquantur in fontana, pro mane & veſperi, quotidie per horam, & renovetur die tertia.

Experimentum Hennenbergenſe, ad morbum Zyprinum, ex libro Principis Georgii Erneſti, vltimi:

Zum Zieppeklein: Fröſch Geleich in einem newen Hafen geſetzt/in einem Keller in ein Becken/tringt durch den Hafen wie ein Waſſer/daſſelbig behalt in einem Gefäß/wohl verwahrt/ vnd ſo es von nöthen/ſo netze ein Tüchlein drinnen vnnd legs vber die Geſchwulſt/ netze es wiederumb/biß dir der Wethumb vergeht. Item dẽ Fuß/ daran der Schad iſt/ſetz in warme Weinhefen/eine oder zwo Stund/ Nachmals in Weineſſig vnd Aäpffeltranck/auch ſo warm es zu leyden iſt. So ſolches geſchehen/einen wildten Katzenbalg darumb geſchlagen/hat gar viel geholffen.

Ad Dolores artuum: Quidam ſacrificulus dicebat, ſe curatum Balneo decoctionis Erucæ. Herba cum floribus in ſacco cum aqua coquatur. Digerit per halitus, teſte Galeno.

MATTHIOLVS: Mirabile expertus ſum Iuvamentum in Dolore Artuum calido, inungendo partem oleo Lumbricorum, parato in Balneo Mariæ, & poſtea emplaſtrando vermes ita coctos, piſtatos & miſtos cum æquali parte Ceroti ex Lithargirio.

Emplaſtrum Comitis Rutelſtadenſis, ad dolores Artuum:

℞ Seminis papaveris albi, ℥.j. Sem. Hyoſciami albi, tantundem, & miſceantur trita cum vino ardenti, & fiat Emplaſtrum Narcoticum: Aliud: ℞ Farinæ hordei, ℥.ij. farinæ fabarum pul. Chamemeli, Boli Armenæ, ana ℥j. Aceti vini ſextarium dimidium. Coquantur ſimul omnia ſenſim, vna cum aqua Sambuci pro Emplaſtro & dicebat ſtatim profuiſſe ſemper.

Vega Hiſpanus: Præſentaneum dicebat eſſe remedium, ex abſynthii Coma aceto elixa, malagma calidum impoſitum. Morbo finiente addimus porci Axungiam. Idem facit Chamæpythis cum butyro vaccino.

Ad cicatrices fœdas & nigras. Oleum Ricini, Balaminum, Iiinum, Momordicæ, Picis, de ovis, pinguedo Aſinæ, Lithargyrium cum oleo Vitelli, aut in Aceto deſtillato bullitum Balſamum, pul. Rad. Cucum. Aſinini cum melle. Vide Falloppium, Cap. de Vulneribus, vbi ponit correctiones Cicatricum.

AF-

AFFECTIONES PEDUM MVLTIPLICES.

Ad Clavos Pedum Bellocati : Si ſint ſuperficiales, abſcindantur, ſin profundiores, emolliantur prius, tenendo partem in lixivio decoctionis rad. Altheæ, & ſem. fœnugræci. Abradatur ſenſim pars emollita. Valet & Diachylon adpoſitum, poſtea abraſo & emollito callo, præſtantiſſimum eſt Emplaſtrum, Iſis G. intra 15. dies aufert callum, inſigniter ſiccando.

Emplaſtrum aliud emolliens & ſiccans Clavos:

℞ Viridis æris ʒ.v. Ammoniaci Aceto diſſoluti ℥.j. Miſceantur. Optimum hoc eſt, ab raſo callo.

Ad excreſcentias circa vngues:

Vnguis emollitus, vt ſupra, abradatur in medio, nam finditur, & in eum locum recurrit. Aut exuratur cum Cauſtico (munita Carne vicina) vt putrefactus decidat. Ne hoc malum naſcatur, reſccentur vngues quadrata figura, non rotunda, nec penitus abſcindantur, ne incarnentur. Vide in prima Parte de manibus.

Ad Verrucas, ex Bayro & Matthiolo:

Ruta trita cum paſſulis, Mel Anacardinum, Lapis Lazuli cum Aceto. Succus Portulacæ, Cinis Corticum Salicis cum Aceto, Alkakengi, cum Cantharidibus, Apium viſus, ſuccus Cepæ cum Sale & Thure. Lac ficus, porrum cum Sumach. Fimus Ovinus cum Aceto. Sanguis muris, Cortex pedum Gallinæ coctorum ſub Cinere. Auri pigmentum cum aceto.

Amatus Luſitanus commendat repetitam vſtionem cum virgula Bethulæ ignita. Ranunculus imponatur, Item ſuccus Chelidoniæ. Aqua ex ſublimato & Roſacea.

Matthiolus: Tangantur mane & veſperi virgula ignita, aut bacillo cum tala araneæ involuto, Alſo geſengt / ſiccata funditus radice decidunt, & certiſſimum hoc eſt.

Perniones (Chimetla) Chriſtophori de Vega.

Fiunt ex frigiditate nimia, congelante ſanguinem, qui putreſcens pruritum efficit, cum vel ſine vlcere. Hi curantur muria calida ſuperfuſa, in qua Beta bullierit. Vel cera liquata oleo decocto cum Allio. Item decocto calido Naporum, aut foveatur vino, in cuius lib. *j.* bulliat Aluminis ℥. *j.* Aut foveatur decocto lupino-

rum,

rum, & deinde liniatur melle coᴄto & Sulphure.

Perniones cum vlcere curat olei Lentiſcini ℥.j. cũ quarta parte Ceræ imerſa Napo excavato. Abluta parte decocto Lupinorũ, vel Muria, Ceratum refrigeratum exhibeatur. *Vel* ℞ *Aluminis* & Thuris, ana ℥. j. vnguenti de Minio ℥. ij. Olei Lentiſcini ℥. ß. Miſce.

Vnguentum cuiuſdam Empyrici, ad omnes fiſſuras:

℞ Thuris, Lithargyrii, Zinziberis albi, ana ℥.j. Ceræ, Mellis, ana q.ſ. ex his fiat ſ.a. vnguentum.

Experimenta Elidæi, Bononienſis, ad Nervorum Affectiones:

Emplaſtrum, ad Nervorum Dolorem & Spaſmum in manibus, brachiis & Pedibus: ℞ Iuſquiami albi ℥. ß. papaveris nigri, ℥. ij. Croci ℥.j. Hermodactylor. ℥. ij. ß. micæ panis ſubtiliſſime tritæ ℥. iiij. cũ iiij. Vitellis ovorũ, in mortario optime miſcendo, & fiat Emplaſtrum calidum apponendum, quod ter mutetur in nocte.

Galenus laudat inteſtina terræ trita & apposita.

Emplaſtrum, quod & in punctura Nervi cæca valet: ℞ Olei Roſati, in quo bulliant Lumbrici terreſtres, Terebinthinæ claræ, ana ℥.j. Salis ℥. ß. bulliant ſimul, & calidum cum petia appone. Similiter oleum vulpinum additum hoc modo, prodeſt dolori Nervorum, iuncturarum, & doloribus Gallicis opitulatur.

Aliter: ℞ Ol. Camomillæ, Roſati, decoctionis Lumbricorum, Ol. Hypericonis, ana ℥. j. vitellor. ovorum num. iij. Croci ℈ ß. Miſceantur & petiæ actu calidæ applicentur. *Similiter Stercus bovis emplaſtrat.*

Vnguentum ad Nervũ diſcoopertũ.

℞ Terebinthinæ, pluries lotæ in aqua roſat. ℥. iiij. Pul. Corticum Thuris ℥. v. Miſceantur probe, & fiat vnguentum.

Linimentum, ad nervos inciſos:

℞ Ceræ, picis; medullæ vaccinæ, ana ℥. j. ß. Ol. Roſati ℥. ij. Miſceantur probe pro inunctione poteris & pul. Lumbricorum addere.

Emplaſtrum ad Dolorem Spaſmoſum, ex repletione, præſtans:

℞ Abſynthii, Cimini, Baccarum lauri, ana ℥. ij. ex his pulveriſatis cum Melle conficiatur lege Artis Emplaſtrum, bullitis prius & parum inſpiſſatum.

Ad Nervos inciſos: Pulvis Lumbricorum terreſtrium, cum melle, aut Emplaſtrum ex ipſis Lumbricis recentibus. Valet & pulvis ille ad dolores Nervorum ac Iuncturarum, inuncto prius oleo vulpino. Aut ℞ Medullæ Cruris vituli, Olei antiquiſſimi, ana ℥. iij. Lumbricor. terreſtrium, vino ablutorum ℥. ij. bulliant in Balneo Mariæ, ad ſufficientiam, & colentur. Valet in Dolore Nervorum, mollificando & reſolvendo, & in dolore iuncturarum.

Rr Nota

Vermes. Nota: ſi dicti pulveris ℥. j. cum Iulep, aut Sapa, aut Vino dulci detur, necat vermes.

Vnguentum ad Nervorum puncturas:

Ruiacum Sale trita. ℞ Ammoniaci, lib. iiij. Diachylonis, Thuris maſculi, Maſticis, ana ℥. j. Ceræ citrinæ ℥. ß. confice ſimul pro vnguento.

Nihil præſentius in puncto Nervo ex ſecta vena (ſi ſcilicet ſit diſcoopertus) quam vnguentum ex Ceruſſa, vt Bononiæ vidi, & vt refert Fernelius. Siccat citra morſum.

Linimentum Zu den Lahmen vnd ſchwindeten Gliedern.

Comitiſſa Rutelſtadenſis. Lumbrici terreſt. in vmbra ſiccati, deſtillentur cum oleo communi, in Balneo Mariæ, pro Linimento. *Membrum tabeſcens, Verberatum Vrticis*, inunge aqua, in quam diſſolvantur Lumbrici terreſt. in vitro ad Solem poſiti, aut in fornace cum luto vel pulte circumcirca bene clauſi. Mane frictione facta illineatur oleo amygdalino, vel medulla vitulina recenti. Conſidera, an ſit ex obſtructionibus vaſorum, vt in Paralyſi & dislocationibus contingit. An vero ob reſolutionem humidi radicalis, vt in iis accidit, qui importune & cum magna difficultate ambulant. Montanus conſ. Chirurg. 31. & 32.

Aqua Præſtantiſſima, Zu den ſchwindeten Gliedern / *Guilhelmi, Principis Senioris in Hennenberg.*

℞ Vini ardentis, Cantharum, Caryophyllor. Zinzib. optimi, Piperis, ana ℥. j. Nucis Moſchatę Cinamomi ana ℥. ß. Ponantur ſimul in vitro obturato, quod quotidie bis aut ſæpius agitetur. Hac aqua membrum quotidie bis ad ignem fricetur optime, & calidum teneatur.

Das Malvaſierwaſſer / *ex Haſſia, ad eundem affectum:*

℞ Vini malvat. M. j. Camphoræ ℥. ij. Vitrioli albi ℥. viij. Tritis adde partem ſextam Vini ardentis, & reſervetur pro vſu in vitro, & agitatum vſurpetur ad eruptionem puſtularum parvarum.

P*aracelſi Vnguentum nobile, ad Contracturas, ex Herbario Turneſii:*

℞ Succi Pimpinellæ hircinæ, (quę mirabilis eſt in reſolvendo, omnium iuncturarum, tartaro.) Aceti Roſar. ana q. v. Coquantur ad dimidium. Colaturæ addatur tertia pars Cerę, partes v. ping. Taxi, part. ij. ping. caponis part. iij. ping. Canis, medullæ Bovinæ, tantundem, p. ij. ol. communis, part. 6. ping. ex oſſibus Equi coct. part. j. olei Sulphuris. Coquantur pro vnguento.

Membra in Balneo bene calefacta inungantur, Reſolvit tartaros, & per poros vaporoſe expellit.

Ex Rulandi Balneario: ℞ Sambuci

M.xx. decoquantur in aqua (pro divitibus in vino) ad ſufficientiam, & inſideat quotidie in hoc lavacro, egreſſus in lectulo bene ſudet, ac à ſudore membra contracta bene inungantur ſequenti vnguento : ℞ pingued. Vulpi lib. j. Tax. ℥. iij. Maſticis ℥. ß. Euphorbii ℨ. ij. Piperis vtriuſque ℨ. x. Vini boni menſuras ij. fiat decoctio ſ.a.

℞ Pingued. Vulpis lib. ß. Taxi ℥. j. ß. olei Terebinthinæ ℥. vj. vel iiij. olei Salviæ ℥. ij. Iuniperini, Spicati, ana ℥. j. Miſce. Ol. Iuniperinum & Vitrioli guttatim mixta.

Ad Incurvationem membrorum, propter Contractos Nervos, Secretum Doct. Ludovici de Leonibus:

℞ Olei Camemelini, Anethini, Roſacei, Lilior. albor. ana ℥. j. Irini ℥. ß. Maſticis, de Spica, ana ℥. iij. Pingued. Gallinæ, Anatis, olei amygd. dul. ana ℥. v. Medullæ cruris vituli & vaccarum, Butyri recentis, ana ℥. iij. Styracis liquidæ ℥. iiij. ß. ſevi vituli ℥. j. Hyſſopi humi. ℥. j. ß. Bulliant omnia ſimul, præter Styracem & Hyſſopum, cum Mucilagine ſequenti, vſque ad conſumptionem eius. Colaturæ adde Terebinthinæ claræ ℥. j. ℨ. vj. Ceræ q. ſ. & fiat Ceratum molle. Mucilago: ℞ Rad. Enulæ, Althææ, ana ℥. j. Rad. Ireos ℥. ß. Paſſular. ℥ v. Spicæ ℨ. vj. Ammoniaci, Bdellii ; Serapini, ana ℥. i. bulliant omnia ſimul in ſ. q. aquæ & modico Aceti, vſque ad conſumptionem medietatis. Coletur & parum bulliant iterum cum iſto vnguento, applicato petiis lineis involvatur membrum incurvum, & poſt dies renovetur.

Balneum Doctor. Carpi, ad Nervos Spaſmaticos vtiliſſimum:

℞ Salviæ, Maioranæ, Stœchad. Mentæ, Betonicæ, Roriſmarini, Meliloti, Hypericon. flor. Camomillæ, rad. Althææ, Thymi, ana M. j. rad. Ebuli M. ij. Vermium terreſtr. lib. ij. Medullæ bovis aut vaccæ, lib. ß. Ol. Camomillæ, Coſtini, ana ℥. ij. Aquæ communis, lib. 40. bulliant vſque ad conſumptionem medietatis. Coletur & fiat Balneum per 4. h. Deinde inungatur membrum cum oleo Anethino, in quo bulliant Lumbrici terreſtres.

Inunctio optima, ad contracturas.

Coquatur M. j. Althææ, Petroſelini & Malvæ, in Aqua, & bene coctis, adde Saponem Venetum. Rurſus coque, exprime radices molles per Colatorium, adde Aquam vitæ, & refrigeretur, & miſceantur optime pro inunctione.

Ad Nervos Contractos: Vngatur membrum cum butyro maiali, in quo, pari pondere, terantur Lumbrici terreſtres, addaturque medulla bovillorum pedum. Præcedant autem fomentationes.

Magius, Chirurgus Bononienſis, ad Apoſtemata & Tumores:

Ad Apoſtemata difficilis maturationis, valent folia viticis, cum farina hordei emplaſtrata, Item folia Bechii ad omne Apoſtema. Aperiunt Apoſtemata, cochleæ Emplaſtratæ cum aliis Medicaminibus, ficus cum farina hordei, aut medulla panis, maturant.

Callos ſanat, Gummi Prunorum, in Aceto per diem & noctem diſſolutum, & callis prius abraſis impoſitum,

Verrucas: Succus foliorum ficus, aut lac. Item Emplaſtrum ex Portulaca, aut ſuccus eius frequenter illitus, facit eas cadere, & ne plus dilatentur, appone Emplaſtrum ex ficubus immaturis, cum Nitro.

Ad eradicandos pedum clavos: impone Calcem non extinctam, cum Stercore bubalo.

Ad Coſſos valent: Sulphur ligatum in petia, & per noctem impoſitum in aqua Roſacea, cum ea facies balneetur cum vadit dormitum, quandoque etiam in die.

Ad furunculos, fiat Emplaſtrum cum cum Sale, Melle & Oleo.

Ad Scrophulas: ℞ Succi Rad. Ireos, Euphorbii. ana q.v. pro Pilulis. Item ℞ Pil. Cochiar. Agarici trochiſc. ana ʒ.ß. cum aqua Betonicæ fiant. Pil. num. v. Et capiat de Electuario ad quantitatem Caſtaneæ. ℞ Scrophulariæ, Bryoniæ, Polypodii, Artemiſiæ, ana ʒ.j. Sacchari albi, ℥.iij. & fiat Electuarium ſ.a. Ex his etiam poteſt fieri Emplaſtrum.

NB. *Ad Callos*: ℞ Arſenici, vitrioli, Aluminis rochæ, ana ℥.ß. Miſce cum melle, & vtere. Aliquando vſus ſum Cera rubea ſuper Callos. per 20. dies.

Emplaſtrum optimum Elidæi, ad Callum in Pede:

℞ Galbani ℥.ij. maceretur in Aceto fortiſſimo octo diebus, & fiat Emplaſtrum, quod ſuperpone, donec ſanetur.

Ad Verrucas: Quidam pro certo affirmant, Portulacam impoſitam eas ſanare, vt & Chinus affirmat. Illinantur deſtillato Squillæ maceratæ per dies xx. in oleo, ad Solem, quod commendatur mirifice.

Ad Eryſipelas:

℞ Olei communis ℥. ß. lavetur in ſextario Lixivii calidi, in pelvi, donec calidum fiat. Petias hoc rigatis applica calidas, iij. vel iiij. vicibus in die. Chamæcyſſus trita imponatur. Aqua deſtillationis Iuglandium viridium bibita, cooperto ægro, vt ſudet. Alumen vſtum cum albo ovi agitetur, ac cum luto figulorum, quod de manibus tergunt, fiat Emplaſtrum in panno Cæruleo.

Emplaſtrum ad Eryſipelas:

℞ Pul. radicum Altheæ, ſem. fœnugræci, vel Meliloti & Lini, ana, coquantur in vino rubro, inſtar pultis, ac cum pingui aliquo redigantur in formam Emplaſtri.

Eli-

Elidæus, ad Eryſipelas:

Facta evacuatione cum Caſſia, Tamarindis, & modico Elect. Succi Roſar. inſtitue Victum tenuem & frigidum, ac humidũ. *Localia*: Oxyrrhodinon, ſuccus Plantaginis & ſempervivi, cum Aceto (cave tamen, ne circa emunctoria repellas) vnguentum Roſatum Meſue, cum Camphora. In proceſſu: Linimentum ex oleo Roſato, Chamemelino, & ovorum luteis ac ſucco Plantaginis, Lavacrum ex Roſis, Chamemelo, Plantagine, Aizoo in principio, folia Arundinis trita, Lens paluſtris. Das Junge Rôricht in Teichen/ wohl zerſtoſſen vnd zerquetſcht / vbergeſchlagen/ zeugt die Hitz gewaltig herauß.

Cataplaſma Bopponis, Principis Hennenbergenſis, zum kaldten Fewer:

℞ Salviæ recentis M. *j*. inciſæ cum duobus albis ovorum, teratur in mortario, adde Aquar. Roſarum, Endiviæ, Epaticæ, Salviæ, ana cochlearia *ij*. & fiat expreſſio per linteum, ac panni lintei hoc rigati imponantur, ſemper permutando, vbi exaruerint.

Matthioli Emplaſtrum, ad Tumores duros:

Hoc fiat optimum ex Chamemelo & raſura coriorum (Abſchab der Gerber) in aqua ſimul coctorum.

Cataplaſma emolliens magnos & duros abſceſſus:

℞ Lilior albor. Altheæ, ana ℥. iij. folior. Erigeri, Malvæ, violarum, ana M. *ij*. Caricarum pinguium, Paſſular. ana M. j. Triticea ℥. iij. Sem. Lini ℥. j. Coquantur ad iuſtam mollitiem, & cum Lilior. alborum oleo, Roſaceo & Chamemelino q. ſ. fiat Cataplaſma. Chirurgus parabat ex decocto Agrimoniæ, Malvæ, violarum, Altheæ, cum quo Colato, miſcebat farinam lini & olea.

Emplaſtrum præſtans & egregium zum Rindts Aug, *h. e. pro tumore magno, cum rubore & calore, puſtulis, deſinentibus in foramina multa, ex quibus vnicum tandem reſultat:*

℞ Pul. folior. lilior. albor. Folior. Roſarum albar. Farinæ ſem. Lini, Fœnugræci, rad. Altheæ, ana ℥. ß. Boli Armeni ℥. *ij*. Pulveriſata coquantur in lacte Caprino vel communi ad pulmenti conſiſtentiam, adde Olei Roſar. & Lilior. ana q. ſ. pro Emplaſtro. Locum inflammatum illine linimento ex Ceruſſæ & Lithargirii, ana ℥. *j*. Camphoræ gr. *vj*. incorporalis Oleo Roſaceo, & triſtis in mortario plumbeo q. ſ. Vbi exciderit, imperantur filamenta, rigata ſequenti: Luteum ovi concutiatur cum Roſacea & Terebinthina, adde parum farinæ fabarum, & miſce.

Wanns nun anfehet Fleiſch zu machen procede mit dem Waſſerpflaſter ꝛc. So es ſehr vnrein iſt / impone filamenta cum oleo vitelli ovorum Camphorato. Vel immitte Aquam Camphoratam, paratam cum modico æruginis. Vltimo Emplaſtrum Griſeum.

Experimentum præſtantiſſimum, ad Cancrum:

℞ Argenti vivi ſublimati ℥.iij. cum ſucco Apii fiat vnguentum, de quo extende ſuper corium, partis exulceratæ latitudinem habens, & ſtet deſuper horis vj. dolet enim multum. Poſtea eo remoto, appone de Axungia Porcina Veteri. Poſt diem vnum iterũ pone de vnguento, & ſtet horis ij. rurſus de Axungia horis iij. Tũc eleva Cancrum & totam carnem mortuã videbis exire radicitus. Quo facto, procede cum mundificativis, carnem generantibus & conſolidantibus, vt noſti.

Experimentum Doctoris Elidæi ad Cancrum:

℞ Pul. Aluminis, vermium terreſtrium, ana ℥.j. vel contunde vermes cum Alumine pro Emplaſtro. Agrimonia contuſa & adhibita, quæ etiam in Gangræna eſt mirabilis. Oleum ſulphuris. Vnguentum Ægyptiacum.

Zur Geſchwulſt der Schenckel / mit einer Röthe wirdt gelobt Hanffſamen mit altem Bier vbergeſchlagen oder das folgente Pflaſter / alſo zugericht: ℞ Camillen / Königskertzen / Steinklee / jedes ein Handvoll / Attich M.ß. Soll man in zwey Maß Waſſers kochen / biß der dritte Theil eingeſotten / vnnd in der abgeſeyten Brüh diß Pulver laſſen kochen / biß es wohl ſchlüpfferig wird vnd durchſeigern: ℞ Sem. Lini, fœnugræci, Rad. Altheæ, Jedes ij. Loth / Gerſtenmehl / iij. Loth. Dieſes gebraucht man auch im Rothlauff / welches ſonſten nit viel feuchtes leiden will.

Comitiſſæ Hennenbergenſis In Rudelſtadt / zu den ſchwartzen Blattern:

℞ Agitatũ album ovi cũ Sale cũ lana cruda (Henffenwerck) Canabacea imponatur. Si membrum intumeſcit & rubeſcit, impone ſemen Lini, coctum cum ſevo Caprino. Laudatur vnguentum Roſatum, Emplaſtrum de Tutia, folium uvæ Lupinæ recens, vel aridum Aqua maceratum, quater in die renovatum imponatur. Album ovi cum Alumine agitatum ac impoſitum, reiterando arefactum.

Pulvis ad Gangrænas optimus:

℞ Pul. Oſſium humanor. vſtor. Quinque folii, Rad. Mandragoræ, Arſenici, ana ℥.ß. Miſceantur pro pulvere, quod removet Gangrænam ſine morſu. Idem facit præcipitatum. Agrimonia contuſa & adhibita, inſtar Emplaſtri. Scarificentur circũ circa, pro-

profunde, vel applica hirundines, poſtea embrocetur aceto optimo calido, aut lixivio decoctionis lupulorum, ter in die ſuperponendo Ægyptiacum, donec ſeparetur Caro mortua à ſana.

Ad Eryſipalata: Imponatur linteum rigatum aliquoties Roſacea evocata & ſiccatum. Item lac paratum ex Oleo communi concuſſo cum lixivio.

Löſchung eines alten Wundt-Artzts:

Mucago Corticis Tiliæ albi interioris, extracta cum aqua fonti; Cõmendatur & aqua Corticum viridium Iuglandium. Lixivium Cineris Caulis Braſſicæ, von den Stieclen/ warm vffgelegt. Emplaſtrum ex mica panis macerati aqua calida, tuſa cum duobus vitellis ovorum, & modico oleo papaverino. In magno dolore poteſt addi opium.

Cataplaſma Nicolai de Metri, Zu allerley Geſchwulſt mit groſſer Hitz:

℞ Lithargirii lib. ß. Aceti opt. Sextarium, alba ovorum bene concuſſa, miſceantur probe, & cum panno liteo applicentur, & cave ab unctuoſis & pinguibus.

Lapis Doctoris Adami Schillings/ *Bamberg.* zu allen Geſchwulſten/ von Fällen/ ſchlägen/ Wundten vnd hietzigen Flüſſen:

℞ Aluminis lib. ß. Vitrioli quadrant. Boli Armeni veri ℥. ß. Salis pet. ℥. ij. Trita optime; lutato operculo, ponantur in prunas, donec non amplius prodeat fumus. Huius Lapidis ſeu maſſæ particula liquatur in aqua calida, ac cum linteolis imponatur.

Ex Pudendagra Augerii:

Tumores & gummoſitates ſcirrhique, ſi diſcutientia mature exhibueris, alioquin ſuppurantur, & oſſa corrumpunt, in ferro aperiantur. Nodis imponantur emollientia. Diſcutiuntur ſpuma decocti ligni, & ſimilibus remediis. Si cum magno dolore in tibia protenduntur, conferunt, Emplaſt. ex radicibus Cucum. ſyl. Enulæ, Bryoniæ, Ebuli, Iridis, Ammoniaco, Bdellio, Opopanace, Sagapeno, Styrace, Terebinthina, cum adipe vrſi, Cati, Hominis, Hirci, Cervi, porci, vituli, & butyro. Addita mercur. præcipit. ad pondus omnium. Quidam adhibent ex Cinnabari ſuffitum. Alii locum fovent per candentem pyritem decocto ligni vel Aceto extinctum.

Conſilium Doct. Pauli W*oneckeri præſcriptum Electori* Palatino *Ottheinrico, in præſervatione Eryſipelatis:*

In principio Maii, vel circa Aprilis finem, nec non in Autumno, quotannis expurgetur hoc decocto: ℞ Rad. Diureticarum, Cichorei, Liqui- *Potio Annua.*

qui-

quiritiæ, Polypodii, Acori, Cort. Capparum, ana ʒj.ß. Herb. Capni, Ivæ, Salviæ, Betonicæ, Cuſcutæ, Agrimoniæ, Scolopendrii, Capillor. ♀. ana M.ß. flor. Roſar. rub. Stœchad. Arab. Thymi, Epithymi, ſemin. 4. malor. frig. quaſſator. Aniſi, fœniculi, ana ℥.j. Cort. Myrobalanor. citrinor. Chebulor. ana ℈iiij. folliculor. ſenæ abſque ſtipitibus ℥. j.ß. Agarici optimi ℥. ij. Hermodactyli tranſmarini ℥.j. Turpeti gummoſi ʒij. Vvarũ paſſarum ℥.iij. Iuiubarum, Sebeſten, ana num. vj. Tamarindor. ping. ℥. flor. Cordialium, ana p.j. Coquantur in ſuff. quantitate aquæ communis. Colaturæ ℞ ℥.xiiij. Infundatur horis 12. Rhabarbari electiſſimi, cum Spica ℥.j. Expreſſioni adde Syr. Roſati ſolutivi, ℥.ij. de cichor. cum Rhabarbaro, ℥.j. & Aromatiſetur cum Speciebus Diagalangæ, Diarrhod. Abbatis, Xyloaloes, ana ℈j. Cinamomi optimi ℈ij. Doſis ℥.v. horis ante cibum ſex. Repetatur hoc ter, & ſi non ſufficienter purgabitur, diebus ij. elapſis, ſumat ſequentes Pilulas: ℞ Maſſæ Pilular. Aurearum, de Agarico, de Rhabarb. de Hermodactyl. Artheticar. ana ℈ß. Trochiſcor. Alhand. gr. v. fiant Pil. cum aqua Salviæ, ac inaurentur, & ſumantur poſt medium noctis.

Temporibus intermediis expurgetur, ſi opus erit, hauſtu ſequenti: ℞ Rhabarbari optimi cum Spica præparati, ℈iiij. Aquar Endiviæ & Fumi terræ, ana ℥.ij. Infuſa horis 12. exprimantur, & addantur Syr. Roſar. laxativi ℥.ij. fiat potio pro horis v.

Pro roboratione omnium Viſcerum, vtatur interdum hac Tragœa: cum pane toſto, rigato cum vino, ℞ Specier. Diamarg. frig. de gemmis frig. Diatrionſant. Diarrhodi Abb. Lætitiæ almanſ. de ligno Aloes. Roſatæ novellæ, ana ℥.ß. Diacinamomi ℥. j. Diamoſchi dul. Diambræ, Margaritar. Splendi. Oſſis de Corde Cervi, Diatamaron. ana ℈j. Tabular. Diarrhod. Abbat. Diatraganti; Manus Chriſti cum Perlis, ana ℥.j.ß. Sacchari fini ℥.ij. folior. Auri, num. vij. ex his fiat Tragæa ſ.a. ſubtiliſſima.

Vbi caliditatis ſenſum circa Epar percipiet, tunc aliquot diebus ſequẽs Epithema ante cibum exhibebit, cum Zendalo rubro, donec æſtus remiſerit: ℞ Aquæ Roſar. Endiviæ, ana ℥. iiij. Acetoſæ, Borraginis, Bugloſſæ, Lactucæ, Aceti Roſar. ana ℥.j.ß. Specier. pro Epithemate Cordis, Diatriaſant. Diacoralli, ana ℥.j. Omnium Santalor. Spodii Raſuræ Eboris, ſquinãthi, Corall. rub. præparat. ana ℥.ß. Camphoræ ℈j. Miſceantur. Applicetur cum ſyndone rubeo duplicato, vel triplicato aut cum Scarlato.

So das Rohtlauff anſtoſſen wirdt: ℞ Mithridati optimi ℥.ß. Spec. Bezoarticarum, Liberantis, Trochiſc. de Camphora, Charabe alb. ana ℈ß. aquæ Fumi terræ ℥. iij. Miſceantur pro Potu ſudorifico, ex quo ſudet ad horas iij. vel pro tolerantia. Commẽdatur & Rob Sambucinum. Si conſtipatur venter, laxetur cum Rhabarbaro & Syr. Roſato laxativo. Lixo Vini bibat aquam Cinamomi, vel Hordeaceam, cum ſyrup. violarum, de limoni-

monibus, de Granatis, de acetoſa & ſimilibus. Suffiatur locus mane & veſperi cum ſequenti Pulvere, biß es außgetrucknet werde: ℞ *Carabe albi* ℥.j. *Maſticis, Olibani*, Sandarachæ, ana ℥.j.ß. Mirrhæ, Aſæ dulcis, ana ℥.ß. Ligni Aloes ℈j. Roſar. rub. ℈iiij. Miſce & fiat Pulvis groſſus. Andere befeuchtung ſollen gemieden werden.

Cataplaſma cuiuſdam Nobilis, zum Rotlauff/mit Geſchwulſt.

Terantur nuces Iuglandes cum aceto, gibt ein weiſſes Waſſer / quæ ſæpe applicetur. Alius imponebat corticem viridem Sambuci, alius linteum crocatum.

Cataplaſma Doctoris Eraſti, zur Geſchwulſt der Schenckel / *poſt thermas*:

℞ Serpilli, Hyſſopi, Origani, Agrimoniæ, ana M.*j.* camomillæ, M.j.ß. Rad. Geranii, Tormentillæ, Cort. Pruni ſyl. Quercus, ana M. j. Boli Armenæ ℥.ß. Aluminis ℥.*j.* Bulliant in vino ſubauſtero vel rubro. Madefiat in hoc decocto calido pannus triplicatus, & expreſſus circumvolvatur pedi calidus, ante ſomnum.

Apffelwaſſer / *Doctoris VVolffii*, zum Rothlauff:

℞ Thuris, Myrrhæ, ana ℥.*j.* Caphoræ ℥.ß. croci ʒß. Pulveriſata coque cum vino & aceto, & lintea ibi madefacta, ac fere ſiccata, impone, rurſus madefacta circum impone, horis hoc fiat 3. vel 4.

Secretum ad tumores duros:

Fiat Emplaſtrum ex radice Scrophulariæ (alias Cicutæ erat ſcriptum) aceto macerata per noctem, contuſa in vini & aceti partibus æq. cocta, addito adipis permodico, aut Terebinthinæ, aut Ceræ.

Montagnanæ, Chirurgi Patavini

Aſpoſtemata maturat optime Emplaſtrum ex radice bryoniæ, decocta ſub cineribus, & miſta cum pinguedine Suilla.

Emplaſtrum Fontanoni, ad nodos, Cheradas & Scirrhos efficaciſſimum:

℞ Sem. Sinapi, Vrticæ, Sulphuris, Spumæ Maris, Ariſtol. rotun. Bdellii, Ammoniaci, ana ℥. ß. Olei antiqui, Ceræ cit. ana q.ſ. fiat Emplaſtrum, adde Diachyli cum Iride ℥.iij. & cum aluta apponatur, ac 15. quoque die permutetur.

Apoſtemata aperit ſequens ſine dolore:

℞ Corticem Salicis vſtum, & diſtempera lotio pueri, & modico Calcis vivę, ac in teſta avellana ſuprapone.

Sal Friſiomeligæ: ℞ Cineris vitis aut

ſabarum, aut ficus, lib. iij. Calcis, lib. *j*. ß. aquæ lib. 40. & fiat Lixivium, ſæpe reaffundendo colaturam, quæ coquatur in vaſe æneo, quo vſque, fiat Sal.

Vide Friſiomeligam, lib. de Morbo Gallico, in Cura Symptomatum.

Emplaſtrum Venetianum præſtantiſſimum ad Nodos *Gallicos*:

℞ Rhabarb. electi, ℥. *ij*. Aloes Epat. ℥. j. Lixivii fortis ℥. vj. Decoquantur igne lento in olla vitreata, vſque ad conſumptionem partis Quartæ, adde Sapenis veri ℥. vj. incidantur ſubtiliſſime, Ceræ citrinæ, ℥. *ij*. Coquantur ſimul lento igne ad ſpiſſitudinem Emplaſtri.

Electuarium pro Gallis:

℞ Tenuiſs. pulveris Ligni Sancti, p. *j*. Macis p. ß. Mellis Roſati, p. iij. miſceantur pro Electuario.

Palmarius, *de Morbo Gallico*:

Non eſt præſtantius Cataplaſmate ex ſigillo Mariæ, ex Axungia, in digerendis & emolliendis tumoribus frigidis, præſertim veneriis: ℞ Sigilli Mariæ crudi, Axungiæ porci, ana ℥. iiij. Croci, ℈j. & fiat Emplaſtrum.

Aliud: ℞ Sigilli M. ſiccati & pulveriſati, ℥. j. Rad. Iridis florentinæ, Hermodactyl. ana ℥. *ij*. Gummi Ammo, ſagapeni, Galbani, Aſæ. fœtid. aceto & vino ardenti liquator. ana ℥. ß. Gummi Elemi, ℥. *j*. Ceræ ℥. ß. Olei Irini, & Axungiæ q. ſ. pro Emplaſtro.

Vnguentum ex Ebulo, Leonis, Præceptoris Elidæi, ad Dolores nervorum.

℞ Succi Rad. Ebuli colati, quo imple Cannas, clauſis bene earum extremitatibus, & pone in pane non cocto, ita vt nuſquam emineant, poſtea pane cocto & infrigidato extrahatur ſuccus, fractis Cannis, & habebis vnguentum optimum, ad Nervos.

Cerotum optimum: ℞ Maſticis ℥. *j*. Coſti ℥. ß. Reſinæ Pini ℥. ß. Abſynthii, Cimini, ana ℥. *j*. Picis græcæ, ℥. ij. Terebinthinæ ℥. j. Baccarum Lauri ℥. ß. Piſta, & fiat Cerotum. Optimũ eſt intrare balneum olei tepidi. Ad dolorem Dorſi, optima eſt inunctio ex oleo vulpino. Ad dolores etiam optimum eſt, filum ſtuppæ crudum in lixivio bullitum & appoſitum, reſolvit enim ventoſitates.

Ad Contuſiones Nervorum & Cutis, fiat Cataplaſma ex Oximelite & farina Fabacea. Si dolor vrget, bene coque cum iis picem liquidam.

Dolorem ſedant: Furfur cum vitriolo, ſeu Parietaria aſperſo aceto. Furfur cum aceto & aqua. Parietaria decocta in oleo Camomillæ & croco.

Durum tumorem ſanat, facta prius mollificatione cũ Emplaſtro ex Rad. Althεæ decocta, & cum Axungia piſtata. Ex Stercore Canis comedentis oſſa, cum Melle Emplaſtrum. Facitet ad nodoſitates Gallicas. Similiter

facta mollificatione per Embotum recipiatur fumus Lapidis Marchaſitæ candentis, aceto aſperſi.

Ad contuſiones extrinſecas: fiat inunctio ex vnguento de Alabaſtro. Item ℞ Vnguenti Agrippæ, Dialtheæ & Ceruſſæ, ana ℥.ß. Miſceantur. Emplaſtrum reſolutivum vini in chirurgia. Stercus bovinum cum oleo Roſar. Albumen ovi conquaſſati cum abſynthio.

Linimentum præſtans, ad Dolores Ilium, & aliarum partium:

℞ Sabinæ (vel Apii, Origani) Salviæ, Iſopi, Lavendulæ, Rutæ, ana ℥.j. Butyri vetuſti lib. ij. Coquantur trita, donec butyrum fiat viride, & vtere in balneo, vel ad fornacem.

SVDORIFICA ET MEDICAMENTA VARIA.

Ad Sudorem tollendum: Inungatur Corpus Oleo Roſaceo aut Myrtino. Item valet Alumen Rochæ aſperſum, aut Sulphur cum Nitro, Item Roſata Novella exhibita. Item ſemen Lini tritum cum lacte, & plantis Pedum ac volis manuum ſuprapoſitum.

Elidæus Corporis ventilatio, deterſio cum ſpongiis poſca expreſſis.

Hauſtus, Sudorem provocans:

℞ Theriacæ electæ, ʒ.j. ß. Caſtorei ℈ß. Boli Armeni ℈j. aquæ acetoſæ ℥.iij. Miſce pro vice.

Montanus laudat aquam deſtillatam ex flore violæ illius bicoloris, h. e. purpuræ & albæ, ex relatu cuiuſdam Cardinalis.

Pulvis Sudorificus præſtans, Doctoris Seifridi, Affinis mei:

℞ Rhapontici ʒ.j. Leviſtici ʒ. ij. Angelicæ, tantundem, Rad. Helenii ʒ.j. Rhabarbari ʒ.ß. granorum Iuniperi, teſtam ovi, Trita miſceantur. Doſis. ʒ.j. cum Theriaca optima, inſtar trium piſorum, in modico vini vel aqua Capni diſſoluta, ante balneum, vt ſudet, pro tolerantia viriũ, mirifice enim mundat ſanguinem corruptum, eorum præſertim, qui Gallica laborant Scabie.

Sudorificum Senioris Comitis Guilhelmi & Prin. Hennenbergenſis:

℞ Dictamni albi, Tormentillæ, ana ʒ.ß. Pimpinellæ ʒj. Pulveriſatis & miſtis, adde tria vel iiij. Cochlearia Cornu Cervini vſti & triti Datur cum aceto in Febribus.

EVONYMVS: Inter Secreta habeo, pro Hydropicis, qui ſudare nequeūt, ſuccum rapi rotundi, in pila contuſi & expreſſi, cum ſaccharo vel Cinamomo conditum, hunc exhibeo ægro, bene cooperto mane. Radix Cyclaminitrita & pota, pondere ℥ *ij*, vel iij. ex aqua mulſa. Item ℥. *ij*. Succi corticis Raphani, cum ℥. j. vini mulſi vel meri non ſolum viſcera repurgant, ſed etiam bilem in vniverſa cute per ſudorem excludunt.

D. Pontani, qui ordinabat cuidam Paralytico, pro Præſervando:

℞ Pul. Ligni Guaiaci, lib. ß. vel ℥. viij. infundatur in lib. iij. aquæ ferventis ſimplicis, & aquar. Cichorei, Betonicæ, Fumi terræ, ana lib. j. tranſacta nocte, mane ad ignem mediocrem bulliant, donec ad lib. iii. deventum ſit, addendo in fine Co-cturæ Polypodii Quercini, Epithymi, ana ℥. *ij*. Paſſular. Glycirrhicæ, ana ℥. j. conſer. flor. Betonicæ, anthos, ana ℥. *ij*. cōſer. roſarū, Bugloſſę, ana ℥ *j*. Rad. Elenii conditar. Calami aromat. cond. ana ℥. *j*. Iterum bulliant, ac in Cucurbita fiat ſ. a. deſtillatio, in arena. Singulis libris deſtillati adde confection. Diamoſchi dul. ℥j. Diarrhod. Abbatis ℥. ß. Paſſentur per manicam Hippocratis *pro Aqua ſudorifica*, quæ debet exhiberi per x. vel plures dies pro ratione morbi, factis vniverſalibus, mane in lectulo hor. 4.

Aqua Theriacalis cuiuſdam Itali, in Morbo Gallico:

Rad. Althęæ, Enulæ, Campanæ, Lapatii acuti, Fumi terræ, ana lib. ß. Inciſa minutim imponantur in lib. iiij. Malvatici per 24 h. ad remolliendum. Poſtea adde Theriacæ antiquæ ℥. *j*. ß. In Alembico deſtilletur hæc aqua, cuius ℞ ℥. iii*j*. cum ℥. *ij*. aquæ Bugloſſæ, & detur in Balneo, cum ſudare incipit. Balneum fiat ex Malva, Biſmalva, Meliloto, Chamemelo, Lapatio acuto, Capno, Roſis.

Quidam ſic in Scabie exhibent aquam decoctionis Sulphuris, aut ipſum Sulphur præparatum.

Aliter: In decocto Guaiaci facto ſ. a. maceretur Theriaca, & fiat deſtillatio, vt ſupra. Poteſt etiam miſceri cum terra ſigillata Germanica, & Electro albo, vnicornu. Cornu Cervi vſtum, egregium in Cutaneis morbis Sudorificum.

Aqua Theriacalis, ordinata Duciſſæ noſtræ Wirteberg. pro ſudando:

℞ Rad. Althęæ, Enulæ, Lapatii, Petaſitidis, Angelicæ, ana ℥. j. ß. vel *ij*. Conſerv. Anthos, Betonicæ, Borraginis, ana ℥. j. Theriacæ vet. Mithridatii, ana ℥. *j*. aquæ fumariæ, Bugloſſæ, ana lib. *j*. Repoſita hor. 24. deſtilla per Alembicum.

Ex Luca Chino, Riſano, de Morbo Gallico:

Inter Sudorifica, præter Guaiacum, recenſentur: Radix Chynæ, & Sarſa Parilla, ſeu Sparta Parilia Hi-ſpano-

ſpanorum, noſtra Smilax aſpera, quod ſic parabitur: ℞ Rad. inciſarum & tuſar. lib. ß. aquæ lib. ß. Macerata per diem in aqua calida, poſtea leviter bulliant ad caſum dimidii fere. Doſis ad ℥. viij. bis in die, vt ſolet fieri cum Ligno Sancto. Pro Potu, proiice lib. 7. ſupra reſiduum cũ paſſularum ℥. ij. ß. & bulliant ad caſum p. iij. Poteſt etiam quotidie parari, coquendo rad. ℥. iij. cum totidem lib. aquæ, & pro Potu lib. 4. aquæ, cum Paſſular. ℥. x. poteſt & dulcorari cum ſaccharo. Reſpondent Rad. dictæ ſc. Sarſæ, Pentaphylli, vel Tormentillæ Radix, cum foliis.

Pro Chinæ radice ſubſtituunt radices arundinum noſtratium, cum Calamo Aromatico, & ſic decoquũt: ℞ Rad. teleulatim inciſarum ℥. v. calami ℥. j. aquæ lib. xij. Macerata bulliant ad caſum part. tertiæ, & exhibeatur inſtar Decocti Chinæ.

Poſſet & Radix Perſonaciæ ſubſtitui, addito aliquo Aromatico. Rectius radix Pentaphylli vel Tormentillæ cum Calamo, Iride, Acoro, ſquinantho, Abſynthio, Eupatorio, & ſimilibus. Sic Dioſcorides commendat Decoctum Pentaphylli, triginta diebus potum Epilepticis &c. ℞ Perſonaciæ lib. ß. aquæ Hordei lib. iij. & coque ad dimidium.

Fracaſtorius commendat Decoctum Gentianæ, Rad. Bulapathi ſeu Biſtortæ, Coſti, Ariſtolochiæ, Caſſiæ ligneæ, ſcordii, Dictamni Cretici, q. ſ. Doſis ℥. v. cum ℥. j. ß. Syrupi de Cort. Citri. Quidam hoc pacto commendant decoctum Radicis Caryophyllatæ.

Hauſtus Sudorificus, Eraſti, pro demacrando:

℞ Salſæ parillæ, leviter contuſæ, ℥. j. Sem. fœniculi, Aniſi, ana ℥. ß. aquæ lib. iiij. Macerata hor. 24. coquantur ad caſum partis tertiæ, & ſumatur quotidie hauſtus pro ſudendo, & abſterſa membra fricentur ſequenti pulvere Nitri, Salis toſti, Radicis Aſari, ana ℥. j. Pulveriſentur. Vel Rad. Sarſæ Parillæ ℥. iij. aquæ lib. ß. Coquantur fere ad dimidium, pro Potu adde reſiduo lib. 4. aquæ cum ℥. ij. Paſſularum, cum ſaccharo.

Deſcriptio Aquæ Theriacalis, pro Officina noſtra:

℞ Scobis Ligni S. Rad. Enulæ, Lapatii, Petaſitidis, Angelicæ, Altheæ, Dictamni Cretici, ana ℥. j. Herbarũ Rutæ, Roriſmarini, Betonicæ Pimpinellæ, flor. Calendulæ, Scabioſæ, Veronicæ, Betonicæ, Scordei, Salviæ, Card. bened. Valerianæ, ana ℥. vj. Sem. fœniculi, Gran. Iuniperi, Cort. Iuglandium, Cort. medii Sambuci, ana ℥. iij. Theriacæ Andromachi, Mithridatii, Theriacæ Veſchii, ana ℥. j. & fiat deſtillatio cum vini optimi. q. ſ.

Pulvis Sudorificus optimus:

℞ Axungiæ Salis, vel terræ ſigillat. Germanicæ, Pul. Cornu Cervi vſti, Electri albi, vnicornu, ana. Miſceantur. Poſſunt iſta ſimul trita & miſta redigi in orbiculos cum ſaccharo.

Ss 3 VLCE-

VLCERA MULTIVARIA.

Luſitanus: Vlcera maligna, gallica & putrida, ſanantur poſt vſum Guaiaci, & evacuationes, ſi decocto eodem loto aſpergantur pulvere præcipitati, ſuperpoſito vnguento de plumbo.

Putrilaginem abſumunt, Vitriolũ & Oleum ipſius, aqua fortis, arſenici varia genera, ſublimatum, ſed ex his palmam obtinet præcipitatum, præſertim ſi cum Spiritu Vini corrigatur ſ.a. vel cum ſuccis Solani, Azoi, Plantaginis, & ſimilium.

Ad oris & faucium Vlcera.

Ex Augerij Pudendagra: Victus ſit ſiccans & refrigerans, Localia ſimiliter, ſemper addito aliquo abſterſorio vt ℞ Plantaginis, Hippuridis, ana M. j. Roſarum, Palauſtior. Cimarum abſynthii & Salicis, ana p. j. Hordei integri, ℥. j. Nucum Cupreſſi, Lenticularum, Sumach, ana ℥. ij. aquæ p. x. aceti p. j. Decocta & Colata miſce cum Mellis Roſati, vini Granator. & Diamori, ana ℥. j. Miſceantur diligentiſſime vel paretur Gargariſmus ex horum aquis & dictis Rob.

Valentius ſiccantia, fiunt ex fecis vini & aceti, æruginis, aluminis, Nitri, ana ℈j. Vna ebullitione ferveant in aquis roſar. & Plantaginis, & colentur abſque expreſſione, cum qua aqua tangantur vlcera cum xylo. Alii vtuntur ſublimata aqua vel forti, cum aquis roſarum & Plantaginis.

NB. Excellit Deſtillatum ex aceti & aquæ vitæ partibus æqualibus, & Theriaca, diſſolvendo ibi Terram ſigillatam vel Armeniam, pro contactu partium eroſarum.

Vel ℞ aquæ roſar. Plantaginis, & Prunellor. agreſt. ana ℥. j. aceti & aquæ vitæ, ana ℥. vj. Diamori & Mellis roſar. ana ʒ. iij. Theriacæ, Boli armeni, aluminis, ana ʒ. ij. Simul bulliant leviter, & colentur, procurentur & cum prædictis ſudores cum potu Ligni Guaiaci & vitentur ſuffitus & inunctiones Mercuriales quibus talia vlcera ſolent exaſperari.

Aliis nihil proficientibus: ℞ Thuris, Maſticis, aluminis vſti, Salis communis, ana ʒ. j. Ol. Laurini, aquæ vitę, ana ℥. ß. Axungiæ porcinæ, non Salitæ ℥. ij. Contundantur in mortario optime & addantur Pulveres dicti, & tandem Mercurii extincti cum Saliva ℥. ß. & fiat vnguentum ſ.a. quo illinatur circumcirca vlcus.

Ad vlcera ſerpentia, Herpetes dicta, vide Medicamentum Falloppii ex Arſenico tam arido quam decocto, Cap. de vlcere ſerpente.

Lotio, nec non Vnguentum Montani optimum, ad vlcera:

℞ Aquar. Plantaginis, Solatri, Endiviæ, ana ℥. vj. ſyrup. roſarum, ex infuſione roſar. ℥. ij. Syrupi violati ℥. j. Miſceantur probe pro Lotione. Item

℞ Olei

℞ Olei roſati, ſucci Solatri, ana ℥.ij. Tutiæ præparatæ, tantundem, & ducantur in mortario plumbeo ad bonam conſiſtentiam, poſtea cum modico Ceræ liquefactæ fiat vnguentum molle.

Deß alten Schweitzers vnnd Schultheiſſen/meines ſchwagers/zu Schmalkalten.

Vlcera omnia maligna Mercur. præcipitat. ſuperant licynia madefacta aqua Camphorata, addita æruginę. Alumen vſtum & inſperſum. Coquatur vini & aquæ dimidium cũ piſo æruginis; in fine addatur tantillum Camphoræ.

Paracelſi: Vlcera profunda & viruléta ſanat vinum decoctionis Myrrhæ & Salis, iniectum. Wie man alte Schäden leichtlichen heilen ſoll/ vide Paracelſum fol. 113. in Chirurgia Germanica.

Elidæus Bononienſis, ad Herpetem Eſtiomenum:

Pulvis ex fece vini, & Alumine, ana, ſiccat vlcera difficilia. Item ℞ farinæ fabarum, Lentium, Lupinorum, Hordei, ana lib. ß. ſucci Abſynthii, Salis, ana ℥.j. Sapæ, Lixivii modicum, & fiat Emplaſtrum. Lavetur lixivio decoctionis Lupinorum. Valet & Emplaſtrum ex Agrimonia viridi.

NB. Ad vlcera Cancroſa, plurimum valet Mercurius præcipitatus, nam ab omni malignitate ea conſervat, mundificat, cõſolidat. Idem Precipitatus & in vnguentis extinctus, maligna vlcera ſanat, & malum mortuum, ac Elephantiam.

Ad eadem valet ſpodium cum Tutia, Antimonio & Plumbo vſto.

Ceratum mirabile, ad vlcera Tibiarum, corroſiva & malignæ:

℞ Roſarum, Caudæ Equinæ, forbariæ, folior. Plantaginis, Cinogloſſæ, piloſellæ, Caryophyllatæ, Balauſtior. Myrtillor. flor. Berberor. Hordei, prunellor. ſiccor. Sumach, ana M.j. Acatiæ ℥.ij. Myrobalanor. citrin. Gallarum, Comi Cupreſſi, ana ℥. ß. Omnia conterantur groſſo modo, poſtea infundantur in lib. iiij. vini nigri, & lib. iij. Aceti roſati, & duabus vini berberor. & bulliant vſque ad conſumptionem duarum partium ex tribus, & in vltimo bullitionis ponãtur Aluminis Rochæ ℥. j. Licii ℥. ß. bulliant quouſque liquefiant. Colentur, & fortiter exprimantur. Expreſſioni addantur olei Roſati, Omphacini, Myrtini, Camomelini, ana ℥.iiij. ß. Ceruſſæ lotæ cum aqua Lithargirii, Minii, ana lib. ß. pingued. Porcinę liquefactæ, ℥.iij. Sepi hircini ℥.iiij. vitulini ℥.vj. Bulliant pinguedines & Oleum & decoctio ſimul, quouſque hæc tota evaneſcat. Poſtea permittantur infrigidari, & iterum cum mineralibus ponantur ad ignem, & f. a. fiat Cerotum aut Sparadrappum.

Aliud mirabile, ad eadem:

℞ Ol. Abietis, ℥.vj. Ceræ albæ ℥. iij. Tutiæ præparatæ ℥. ß. Ceræ lotæ decies

decies cum aqua roſar. ℥.j. Ceroti ſuperius annotati, ℥. j. Matrum perlar. ſubtiliſſ. pulveriſat. ℥. j. Liquefiant liqueſcenda, & cum tolluntur ab igne, & incipiunt infrigidari, imponantur Ceruſſa & Tutia, & proiiciatur ſuper marmor fiantq; ex eo Magdaleones.

Vlcera intrinſeca & extrinſeca curat Decoctum Rad. Caryophyllatæ.

Vnguentum optimum Leonis, *ad vlcera Salſa & Corroſiva conſolidanda:*

℞ Arnogloſs. Cynogloſſæ, Caudæ Equinæ, ana M.j. Roſar. rub. Myrtillorum, Baluſtiorum, ana ℥.j. Sumach, Hypociſt. Acatiæ, ana ℥. iij. Decoquantur in duabus lib. aceti, vſque ad medietatis conſumptionem, & fiat Colatura, cui adde Lythargirii, Plũbi vſti, ana ℥.j.ß. Minii ℥.ß. Olei Roſar. Omphacini, Myrtini, ana q.ſ. Trita in pulverem ſubtiliſſimum, cum Colatura illa & Oleis in mortario plumbeo fiat vnguentum. In fine addantur Tutię præparatę ℥. ß. Camphorę ℈j. antimonii tenuiſſime pulveriſati, & pluries cum aqua roſarum loti ℥.iij. &c.

Magius. In vlceribus Cancroſis valent: Radix ſeu folia Pimpinellæ, Item Pulvis Vrticę, pro ſiſtenda exeſione Cancri. Fuligo thuris, Card. benedictus, aqua Stellariæ. Item pulvis Calendulæ.

Pulvis Elidæi, ad Nolimetangere & altre piage:

℞ Caput Gruis cum pedibus, exicca, & fac pulverem, & vtere. Vlceribus malignis prodeſt, ſi laventur cum lixivio ramorum ficus, Item ſi Spongia ibi expreſſa ponatur nam etiam vlcera Cancroſa ſanat. Confert & alumen cum aceto, Sale & Gallis. Sulphur cum Terebinthina, aut cum Reſina Pini & aceto.

Ad vngues leproſos ℞ Aquam aluminis.

Ad vlcera maligna & ſordida ac putrida, valet vnguentũ Ægyptiacũ cum Melle Roſarum, & lixivio aut decocto Lupinorum diſſolutum. Itẽ ℞ Aquę Plantaginis, vini Granatorum, Mellis, ana ℥.ij. Floris æris, aluminis Rochę, ana ℥.x. Bulliant omnia ad ſpiſſitudinem, eſt enim mirabile.

Ad humorem ſalſum: ℞ Olei violati ℥.iij. bulliant in eo porcelli ſub hidriis, ad conſumptionem partis tertiæ.

Vnguentum præſtans cuiuſdam Chirurgi Venetiani, ad vlcera tibiarum:

℞ Thuris, Maſticis, Myrrhæ, Mumę, ana ℥.j.ß. Ireos ſiccæ, ℥.ij.ß. Ariſtol. rotundę contuſæ, abrotani combuſti, vermium terreſtrium ablutor. Vino, Oſſium vſtor. Arietis, ana ℥. j. Lithargyrii ℥.ß. Æris vſti, plumbi vſti ana ℈j. Gallar. Nucum Cupreſſi, curcumæ, Santalor. alb. & rub. Roſar. rub. ana ℈ij. Sang. Draconis, Boli Arm. ana ℥.ß. Picis Navalis, Colophonię, Reſinę, Terebinthinæ, ana ℥.ij. Olei Roſati, Myrtini, ana ℥.ij. Sevi Hir-

Hircini, olei irini, ana ℥.ij.& fiat ſ. a. vnguentum.

Vnguentum ſedans dolorem & incendium in Tibiarum vlceribus:

℞ Ceruſſæ decies lotæ in aqua roſar. ℥.j. Opii Thebaici ℈ß. Croci ℈j. aceti Roſar. Olei Nenuphar. Roſati, ana q.ſ. Camphora ℈j.& in plumbeo mortario fiat vnguentum quod applicetur ſuper foliis Plantaginis.

Pulvis eximius PAPAE Benedicti, quo liberatus eſt à Cancro:

℞ Radicum Tuſſi barbati, Lapatii, ana q.v. Stercoris hominis exiccati & pulveriſati, ad pondus omnium miſceantur. Item abluatur cum aceto fortiſſimo. Item valet pulvis aluminis confectus cum Lumbricis terreſtribus.

Ad Carbunculum valet, Sal cum Melle, ac uvis paſſis.

Aqua præſtantiſſima, ſive Decoctio, *ad vlcera tibiarum, & retinendum humores:*

Ne fluant: ℞ Aluminis ℥.j. Myrabolanor. citrinor.& Chebulor. ana ℥.ß. Roſar. rub. Myrtillor. Baluſtior. ana M.ß. extremitatum Rubi, M.ß. Santalor. omnium, ana ℥. ß. Bulliant omnia in ſuff. quantitate aquæ Plantaginis, ad conſumptionem partis tertiæ. Colatura reſervetur, cum qua balneentur petiæ, & ſuperponantur loco prius balneato cum aqua dicta, & ſuperpoſita lamina plumbea ſubtili pluribus foraminibus perforata, ex latere vno linita cum Argento vivo mortificato, cum quo latere ſuperponatur vlceri, deinde faſcietur tibia, incipiendo à pede & aſcendendo.

Emplaſtrum optimum, ad interficiendum Anthracem:

Vitellos Ovorum iij.& cum Sale trito q.ſ. Miſce, & petiæ imponantur, quæ ſingula quarta horæ immutantur. Si hoc non faceret, adde Scabioſæ, Conſolidę maior.& minoris, & miſceantur pro Emplaſtro mortificato anthrace, fac emplaſtrum ex Althęa, conſolida vtraque, cum axungia porci & Scabioſa, & poſtea mundificetur mundificativo ex apio id eſt de viga. Laudatur & cataplaſma ex M.j. Herbæ Laurentii, Iridis & Altheæ, Bulliant, & cum axungia fiat Emplaſtrum, quod ſæpius apponatur.

Aliud Emplaſtrum mortificativum:

℞ Fuliginis Camini, Salis, Salviæ, Frumenti maſticati in Ore ana, & cũ Sapore Galico fiat Emplaſtrum. Valet & Sapo Gallicus cum Calce, Sal cum melle & paſſulis. Mortificat etiam Cancrum cito vnguentum ex argento vivo ſublimato, cum ſucco Apii, ſuper corium. Exibit enim tota

Caro mortua cum radicibus ſuis, poſtea mundifica & Carnem genera.

Aqua præſtantiſſima contra fiſtulas, & vlcera maligna:

℞ Aluminis Rochæ, crudi, mellis crudi, floris Æris, Cineris Ficus Syl. ana q.v. bulliant in vino, & vtere, aut Pulvis Matris Sylvæ bulliat cum vino ſuff. ad conſumptionem partis tertiæ, ad modum Collyrii. Extirpat hoc fiſtulas, furunculos & vlcera, nec non Spinas infixas extrahit. Item fiat Licinium ex Alumine, cum Lumbricis terreſtribus & melle linitum, ac pulvere Aluminis aſperſum intromittatur.

Inunctio Doct. Elidæi præſtans, ad Cancrum Mamillæ ſæpius experta:

℞ Rad. Iridis inciſæ, q.v. & bulliant cum Oleo Roſarum perfecte, & deinde adde Ceruſæ, Ceræ novę, pro vno Quatrino ſingulorum, & fiat cum eo inunctio.

Oleum mirabile, eiuſdem Elidæi, ad conſolidandum vlcera, Cancrum & Fiſtulas:

℞ Salis communis ℥.iij. Vrinæ lib. ij. Bulliant ſimul vſque ad Salis diſſolutionem, & facta Colatura, addatur Oleum commune vetus, & bulliant vſque ad conſumptionem Vrinæ. Serva in vaſe vitreo, bene obturato.

Oleum præſtans, ad vlcera & Scabiem:

℞ Vitriolum Romanum, vrinam, bulliant ad diſſolutionem Vitrioli, poſtea colentur, & addatur Oleum commune, & rurſus bulliant ad conſumptionem vrinæ.

Aliud optimum: ℞ Vrinæ, Salis Nitri, bulliant ſimul ſicut ſupra, deinde Colaturæ adde Oleum commune, & iterum bulliant vt ſupra.

Ad vlcera humida valet Oleum Sulphuris.

Oleum de Antimonio præſtans ad Cancrum, fiſtulas & ſcrophulas:

℞ Antimonium, & extrahe ab eo animam (ſ. cum pulvere eius, Salis, Nitri & Tartari, in olla) Cuius ℞ lib. j. adde Mercurii ſublimati, ana, omnia ſubtiliſſime conterantur, & in Alembico retorti Colli, & cum luto philoſophico optime munito, ſublimetur Oleum, removendo receptaculum, cum aderit tempus.

Ne vlcera ambulent: ℞ Viridæris q. v. & poſitum in aceto, fac bullire ad Caſum aceti, & quod remanet, piſta, & vtere adhibitum.

Ad vlcera difficilia: vt Herpetem Eſtiomenum, deſiccat vinum cum Alumine, aut Sal gemma.

Ad Aphthas valent, Aqua ſublimata Matris ſylvæ.

Ad Scabiem & Volaticas, Cera lilior. albor. cum melle poſtmodum perfricata, ſuccus frond. lilior. cum aceto & melle incorporatus. Item Radix petaſitidis piſtata.

Ad Volatiche: Pix liquida illita, Gummi pruni cum aceto, Gummi amygd. amararum. Abluantur cum decocto ficuum & fœnugræci. Valet & Sulphur cum aceto & reſina Pini, aufert enim impetiginem & maculas albas Gallicas.

Aqua præſtantiſſima, Elidæi, ad Gangrænam, Vlcera Virgæ & Oris, ad Ophthalmiam antiquam & ad malam diſpoſitionem Palpebrarum:

℞ Aquæ Plantaginis lib. iij. floris Æris ſubtiliſs. triti ℥. j. Boli Armeni, Sang. Draconis, Aloes opt. ana ℥. ß. Camphoræ ʒ. ij. Miſce probe & elambicetur, & aqua quæ ſtillat, ſervetur ad vſum. Valet ſimiliter vnguentum Ægyptiacum.

A fare Caſcar l' eſcara e la carne cattiva: Decoquantur folia Plantaginis, & cum Terebinthina & Axungia porcina contuſa applicentur.

Ad fiſtulas Ani, & cæterorum membrorum:

Iniiciatur per Syringem Oleum de ſulphure (& ſi erit ardor, extinguatur cum ovi albumine, conquaſſato & iniecto, aut cum vnguento de Ceruſſa, aut butyro loto) aut reple fiſtulam cum pulvere Electri albi. Fiſtulas etiam, & furunculos extirpat pulvis Matris ſylvæ, ſi cum vino bulliat & caſum partis tertiæ, ad modum Collirii. Item vnguentum Ægyptiacum. Item pulvis ex vrina pueri infantis, ducta in mortario plumbeo, donec inſpiſſetur, poſtea exiccetur & iniiciatur.

Fiſtulas incarnat, ſuccus Ireos. *Callum expedit*: Radix Angelicæ vel Imperatoriæ.

Vnguentum optimum, Lucæ Chini Piſani, ad Morphæam:

℞ Cineris ſerpentis combuſti in olla nova, bene cooperta ℥. j. Lithargyrii, Galbani, Armoniaci, Opopanacis, diſſolutorum in aceto, ana ℥. v. bulliant ad conſumptionem aceti. Colentur & addantur Terebinthinæ ℥. iij. Thuris, Maſticis, Sarcocollæ, ana ℥. iij. Croci ʒ. ij. Ducendo cum ſpatula, donec infrigidetur.

Idem Chinus Piſanus: Carbunculum maturat & mundificat, & tandem conglutinat & curat, Radix Cannabis ſylveſtris (vulgo vngarica) deraſa, contuſa & appoſita, vt & Radix Althęæ.

Vnguentum præſtantiſſimum, ex Antiquo ad vlcera maligna, præſertim Crurum:

Lithargyrii, Ceruſſæ, ana ℥. ß. Plumbi vſti (ex Fernelio) ℥. j. Acaciæ, Boli Armenæ veræ Sang. Draconis, ana

 ℥. j. Co-

℥.j.Colophoniæ ℥.ij. alba ovorum, num.xij.Gummi arab. ℥.v. Plantaginis lib.j. Terantur omnia in mortario plumbeo ad formam Linimenti.

Aqua Gummi arabici, cum albo ovi bene concuſſo, delet vlcera Faciei.

Lac Virginis, Meiſter Nicolaus *optimũ* auff hitzige Geſchwulſt.

℞ Litargyrii lib.ß. aluminis ℥.ij. Tormentillæ, Symphyti, Thuris ana ℥.j.Myrrhæ ℥.ß. aceti lib.ij. vini lib.j. Coque ad tertias; warm obergeſchlagen.

Aliud. ℞ Thuris pro 8. pfenning Maſtich.2.gr.3.pfenning lithargyr. tuſi 8.pfenning alum.vſti j. gr.camphor.℥ij.aq.roſ.iij.gr.iij. pfennig aq. verbaſc.2.gr.8.pfenning ſolari 2.gr. 8.pfenning vnd vor 18.pfenning fewer ſuper quo leniter coquatur.

Luſitani, ad Herpetem Miliarem: Expurgetur bilis & pituita; & applicetur vnguentum plumbeum & album Camphoratum.

Eryſipelas, ſi exulceratur: ℞ Succi Plantaginis, Lactucæ, Aizoi, Solani, ana lib.ß.aceti roſacei, ℥.ij. Ceruſſæ, ℥.j.ß.Miſceantur, & cum pannis linteis applicetur, ſæpe renovando.

Vnguentum optimum: ℞ Vnguenti de plumbo ℥.j.ß.albi Camphorati, ℥.j.Populeonis ℥.ß.Opii gr.iij. camphoræ ℈j. cum aceto acerrimo ducantur in mortario in plumbeo mortario, pro Linimento, ad mellis craſſitiem.

Zu den Flechten: Matthiolus commendat ad Lichenes, etiam Gallicas, decoctum Rad. ſcabioſæ, 40.dies potum, vel pul.ſcabioſæ quotidie ℥.j.cum ſero hauſtam.Item decoctum Smilacis aſperę, florum Lupuli.

Ex D.Iacobo Theodoro, de Fontibus acidis, in Lepra incipiente.

Expurgato Corpore cum Hamech, extracto Rhabarbari, veratri, colocynthidis &c. nec non per ſudorifica, & veſperi inungantur, ſequenti Linimento, & mane abluantur decocto Lapatii. ℞ Olei Nucum ℥.j.ß. Ceræ ℥.ß.Liquefactis inſperge Mercurii præcipitati, ℥.ß.& probe miſceantur. Sic in Menſe ſanabis Lichenes Gallicas. Valet & oleum, in quo ſit decocta radix Lapatii.

Vnguentum nobile, Zu den Flechten/vnd vnreiner Haut:

℞ Saponis veneti, Olei amygd. amar, Laurin.Maſticis, ana ℥.j. Terebinthinæ, tantundem, Terræ ſigillatæ, Furfurum tritor. Mercurii Saliva extincti, ana ℥.ij.ß. pul.vitri veneti, Lithargyrii aurei, argenti, ana ℥.j.ß. aceti ſquillit. ℈ij. veratri nigri ℥.ß. Medullæ bovinæ, ℥.vj.Miſce.

Vnguentum Docto. Mithobii optimum zu Flechten/alten Schäden/Fiſtulen/ vnd wo man reinigen ſoll.

℞ Floris æris ℥.j.Mellis ℥.ij.aceti ℥j. Co-

quantur hæc ſimul ad ignem donec craſſeſcant. Sed Thus additum, reddit moderatius vnguentum. Succus Senecii illitus.

Aqua experta, ad impetigines & maculas rubeas Faciei & Naſi, Deſtillatoris Schleuſingenſis eximii: G. Zorns.

℞ Succi Rad. Vitis candidæ, ſeu albæ, Rumicis ſyl. Leviſtici, ana ℥. ij. ſulphuris vivi, ceruſſæ, lithargyrii, ana ℥. i. ß. olei Tartari ℥. ij. ß. Ambræ grys. ℈j. Aquar. roſar. recent. lib. iij. Lilior. albor. Hyſſopi, ana lib. ij. Miſceantur, & in vaſculo lapideo bene cuſtodiantur, pro abluendo loco mane. Apponebat etiam emplaſtrum gryſeum loco, & mane exibat ichor aqueus, quem hac aqua abluebat. Probatum in Principe Hennenbergenſi, Georgio Erneſto.

Reſpondet huic fere, Lac Virgineum Falloppii, ad Impetigines & maculas detergendas:

℞ Aceti acerrimi, ℥. v. Lithargyrii Aurei & Argent. ana ℥. iiij. Trita deſtillentur in vaſe vitreo. Rurſus ℞ Aluminis plum, Salis gemmæ, ana ʒ. j. Thuris maſc. ℥. ß. Camphoræ ℥. ij. Aquæ Roſar. lib. j. Olei Tartari lib. ß. Ad alembicum cum aqua educatur. Locus madefiat tribus aut Quatuor guttis invicem miſtis.

Matthioli: Die Flechten beſtreich etliche Tag cum Oleo Pannorum linteorum vſtor. vber ein Meſſing Becken gehalten / das Tüchlein wieder mit einem Meſſer weg oder abgehoben / ſo findt man auffm Becken eine Fettigkeit / damit beſtreich die Flechten. Hoc melius eſt Oleo Tartari. Quidam commendabat ſuccum Gallarum recentium: alius acetum cum Sulphure tritum.

Ad Lichenes, ſuffitus ex Auripigmento & Caule, poſtea inungatur oleo electri.

REMEDIA PROBATA IN CANCRO.

Cataplaſma in Cancro: ℞. Sem. lini. Vitrioli vſti, Cort. granatorum vſtor. virgæ paſtoris, Betonicæ, ana partes æquales, Mellis crudi q. ſ. Lavetur vlcus aceto, decocto cum Myrrha & Lythargyrio, ac ſemper poſt biduum recens appoſito, præmiſſa lotura.

Ad ulcera Cancroſa & corroſiva, valent, flos Solis, Penax humilis, Helianthos cond.

Sanguinem ſiſtit ex quovis Vulnere erumpentem certiſsime pannus linteus ablutus vere ovis ranarum & ſiccatus, ad Solem, idque ter vel quater, & aſſervatus. Imponatur præciſus

pro ratione vulneris inſtar Cataplaſmatis.

In cancro occulto: Emplaſtrum ex Senecione, Parietaria, Malva, Plantagine, CarduoBened. ana M.j. vel ij. Cort. rad. Braſſicæ, farinæ hordei ℥. iiij. Coquantur cum roſaceo, pro Emplaſtro.

NB. Succus Solani, cum linteolo duplicato impoſitus, vel cum lana molli ſæpiſſime rigata, ne areſcat. Vel Solani ſuccus teratur cum ♄. Vſus quotidianus Carduibened.

Topica Cancri abſumendi, ex Antonii Chalmetæi Enchiridio Chirurgico:

Poſt vſum vniverſalium ad Topica, quæ humorem impactum diſcutiant, & partem confirmant, deveniendum, qualia ſunt omnia Metallica ex ♄ & Tutia, omnes Intybi ſpecies Solanum, Hypericum, Orminium ſyl. Coriandri ſuccus, Cochlearum Caro, Lentes aceto coctæ, cancri, Ranę virides, quarum oleum excellens eſt & diſcutiens, & anodynon. Emplaſtr. ex Cicuta, Nicolai Florentini.

Oleum Ranarum præſtans: ℞ Ranas arboreas, vel ex aquis puris, in vitreato fictili & pertuſo foraminulis conjicito, earum ora butyro impleto, vaſe diligenter cooperto & perlutato, alterum ſuppoſitum iungito; effoſſa terra ignem in ambitu accende, & oleum ſtillaticium colligito, & cum pulvere ipſarum Ranarum pro Linimento miſceto.

Compoſita: ℞ Succor. vtriuſque Plantag. & Solani, vel vermicularis, Item Simphyti maior. ana ℥. ij. olei Roſar. Omphacini ℥. iij. Agitentur in mortario ♄ ad glutinis craſſimentũ. ℞ Boli Armeni, Terræ ſigillatæ ana ℥. j. Lap. Calamin, & Ceruſſæ lotæ, ana ℥. ß. Tutiæ præparatæ, Narchaſitæ, ſingul. ℥. iij. Pul. cochlear. & Ranar. virid. in clybano exiccatar. Lithargirii auri ℥. ij. Olei roſar. Omphacini ℥. iij. Olei de ranis ℥ j. ß. aceti ℥. ij. albumina ovorum ij. Ceræ q. ſ. & pinſantur diu in mortario plumbęo, pro vnguento.

Vel ℞ Teſtar. Cancror. fluviatilium combuſtor. ℥. j. Pul. ranarum, ʒ. iij. Linthargyrii auri ℥. j. plumbi vſti & loti, Tutiæ præparatæ, ſing. ʒ. ij. Ceruſſæ in aqua roſarum lotę, ʒ. j. ß. ſuccor. Burſæ paſtoris & arnogloſſæ, ana ℥. iiij. ß. Olei roſar. Omphacini, vel olei Myrtini ℥. iiij. & in mortario plumbeo diutiſſimè agitentur, quo fiat Linimentum; quod eſt Pauli Æginetæ.

Aliud vnguentum opt. in Cancro:

℞ Lithargyrii & Ceruſſæ, lotorum, Tutiæ præparat. ſingul. ℥. j. plũbi in ſucco acetoſæ vel vino albo loti ℥ ij. Olei roſati, ℥. vj. aquæ roſar. ℥. iij. aceti ℥. j. Albumina ovor. ij. Ceræ albæ ℥. j. ß. Camphoræ ℈j. & fiat ſ. a. vnguentum. Laudantur etiam paſſulæ dulces mundatæ, & cum foliis rutę mixtæ & appoſitę.

Vnguen-

Vnguentum ad furorem reprimendum & dolorem leniendum.

℞ Olei roſar. ℥.iiij. Sem. papaveris albi ℥.j. Sem. Hyoſciami, Opii ſingul. ʒ.ß. Gummi Arab. ʒ.ß. Ceræ modicum, Miſceantur & fiat ſ.a. vnguentum.

De Cancro Exulcerato.

Cancri vlcerati methodus in Victu & purgationibus eadem eſſe debet, quæ in Cancro tumore ſive non exulcerato præſcripta eſt. Tumor Cancroſus, ſi ſit in parte externa, vt poſſit extirpari, novacula exſcindendus, & ſanguis niger exprimendus. Vlceris labia adducenda & vlcus curandum. Aliqui Cauterio vel Cauſticis abſumunt, vel hoc applicant poſt venarum expreſſionem. Inter Cauſtica Arſenicum obtinet principatū, munitis locis vicinis cum vnguento de bolo. Eſchara decidat, & procedatur, vt in aliis vlceribus.

℞ Fimi Aſinini, Boli Armeni, ſang. Draconis, Lateris aduſti, ana ℨ. iij. olibani, Aloes, ana ℨ. ij. Spongiæ aduſtę, Corticum ovorum combuſtor. Chartę vſtæ, fuliginis furni, telæ araneæ, oſſium combuſtor. Traganthi, Gummi arabici, Colophonię, Maſticis, ana ℨ. ß. Farinę volatilis, ℨ. j. Ranarum combuſtar. ℨ. ij. Miſceantur omnia ſimul, & fiat pulvis ſubtiliſſimus.

Experimentum aliud, ad idem: ℞ Frondes porri nondum transplantati, piſtatos & temperatos cum aceto, & pulſibus in brachiis, capite & fronti impone cum petiis, aut proiiciatur in Nares Porci Stercus pulveriſatum.

Aliud: ℞ Thuris ℨ. j. Aloes ℨ. ß. pulveriſata & cum ovi candido miſta pilis Leporinis excipiantur.

Potus, ex Flandro, excellens; ad vulnera perforata:

℞ Nucis moſc. ℨ. ß. pone in parva puppa, pendente in potu cum filo,

Zinzib. albi & abraſi ℥.ß. Baccarum Lauri conquaſſat. ℥. ß. Similiter in puppa ſuſpenſa cum filo pendente in potu, fol. caulis rub. Bugloſſæ, Pimpinellę, Piloſellæ, Rad. rub. maior. ana M.ß. Scindantur herbę minutim, & in puppa ſuſpendantur in lib. iij. optimę & claræ cereviſiæ, non fortis. Si autem non adſit febris, in vino puro albo & Claro, vt Rhenenſi, per diem & noctem, antequam vtaris. Ac ſemper infundatur de liquore iterum, quam patienti da ad potandum. *Dabis autem de hoc Potu*, non 1. die, ſed 2. aut 3. tepidum. Quarto & 5. die dabis ei ad placitum, ita vt nihil aliud bibat. Si nimis eſt amarus, dulcoretur ſaccharo aut melle. Servatur æſtate, per hebdomadam, hyeme per 15. dies. Vulnera prius hoc tepido potu laventur, bene mundificando eorum labia, & quotidie dabis 6. vel 7. hauſtus de eo, & ſuper vulnus ponatur folium caulis rubri, ſolum omnino ſæpiſſime expertum.

NB. Quidam Colonienſis retulit mihi, ſe noviſſe quendam, qui omnia vulnera ſanaverit ſola potione exhibita ex oculis Cancrorum, tritis cum aceto, quotidie.

Experimentum egregium Rudelſtadenſe, ad vulnera recentia.

℞ Olei communis lib. ß. Arthemiſiæ rub. Lumbricor. terreſtrium, ana M. ij. Coquantur donec areſcant vermes, adde Camphoræ ʒ.j.

Ein gutes Pulver vnnd behendter Wundtranck.

℞ Nucis muſcat. ℥.j. Oculorum Cancri, ℥.j.ß. Pulveriſata ſubtiliſ. miſceantur, & detur Pulvis hic, pond. ʒ, j. cum hauſtu vini optimi, & vulneri impone folium Caulis rub. vel Quercus.

Vnguentum commune ad vulnera.

℞ Axungię lib. *j.* Thuris, Maſticis, ana ℥.j. Croci ʒ.j. Miſceantur ſimul optime pro vnguento, quod ſanat omnia vulnera.

Potio Vulneraria optima, Ducis Saxoniæ Friderici.

℞ Radic. Hirſchdillen / & Aſclepiadis, inciſæ ponantur cum ſacculo, in vino generoſo & claro, ac coquantur ad caſum digitorum ij. de quo mane & veſperi bibat. Lavetur eodem & vulnus, ac cum linteo apponatur

Pulvis præſtans, ad ſanguinis fluxum ex Venis.

℞ Pul. Myrrhæ, Aloes, Sarcocollæ, ana ʒ.j. Traganthi, Gummi Arab. Corallor. rub. torrefactor. Oſſium Dactylor. ana ʒ.*j.ß.* Vitrioli combuſti, ℈j. Pul. fuliginis ℥. j. Miſceantur omnia ſimul, pro pulvere:

Alius Pulvis, ad idem: ℞ Gallar. quercus, Cupreſſi perforat. ana ʒ.ß. Traganthi, Sang. Draconis, Mumiæ, Gummi Arabici torrefacti, ana ʒj.

pul,

pul.Gypſi,ad pondus omnium, & fiat Pulvis ſubtiliſſimus, qui loco inſpergatur.

Experimentum,pro Pauperibus: Superpone albumen ovi conquaſſatum cum pul. Gypſi. *Laudatur & ferculum* coctum cum foliis Conſolid.maio. Burſæ paſtoris & pedibus animalium,

Defenſivum Montani: ℞ Terræ ſigillatę, Boliarmeni ana ʒj. hypociſthidis, Acaciæ, ana ℥. ij. alba ovorum quaſſator.num.iij.aceti mediocris ℥. iij. Miſceantur. Facile paratur ex poſca & creta figulina, vel aqua Fabrorum & aceto, teſte Falloppio.

Potio vulneraria experta, Doctoris Mitthobii:

℞ Limonii, auriculę Muris, Arthemiſiæ Rub. Saniculę, ana M.j. Nuces Moſchatas ij. Lapillorum Cãcri ℥. ij. fiat decoctio in Cereviſia. Aut coquatur in vino Conſolida Saracenica, ſuperponendo eiuſdem folia.

Balſamus Artificialis, Doctoris Stephani von Zwickaw:

℞ Myrrhæ ol. Aloes, Spicæ Nardi, ſanguin. Draconis, Mumię, Thuris maſc. Opopanacis, Bdellii, ammoniaci, Sarcocollę, Croci Orient. Maſticis, Gummi Arab. Storacis Calam. ana ℥.j. Laudani puri, Caſtorei, ana ℥.x. Terebinthinę lib.v. Reſinę ℥. IX. Vini optimi lib.ij.ß.& deſtillentur ſ.a. in Cucurbita Cuprea, igne per horam dimidiam lento, & deinde fortiori, & tandem fortiſſimo. Liquores ſingulos ſeorſim aſſervato. Vel ſine Reſina deſtilletur, ne relinquat Colophoniam, quod non fit, ſi Terenbinthina bene ſit depurata.

Experimentum præſtans, Doctoris Herculani, in vulneribus:

℞ Lapillor. Cancror. ℥. ij. ſubtiliter pulveriſator & affunde aceti optimi Vini, bocalia 4. fermententur, agitenturque ſimul, ſeu macerentur, donec non amplius apparet agitatio ſeu fermentatio in parte ſuperiori. Deinde per Cribrum ſetaceum coletur, & Colaturam reſerva. Doſis ſit, ℥iiij. primo die, & diminuatur ſemper donec ſanus evaſerit, bis in die, ante paſtum.

Paratu facile & præſtans ad vulnera unguentum, ex libro Antiquiſſimo Germanice ſcripto.

℞ Plantaginis acutæ, Millefolii. Chamedrios vulgaris, vrticæ mortuæ, Solidaginis Sarace. Aller Welt Heil/ (puto Gladioli veri) Centaurei min. Origani, Symphyti maior. Chamedaphnes ſ. vincæ pervincæ, ana M.j. Lotis herbis raſiſque radicibus omnia incidantur ac terantur, vt ſucculenta fiant. Demum cum libra butyri non ſaliti ad lentum ignem per duas horas coquantur. Expreſſione facta optime, ſuccum colatũ in Sartagine ponas, addendo ℥.ij. vel ℥.ij.ß. Ceræ luteæ puræ, Terebinthinæ ℥.j.

Reſinæ Abietinæ ℥. ß. ad lentum ignem diſſolventur, & fiat Lege artis vnguentum, probatum in multis.

Potio vulneraria optima Principum Hennenbergenſium:

℞ Saniculæ, Limonii, Wildter beiſz Kock/ana M. ij. ponantur in olla nova, cum duobus Cantharis vini (ſi pro analibus eſt vſurpandum, tantundem accipe Cereviſiæ) & coquantur, clauſo bene operculo, ad caſum partis tertiæ, de quo bibat mane hauſtulum, horis ante cibum 2. nec non iturus cubitum. Animalibus, vt Equis, detur quantum capit teſta Caſeorum (Keeß Napff) horis 2. ante cibum & potum, mane & veſperi. Wann das Gliedwaſſer gehet / tunc adde herbis dictis Radicem Symphyti magni, pondere partis tertiæ vnius herbæ.

Köſtliches Stichpflaſter/zu heilen allerley Wundten vnnd Schüß / *mihi communicatum ex libro D. Caroli, Comitis & Domini* **Jn Gleichen.**

℞ Ceræ ℥.iij. Terebinthinę, Ceruſſæ, pulveriſat. ſubtiliter, Vitrioli albi triti, Ol. Cotoneor. Roſati, ana ℥.iij. Thuris ℥.iij. Reſinæ, Picis Navalis, Ol. Iuniperini, Ol. Vitellor. ovorum, aceti, Camphorę, ana ℥.ij. oculor. Cancri ℥.ß. pul. Magnetis, Maſticis, Myrrhæ, ana ℥.j.ß. Mumiæ vel Aſphalti ℥.ß. Cera cum liqueſcendis liqueſcat in ſartagine, lento igne, adde oleum vtrumque, cum dimidia parte Iuniperini & Ceruſſa, & rurſus moderate bulliant cum aceto & Vitriolo albo, adde deinde Camphoram remollitam Roſaceo, & vltimo Species, & Coquantur paulatim lento igne, donec guttulæ, in ferrum effuſæ (vff ein Beil gegoſſen) indureſcant, & ita coquatur ad conſiſtentium Ceroti vel Emplaſtri, quod in Magdaleones formetur manibus, Iuniperino inunctis. Reponatur in Lino, involutum membranis vel Pergameno, & durat Decennium, vbi inveteraverit, emolliatur pinguedine Piſcis Aſchæ & Iuniperino. Fruſtulo vnico vulnus integrum curatur, ſi quotidie Sanies detergatur, bis vulneri apponitur, ſuperponendo Corii laborati partem, & faſciendo membrum, ſecundum neceſſitatem. Si adſit intemperies calida, tunc locum vicinũ inunge Lacte virgineo, quod fit ex Lithargyrio trito & Alumine albo, ana ℥.j. Hoc cocto in ſextario aquæ Plantaginis, illo vero cocto ſeorſim cum aceto Vini. Cocta miſce in vitro, & durat per Annum. Tempore vſus agitentur, & tepide vſurpentur.

Das edele vnd Perrlen Stichpflaſter / *Secretum multorum Principum.*

℞ Ceræ lib. ß. & tantundem Terebinthinæ, Thuris albi, Matris perlarum, ana ℥.ij. Magnetis ℥.ß. Camphoræ ℥.ij. Corallor. tantundem, Perlarum,

rum, ℥.j. Coquantur Cera & Terebinthina, & refrigeratis parum, adde Species & diligentiſſime miſceantur.

Emplaſtrum nobile, quod extrahit ferrum, aculeos & ſagittas:

℞ Ceræ ℥.iiij. Terebinthinæ ℥. ij Magnetis ℥.iij. flor. Fabarum, ℥.j. pingued. Leporis ℥. ij. Coquantur ſimul. ſ.a. ad formam Emplaſtri, quod ſæpius probatum.

Georgii Sualenbergeri, Chymici famoſi, Mundificativum & Conſolidativum præſtans:

℞ Terebinthinæ, aquæ Plantaginis novies lotæ; & tandem in generoſo vino rubro fere ad conſumptionẽ decoctæ, lib.j. Lutea ovorum 6. Mellis crudi, ſucci Chelidoniæ, Perſicariæ, Centaurei min. ana ℥.iiij. Pul. Aloes loti, ℥. ij. Aluminis uſti, & ter aceto extincti ℥.j. Æruginis ℥.ß. Decoquantur ſ.a. in formam vnguenti.

Conſolidativum: ℞ Lithargyrii aurei, Ceræ virgineæ, ana lib. j. Colophoniæ, Lap. Calam. ana ℥. ij.ß. Olei olivar. ℥.xviij. Serapini, Bdellii. Opopanacis, Ammoniaci, Galbani aceto ſoluti, ana ℥.j.ß. Hematitis, Corallor. rub. & alb. ana ℥.vj. Mumiæ, Maſticis, thuris, Myrrhæ, ana ℥.j. Antimonii ℥. ß. Croci ♂ ℥. ij. Terebinthinæ ℥. ij.ß. Coquantur ſ.a. in formã Emplaſtri, & malaxentur oleo Hyperici & Lumbricorum.

NB. Alte Schäden müſſen erſt wohl gereiniget werden. cum Emplaſtro ex Luteo ovi, Sale & aceto, probe ſubactis, hernach heilt man ſie mit einem grawen oder ſchwartzen Pflaſter. ꝛc.

Pulverlöſchung vnnd Durchzüg: Rigetur petia ex ſerico vel ſubtili linteo facta (Der Durchzüg) Oleo Cotoneorum vel Cannabis. Ducatur, donec nil nigri amplius appareat. Vel loco lavetur decocto Braſſicæ cum aqua infuſa Calci vivæ. Vltimo inunge oleo Citoneor. & Roſarum, fervore ſedato & pulvere extracto, vtere Ceroto nuper deſcripto, cum ſigno. Auff beyde Orth deß Durchzugs gelegt/vnd eile nicht mit dẽ außziehen/ſo wirdt der Grund deſto beſſer. Commendatur præ cæteris Succus Cotoneorum ſimplex Quidam etiam commendabat Ol. nucis moſchatæ.

NB. Quædam Nobiliſſa vetula: Ein quintlein Krebsaugen/ thus in eine obenenge Krauſen mit Wein/verkleibs mit Wachs/davon täglich 3. mahl ein Trüncklein gethan / heilet alle alte Schäden/Schüß vnd Wundten.

Ein vortreffliches Pflaſter vnd Auſſerwehlte Salben/zu allen böſen Schäden.

Ceroti Deſcriptio: ℞ Klahenſchmaltz ℥.iiij. Reſinæ Abietis Sevi Cervini, Medullæ bovinæ, Adipis vrſi, olei communis, Ceræ, ana ℥.ij. Butyri recentis ℥.iiij. Miſtis adde libram Lithargyrii, Maſtichis ℥. ij. Item Tutiæ præparat. pingued. human. ℥. vj. Kupffer Aſchen/ ℥. j, ß. Camphoræ ℥. j.

Behe.

Gehe es mit Wachholderöhl / wanns anfähet zu platzen / hebe es ab. Dann es fertig.

Die Salben dazu: ℞ Allii ℥. ij. Teratur in mortario ſine Cortice, adde aceti boni ℥. j. Maceratum coletur per pannum. Rad. Ari ℥. j. Salis vſti ℥. ij. Cinabrii ℥. viij. Maſtichis ℥. j. Salis Armoniaci ℥. ij. Sang. Draconis, ℥. j. Camphoræ ℥. j. Olei Laurini ℥. viij. Ol. de Spica ℥. ß. Iuniperini, ℥. ß. Bergelſchmaltz / je vierner je beſſer / ℥. viij. Mercurii, ℥. viii. Miſceantur, & confice ſ. a. ſit optime tritum & leniſſimum.

Vlceris maligni ſeu Gallici regionem inunge hoc vnguento circulariter, & ſuprapone ſupra dictum cerotum. Vlceribus malignis impone filamenta cum aqua Camphoræ. Miſce Camphoram & æruginem cum aqua & vino.

Ein vortreffliches Waſſerpflaſter *Nicolai de Metri, Medici olim Archiducis Sigiſmundi.*

℞ Lithargyrii libram, Olei communis ℥. j. ß. Kupfferſchlag / ℥. iii. reſin. abiet. ℥. j. ß. Adipis vrſi ℥. j. ß. Maſticis ℥. ij. Drey Loth Butterſchmaltz / Klahenſchmaltz ℥. iij. Ceræ, tantundem, Sevi Cervini ℥. j. ß. Medullę bovis, Reſinæ, ana ℥. j. ß. Zerlaſſe es alles vber dem Kohlfewer vnd laß es nicht faſt ſieden / vnd verſuchs vffm Stein / obs genug hat. Wanns nun vom Fewer kommen / vnd ein wenig kaldt worden / ſo rühr den Maſtix auch wohl darein / mach Zäpflein drauß / vnd bewahre es wohl.

Das Griechiſch / Braun / oder Guldtene Pflaſter / *Sanans omnia vulnera & vlcera*, ohn Hefften vnd Meiſſeln.

℞ Olei communis ℥. vj. aceti optimi, ℥. v. Lithargyrii triti ℥. iiij. Maſticis, Thuris, Myrrhæ, ana ℥. j. Ceræ ℥. j. Reſinæ, tantundem, Liqueſcant ſimul in ſartagine Cuprea, & coquantur, vltimo additis Thure Maſtice & Myrrha, biß es Braun werdte / cuius ratione poteſt addi ſanguinis draconis ℥. j.

Das rechte Stiechpflaſter.

℞ Ceræ, Terebinthinæ, Ceruſſæ, picis Navalis, Vitrioli, ana ℥. iiij. Camphoræ ℥. vj. Magnetis ℥. j. Olei Iuniperini ℥. ß. Maſticis ℥. ij. Olei ovorum, ℥. vj. Thuris ℥. j. Liquefacta coquantur igne lento, & fiat ſ. a. Emplaſtrum.

Zum Schwindten / *ex Antiqua Chirurgia, probatum*:

℞ Reſinę, Terebinthinæ, Picis nigræ, ana q. placet, Liquefactis inſperge parum Mumiæ, Streichs auff einen Barchet / vnd legs vber / Nach dreyen Stundten ſoll mans herundter nehmen / vnnd erfriſchen / oder wieder wärmen vnd vfflegen. Mann ſoll aber zuvor den Orth wohl ſalben mit

Regen.

Regenwürmer Oel/oder ſonſten einer Schwindtſalben.

Vnguentum præſtans, Doctoris Nevii, Medici Electoris Saxoniæ, Ducis Auguſti; Zum Schwindten.

℞ Axungiæ vrſi, Taxi, ana ℥. ij. Olei de Piperibus, vulpini, ana ℥. j. Olei Benedicti, Terebinthinæ, Petrolei, ana ℥. ß. Ceræ ℥. iij. pul. pyrethri, Caſtorei, piperis longi, Euphorbii, Coccognidii ana ℥. iij. ſem. vrticæ, Coriandri, ana ℥. ij. Miſceantur omnia ſimul diligentiſſime & fiat Lege Artis vnguentum molle.

Experimentum nobile, ex RANZOVIO EQVITE, ad omnem ictum & vulnera bombardarum:

℞ Galbani, Ammoniaci, Opopanacis, Bdellii, Ceræ, Elemi ana lib. *j.* Lithargyrii lib. ß. Olei Laurini ℥. *ij.* Thuris, Myrrhæ, Maſticis, Ariſtol. vtriuſque Lap. Calaminaris, ana ℥. ß. Camphoræ ℥. ij. Terebinthinæ ℥. ß. Pulveriſata, igni fac excandeſcere & diſſolvi. Gummata quatuor macerentur per noctem in Aceto acerrimo in olla incruſtata, ita vt probe Aceto tegantur. Poſtea decoque parum, & impurum ſepara, & per linteum cola, ac ad caſum aceti rurſus coquatur. Oleum cum Cera in pelvi liquefac, & Lithargyrium immiſſum coque ad colorem fuſcum, probando, an cultro immiſſo non adhæreat tenaciter. Remove, & paululum infrigidato, Gummata ad q. Fabæ immitte, & ſimul vniri facias, deinde rurſus coque, & adiice reliqua, rurſus mediocriter coquendo. Vltimo Terebinthinam, Oleum, & remotis ab igne, Camphoram, effunde in Aquam calidam, & manibus tractetur. Poſtea Oleo Arthemiſiæ ſubige, & in pellem hinnuli bene præparatam include, pro annis 40. aut. 50.

Regis Chriſtierni, Daniæ, Stichpflaſter:

℞ Ceræ ℥. iij. ß. Picis græcæ, Aſchen-Schmaltz Mumiæ, Myrrhæ, ana ℥. *j.* ß. Minii ℥. ß. Corallorum albor. ℥. iij. Magnetis ℥. ß. Thuris, Maſtichis, ana ℥. *j.* Camphoræ ℥. j. ß. Liquefacta & ſimul cocta ſ. a. fiat Emplaſtrum.

AD LVXATIONES ET FRACTVRAS

Spodium cum albumine ovi, Oleo Roſar. & Myrtino emplaſtratum, curat dislocationes Oſſium. Similiter & Antimonium cum oleo Roſato, Myrtino, & Camemelino. Oſſa vero poſt reſtaurationem confirmat Decoctum rad. folior. & Corticis vlmi, fomenti modo impoſitum. Ad luxata optimum eſt decoctum Cyclaminis, & decoctum Herbæ Paralyſis & Lactucæ ſyl. Succus ſc. & Emplaſtrum ex ea. Item ex verbaſco Emplaſtrum.

Secretum Nicolai de Metri, Auſtriaci, **Beinbruch ohn allen Schmertzen vnd Zuſchlag zu heilen.**

Emplaſtretur cum Emplaſtro ex Albo ovi bene concuſſo cum modico Roſaceæ & Salis, ℥. ij. Camphoræ, farina Triticea & Bolo. Poteſt & Oſtiocolla addi. Hoc imponatur loco, zuvor den Bruch gericht. Poſtea leg darumb den Filtz mit den Schienen auß einem dünnen Holtz / nit zu hart / doch wohl gebundten / biß auff den neundten Tag / alßdann bind es auff / vnd erweiche das Pflaſter cum Populeone. Emplaſtrum renovetur, vt prius. Poſt diem 15. renovetur, poſtea auff die Krücken. Et cum ſequenti Emplaſtro ad finem curetur: ℞ Reſinæ albæ, Ceræ virg. ana lib. ß. Liquefactis inſperge ℥. iij. Boli Armeni, & agitantur probe ad refrigerationem fere. Renovetur poſt quatriduum, inuncto ſemper membro cum Dialthæa. Das vnbekandt Pflaſter / oder das Schwäbiſche Tuch / heilt vnd ſtärckt das Geäder.

Iuniores ſanantur ſeptimanis 6. Seniores vero 8. Prodeſt & hoc Emplaſtrum iis, qui caſu membrum aliquod læſerunt, inuncto primum loco cum populeone, & impoſito Emplaſtro per Menſem, verzehrt das glüberichte Geblüth.

Ad Spinas extrahendas: Caput lacertæ tritum cum ſucco Anagallidis. Lumbrici terreſtres. Muſcæ cum amurca & oleo. Radix Polypodii. Arundinis cum melle. Pulvis Matris ſyl. bullitus cum vino ad caſum partis tertiæ, ad modum Collyrii ponatur, vbi oportet.

In fracturis & attritione Lacertorum: Abſynthium, decoctum cum furfure, Camomilla & Malva, cum oleis Anodynis emplaſtratum confert. Item Antimonium pulveriſatum, cum albumine ovi, reſtaurat oſſium fracturas, ſicut & ſpodium cum albumine ovi, & oleo Roſato.

Ad

Ad inveniendum Os fractum ſub Carne:

℞ Rad. Ireos optime contuſæ q.v. bulliat in ſcutella in ſ.q. aquæ, ſi ad ſufficientiam fuerit cocta, incorpora cum Ol. roſ. & applica loco ſuſpecto, vbi itaque fuerit os fractum, locus apparebit albus, quo ſubtus os ruptum comperies.

Magius, Piſanus: Oſſa fracta indurat, decoctum foliorum vlmi, vel Corticis radicis, aut decoctum Myrti. Oſſis vero diſquamationem facilitat radix pamacis herculei, & procurat carnis generationem. Peucedani etiam Radix & Euphorbium, ſed carnem non debet tangere.

Ad Coſtas fractas & plicatas, Fac emplaſtrum ex enula, ſub cineribus cocta & piſtata optime cum melle crudo & butyro recenti q.ſ. Miſce, & bulliant. Valet etiam Oxycroceum Cerotum.

Zu den zuſchelten oder zufallenen Rippen / Fac Emplaſtrum ex pul. Lumbricorum vſtorum, Conſolid. maior. & albo ovi, ac impone.

Mitthobius: Oſſa fracta inſtaurata epithimentur cum radice Symphyti magni, teſtis Cancrorum tuſis, cum albo ovi miſtis, vel tere in mortario iſta, cum Bolo Armeno, Corallis, Sanguine draconis, Oſtiocolla & maneat ibi Emplaſtrum per triduum, poſtea renovetur. *Idem*: Compoſitis optime oſſibus fractis, Sic pares Emplaſtrum: Radix Geranei (flore Cæruleo, non purpureo vel puniceo) naſcentis in pratis, areſacta in aere, pulveriſetur, qui Pulvis cum Axungia porcelli lactentis in mortario optime miſceatur tundendo, vt fiat vnguentum rubeum vel purpureum; quod in pecia linea Cerata circumdetur membro, deſuper faſciis & machinis optime ſtringendo, **daß er nicht krumb werde.** Statim etiam detur iuglandis dimidiæ pondus pul. Lapidis, qui vulgo **Beinbruch** dicitur, cum vino vel Cereviſia, tridui ſpatio, mane & veſperi quotidie. Sic omnem fracturam tribus diebus ſanabis. Imo ſolo etiam vſu Lapidis (præſertim præparati per ablutionē) ſi deſit dictum Emplaſtrum. Si particula læſa intumeſcit, coquatur Betonica inciſa in aqua, ad tertiæ caſum. Petiæ decocto rigatæ apponantur.

NB. Lapis, qui vulgo **Beinbruch** dicitur, ac prope Spiram in Sabulo Arenoſo colligitur, datur ſpatio tridui cum tenui Cereviſia. Fit ex eodē Emplaſtrum cum albo ovi, pro fractis partibus, rurſus repoſitis.

Emplaſtrum præſtans, Nicolai, de Metri, Auſtriaci, **zu allen verrenckungen vnd Brüchen.**

℞ Ceræ, Reſinæ, ana quadrans olei roſacei ℥.iij. Maſticini, tantundem, Traganthi, Maſticis, Gummi Arab. Sanguin. Draconis, Boli Armeni, Hæmatitis, Rad. ſymphyti maio. ana ℥.ß. Liquefacta, coquantur lento igne, & fiat Lege Artis Emplaſtrum.

Cataplaſma opt. zu allerley Geſchwulſte/mit Hitze.

℞ Aceti, Cantharum, Lithargyrii lib. j. Alba ovorum, bene concuſſa miſceantur ſimul optime, & cum panno linteo applicetur. Caveas à pinguibus & vnctuoſis.

Experimentum præſtantiſſimum, ad combuſtionem Ignis, Aquæ, vel Olei ferventis: Gervaſii.

℞ Hederæ Arboreæ, folior. violarum, ana M. ij. Contrita aliqualiter bulliant in Setula aquæ, cum iiij. aut vj. Candelis, vel pluribus de Sevo. Coquatur ad medietatis conſumptionem postea exprime & cola per pannum, & ſine congelari, & collige ſevum congelatum, aut ablue cum aqua Roſacea, & vſui reſerva. Eſt enim mirabilis eius effectus.

MAGIVS Piſanus commendat Cinerem Tamariſci ſeu Myricæ, Item decoctum Liguſtri. Idem faciunt vernix liquida, Pinguedo porci, Oleum Lini potum cum aqua Nenuphar. vel Roſar. Radix Lilii combuſta facit cadere Eſcharam à Cauteriis, poſtea cum oleo Roſato Emplaſt. Oleum Momordicæ.

Leonis, Præceptoris Elidæi: Lithargyrium miſtum cum vino albo, & oleo communi, vt fiat vnguentum molle. Conſolidat etiam optime, nec veſtigium relinquit, vinum decoctionis Radicis vlmi. Item, ſi inungatur locus ſucco frondium Raparum cum Oleo loto. Eſt etiam optimum vnguentum, ſi adſit exulceratio, ex Calce viva per biduum ex vna aqua frigida poſita in alteram, poſtea miſta cum oleo Roſato & vitello ovi, aut miſce cū dictis duobus ſuccū Cauliū. Aut fiat vnguentum ex albumine ovi, oleo & ſucco Cimarū Sambuci & butia viridi eiuſdem, & Salicis raſa, id eſt cortice interiori, incorporatis ad ignem, & infrigidatis. Ovum ponatur ſuper locum aduſtum ab aqua ardenti, &c.

Elidæus Bononienſis: Contra ignem pulveris bombardarum, & eius vulnera, fiat oleum ex floribus Hypericonis in oleo Sambuci, & eſt mirabile experimentum.

Ad combuſtionem Ignis:

Confice Calcem lotam ſ. artem, cum oleo Hypericonis aut cum Roſato, Ceruſſa plumbi & Albuminibus, & cum iſto liniatur locus. Locus illitus ſucco Ceparum & raparum ſimul miſtis, ſæpe, contegatur foliis Ceraſorum maraſcorum.

Ein vortreffliches Stück zum Brandt/*ex Trago*:

Ex tuſa Radice Filicis exprimatur ſuccus, qui cum aqua Stercoris Bovis, vel florum Tiliæ vel fontis educatur.

NB. Linimentum frequens ex Aqua mucoſa Corticis Tiliæ, in aquam poſiti, optime ſanat ambuſta.

M. Ruc-

F. M. *Ruckerus*: Si ſit ambuſtio ex Aqua calida vel igne, impone Emplaſtrum ex Cinere & aqua frigida, Optimum eſt & quod fit ex Lardi ſaliti liquefacti partibus ij. Albuminibus ovorum conquaſſatis, part. j. &c.

NB. Ad omnis generis Ambuſtionem, præſtantiſſimum eſt, ſemen Ranarum, aut aqua ex eo per Alembicum deſtillata, quod etiam eſt Secretum ad Podagram vnd die Breun. Ex pulvere Tormentario, optima eſt inunctio vel illinitio cum melle deſpumato, cocto cum aceto ad aliquam conſiſtentiam, addendo poſtea parum aluminis. Si aliquod nocumentum oculis accidat, fac fomentationem ex viciis.

Ex Galeno: Ad Ambuſta & vlcera ſummæ Cutis valent, quæ moderatè deſiccantem, abſque inſigni calore & frigore, & extergentem facultatem poſſident, vt ſunt: Radix Lilii toſta, & cum Roſaceo trita, & impoſita, quoad Cicatrix inducta fuerit. Folia eiuſdem cocta, Terra Samia, Cimolia. Omnes terræ leves continuo illitæ ex aceto vel poſca, nimirum bullas exiſtere prohibens, Creta. Ovum crudum, cum vitello & albo molli lana exceptum, mediocriter enim refrigerat, & citra morſum deſiccat.

Zum Brandt: Impone duo ovi albumina cum dimidia parte olei Lini, & Miſceantur.

Savanarola: Sal cum oleo tepido appoſitus, prohibet veſicationē. Facta evaporatione fumoſitatum, poſtea apponatur vnguentum ex oleo, Cera, & ſucco Azei maiori.

Hæc Remedia tria debent præſtare ad ambuſta:

Humorem puſtularum diſcutere, vlcus detergere & ſiccare, ac dolorem mitigare, vnde Dioſcorid. laudat Alumen cum aqua, Thus cum adipe ſuillo vel Anſerino.

Experimentum infallibile: ℞ Butyrum, & recens Stercus Anſeris, tempore Maii, ana. In ſartagine frigantur, poſtea in aquam frigidam effunde, vt pinguedo, quæ colligenda eſt, ſupernatet, & feces fundum petant. Hoc Pingue mirabile eſt pro inungendo loco vſtulato, & puſtulis recentibus, omne enim arcet incommodum.

Doctoris Mitthobii: Rheinberger Schmeer außgelaſſen/ vnnd back ein Ey in dieſem Schmeer / vnnd wirffs wohl auß / vnnd j. ℔. vngeleutert Schmaltz/ Miſce, addendo olei Lini ℥. j. ß. Ceræ ℥. ij. optime miſcendo, donec infrigidantur. Diß heilet den Brandt behendt. Lavetur pars vſtulata aqua vel mucilagine Seminis Cotoneorum.

Matthiolus: Præſtans eſt ad ambuſta Vexnix liquida, cocta ex oleo Lini & Sandaraca officina. Vnguentum ex oleo communi vel papaveris, cum parte dimidia Ceræ liquefactæ, illinito petiæ lineæ, & impoſito.

Ein andre Brandtſalben: Cera cum adipe, ana, liquefacta coletur, & ad ignem in Sartagine adde tertiam partem olei Lini & Canabacei. Bulliant ſimul & miſceantur, vff ein Tuch

geſtrichen/vnnd auff den Brandt eine halbe Stundt gelegt / hernach abgenommen/vnd die Blaſen auffgethan/ rurſus imponatur, biß die verbrandte Haut weiß wirdt Quotidie apponatur novum Emplaſtrum. Curat ſpatio Octidui.

Aliud: Impone Oleum Lini, cum albo ovi agitatum, vel mach Zuntter auß newen Leinen Flecklein/leſch es cum oleo communi, impone, & cum oleo inunge. Oleum Lini, cum Cera.

Vnguentum optimum Doctoris Langii, ad Ambuſta.

℞ Ceræ ℥.iiij. Terebinthinæ ℥.iij. Sevi Cervini ℥.j. ſoluta agitentur donec tepeſcant, adde olei Lini ℥.ß. roſacei ℥.j. Calefacta rurſus agitentur, donec tepeſcant. Adde Roſaceæ ℥. xvi. pul. Ceruſſæ ℥.j. Thuris, Lithargirii, ana ℥.ß. Maſtichis ʒ.ij. Camphoræ, ʒ.j. Miſceantur ſimul diligentiſs. & fiat ſ.a. vnguentum.

Commendatur & mucilago ex Radice Filinis tuſa, expreſſa cum aqua fontis.

Ex Secretis Nicolai de Metri, ad Ambuſta:

Ambuſtis ex aqua (iſt ein geringer Brandt, vt ex ſolido) impone cum lineo panno linimentum ex aqua Calcis vivę (Aqua diebus 14. Calci affuſa & decolata, poteſt aſſervari per annum) thu darzu ſo viel Leinſatt & miſce pro linimento. Pannus non-nihil arefactus ſemper renovetur, ne areſcat ex toto. Oleum Lini.

Linimentum, pro Ambuſtis ex corpore ſolido, vt ferro:

℞ Ceruſſæ lib. j. Tritæ in marmore, adde ſpumam alborum ovorum agitatorum, adeoque ipſa alba, ac optime agitentur, adde ℥.ij. Roſacei, Camphoræ tritæ ʒ. ij. Roſaceæ ℥.iij. Optime ſimul circumagantur, pro Linimento, quo cum penna inungatur per diem ter aut ſæpius, apponendo telam Ceream, eodem Linimento inunctam. Similiter prodeſt mucago ſem. Cotoneorum inuncta.

Aliud: ℞ Roſacei ℥.j. ß. Ceræ Albæ ℥.ß. Ceruſſæ ℥.ij. Camphoræ ℥.ß. albuginis ovi ʒ.vj. Miſceantur.

Ein andere Brandtſalben.

℞ Ceruſſæ ℥. iij. lap. calam. Thuris, ana ℥.ij. Ceræ albæ ℥.ij. ʒ.ij. olei ℥. j.ß. Camphoræ ℈ij. Aquæ Roſaceæ, aceti, ana album ovi j. optime miſceantur, & fiat Lege artis vnguentum.

Rondeletii: Olei Roſar. Albuginis ovorum q.ſ. & miſceantur. Adhibeatur 4. diebus, quinto oleum nucum cum Cera nova.

Aliud: ℞ Cort. Sambuci med. ʒ. vj. Olei Roſar. ℥. j.ß. Thuris, Maſtiches, ana ʒ.ß. Ceræ albæ ℥.ij. Aquæ lib. iiij. Bulliant ad Caſum medietatis, & refrigerato dematur ſupernatans. Poſſunt addi Ceruſſa, Lithargirium, albumen ovi, Camphora.

Secre-

Secretum Paracelſi Theophraſti, ad Ambuſta:

Zeug den Brandt vnnd die Hitz auß / cum Igne ex ſpermate Ranarum, mit Campffer vermiſcht / warm mit Tüchern vbergeſchlagen. Wann der Brandt außgezogen iſt / alßdann gebrauch ich dieſe folgende Salben: Leinöhl / Hanfföhl / jedes lib. ß. Ceræ ℥. j. ß. zerlaſſe es vber einem lindten Fewer / vnd wann es wieder erkaltet / dann gieſſe darunter mit einem ſtarcken hölzern Stempffel / das weiſſe von iij. Eyern / vnd ein halbes Loth Campffer / klopff ſolches wohl vntereinander zu einer Salben / die heilt gewiß allen Brandt.

Mizaldi: Ambuſtis impone linteolum imbutum aqua Salſa, vel cum Smegmate vulgari, melle & butyro, vnguentum. Efficacior eſt aqua Raparum, vel decoctionis ipſarum, diſſoluta ibi partiuncula Calcis vivæ, vel percolatæ, ſic enim abſque morſu deſiccat, & ardorem compeſcit.

Ein köſtliche vnnd vortreffliche Brandt-Salben.

℞ Olei Roſati ℥. ij. olei communis, ℥. j. ß. Ceræ albæ ℥. ß. Liquefacta funde in Igne frigidam; coagulata lava cum ea aqua, & adde Pul. ceruſſæ ℥. vj. Thuris, Sarcocollæ, ana ℥. j. calcis extinctæ & lotæ ℥. ß. Croci ℈ß. Lithargyrii ℥. ij. Optime M. & fiat ſ. a. vnguentum.

Vnguentum de Ceruſſa, Roſacea dilutum. Oleum Ophiogloſſi cum ovi luteo.

Commendantur etiam pro Ambuſtis: Succus expreſſus Cæparum, vitellum ovi ſolutum oleo, ovum integrum concuſſum cum oleo Lini.

Ex Fuchſii Herbario: Ne bullæ fiant, imponatur ſtatim terra levis cum aceto; vel ovum integrum cum molli lana, vel Lardum liquefactum cum albo ovi, aut atramentum, vel Alumen cum aqua & albo ovi. Bolus Armenus. Puſtulas, ſi perſiſtant, frange cum acu.

Exulceratis partibus impone vnguentum album, Lactis cremorem cum hordeo toſto, oſſa vſta inſperge.

Braunſchweigiſche Brandt-Salben.

℞ Lithargyrii ℥. j. ß. Minii ℥. vj. Ceruſſæ, Mumiæ, ana ℥. vj. Tutiæ ℥ j. Boli Armeni, Camphoræ ana ℥. j. ß. olei communis ℥. iij. Ceræ ℥. j. Aquæ Roſarum ℥. ij. Bulliat Lithargyrium cum oleo & aqua, igne lento, & reliqua addantur.

Aliud optimum: ℞ Vnguenti albi, Populei, Ol. Roſarum violarum, ana, verruſii ℥. j. Plumbi vſti, Lithargyrii, ana ℥. ij. vitellum ovi j. & fiat vnguentum.

Brandtlöſchung vnd Salben / *Ranzovii Equitis:*

Duo linteola munda imbibe, vnum cremore lactis alterum Sero butyrino, & ter quotidie applica, donec

donec fervor ſedetur. Deinde lardum porcinum, infixa aſſula, accende, & pinguedinem in aquam puram ex alto cadere ſinas. Deinde ℞ Sex ovorum lutea abſque albo, adde parum dicti lactis cremoris, ac pinguedinem dictam liquatam probe decoque, pro vnguento. Quo quotidie ter locum iniungas, & brevi ſanabitur. Lintea tenaciter adhærentia imbue butyro non recenti. Prodeſt etiam Cortex Tiliæ raſus in aquam, donec inſpiſſetur, & parti vſtæ applicetur.

AD CASVM EX ALTO.

NB. Drey Eichen kohlen leſch in Wein wohl ab / vnd gieb den Wein dem krancken zu trincken.

Pulvis Principum Hennenbergenſium, ad Caſum ex alto:

℞ Carbonum Tiliæ, oculor. Cancri, Sanguin. Hirci præparat. ſpermat. cet. ana ʒ.j. Oſſiculi Cordis Cervini. nu. vj. fiat Pulvis ſubtiliſſimus, Doſis, ʒ.j. cum aceto, horis 2. ante cibum, & veſperi ante ſomnum, & det ſudori operam bene tectus.

Pulvis Altomari: ℞ Pul. Rhabarbari ʒ.*j*. aut ℈iiij. Mumiæ, Rubiæ tinctor. ana gr. iij. aut iiij. Pulveriſata omnia, datur cum aq. Plantaginis aut vino rubeo, & aceti modico, Poſt ſectam venam & exhibitam poſcam. Reſolvit grumos & educit, nec non rupta conſolidat.

Matthiolus, Cap. de Rubia: ℞ Rad. Rubiæ ʒ.*j*. Rhabarbari ʒ.*ij*. Mumiæ, ʒ.ß. Pulveriſata miſce. Doſis ʒ.*j*. cum bono vino.

Rondeletius: Noſtri ruſtici picem ad ſanguinem Concretum exhibent pulveriſatam (à ʒ.ß. ad ʒ.j.) cum ovo ſorbili, qua in re tantum valet, quantum Mumia Arabum. Poteſt & ad expectorationem exhiberi, in Eclegmatis.

Zum Fallen: Imponatur emplaſtrum ex albo ovi, aceto & Radice Symphyti. Diebus ſequentibus Oxycroceum.

Adolphus Occo in Diſpenſatorio Auguſtano:

Pulvis hic ſequens propinatur præcipitatis, ruptis, contuſis, fractis, ex vino adſtringenti, vel cui incoquātur Roſæ, Balauſtia, Malicorium, Myrti, Rubi comæ, Sumach &c. Vino hoc intincta lintea, & expreſſa, calide circumvoluta, omnem ex Ictu & præcipitio offenſionem curant.

Pulvis: ℞ Terræ ſigillatæ vel Boli Armeni, ſanguinis Draconis, Mumiæ, ana ʒ.*ij*. Spermatis Ceti ʒ.j. Rhabarbari ʒ.ß. pulveriſata diligentiſſime miſceantur, pro Pulvere.

Luſitanus: Cadentes ex alto, involvantur Syndone immerſo in vinum

num rub. Stipticum, bene calido expreſſoque ac in lecto ſudent. Vel in vini fulvi & boni lib. x. coquantur roſar. rub. ſiccarum, Roriſmarini, Cimarum Myrti, ana M. ij. Propinetur cum vino Stiptico Pulvis Meſues ex ℥.j. Rhabarbari, Mumiæ gr. *ij*. Rubiæ tinctor. ℥.j.ß.

Mizaldus: Devolutis ex alto, propina ℥.*j*. ſequentis Pulveris ex vino: ℞ Mumię, tormentillæ, oculorum Cancri, ana ℥.j. Spermatis Ceti ℈j. pulveriſata miſceantur.

COSMETICA, HINC INDE COLLECTA.

Faciem purificare, nec non ſubtiliare: Radix Serpentariæ maio. & min. optime exiccata & trita, & cum aqua roſarum ad modum paſtæ confecta, & ad Solem ter vel quater exiccata, & cum ipſa aqua ſuperfaciem illita, purificat eam & ſubtiliat. Cum melle vero in modum Electuarii compoſitus pulvis iſte, ſive cum aceto bibitus, multum valet ad extenuandum pingues deformes. Item Lacca bibita cum aceto.

Livorem ex percuſsione tollit Abſynthii ſuccus, cum pulvere Cumini & Melle emplaſtratus.

Faciem dealbat, & pannum removet: Traganthum in aqua roſarum infuſum per noctem vnam, & addito mane pauco Borace vel camphora, liniatur ſæpius ſuperfaciem.

Inunctio Doctoris Magii, Piſani, ad Faciem Elephanticam & turpem:

℞ Pomadæ ℥.*ij*. Piperis, ſulphuris vivi, Zinziberis, ana q. ſ. pro libitu, & fiat vnguentum, de quo illineas faciem poſt fomentationem. Valet & ad Faciem Elephanticam & turpem ſuccus Scrofulariæ. Item ad faciem Rubram præſtans eſt decoctum Colocynthidis, & dicta Inunctio. Item aqua Fragrariæ, potando & abluendo.

Ad Faciem vero fucandam, valet aqua ſublimationis à Paralyſi, h.e. à Lactuca ſyl. extendendo faciei Cutem, ſemina Cidonii, Comeſtio Enulæ, pulchrificant enim totum Corpus & faciem. Oleum Syciorium, oleum Amygd. cum Melle, radice Lilii & Cera Cyprina, aut Roſato vnguento. Oleum Ben eſt mirabile in tollendis omnibus maculis faciei, Item oleum Nucum & Seſaminum. Oleum Raphani & vlmi, Aquæ ſublimatę ex Limonibus, Geniſta, Lactuca ſylveſtri & vulgari. Rubeam faciem delebit perfricatio vitis ſylveſtris, vel fructus.

Potio optima, Lucæ Chini, contra Rubedinem Faciei:

℞ Syr. Fumariæ, violarum, & de

cichorea, ana ℥.j. aquarum Fumariæ, Lupulorum, Endiviæ, ana ℥.iij. Miſceantur, & fiat Potus pro duabus vicibus, & ſumatur ter in ſeptimana.

Elidæus: Lentiginem & Pannum faciei delet Sarcocolla, cum felle vaccino miſta, & ſæpius linita.

NB. *Fucum pro erugandis Vetulis*, vide apud Matthiolum, Cap. de Myrrha.

Lentigines tollit decoctum Rad. Amygdalarum amararum.

Matthæi de Grad. Ad bonificandum calorem tria requiruntur. Primo generantia ſanguinem clarum & bonum, vt veſci ovis recentibus, brodio carnium, fino ſubtili odorifero, & bonis carnibus. Secundo, mundificantia ipſum ſanguinem, vt bis in hebdomada ſumere mane duos Myrabalanos, & duobus intermediis capere ℥.j. Tripheræ minoris, ſi placet.

Tertio Localia, ſanguinem moventia ad cutem, ipſam calefacientia & abſtergentia, vt ficus duæ calefactæ, & ante cibum comeſtæ. Vſus Specierum in ferculis, brodiũ Caulium imperfectè coctorum, brodium cicerum. Vſus Acori conditi. Talia enim omnia ſanguinem ad cutem movent. Localia erunt bona, ſi mane, præmiſſa capitis fricatione, modicũ vini odoriferi aut aquæ vitæ, moveatur in ore per horę dimidium. Prodeſt & talis Faciei ablutio: ℞ Fabarũ excorticatar. Lupinorum, ana M.j. Ireos ℥.j. Vngularum vituli fruſtratim inciſar. num. ij. Sem. Raphani ℥. ij. ſem. Melonis excort. ℥.j. bulliant in vna Situla aquæ ad conſumptionem partis tertiæ. Decoctioni poſtea addatur Cinamomi ℥. ß. & iterum parum bulliant, infrigidetur & coletur. Talia infinita poſſunt parari.

In Alopecia, ad generationem Pilorum: Laudabat Baſſianus oleum deſtillatum ex Melle, vino & lacte, infuſis ſimul in vas anguſti orificii, & infimo per dies 10 fermentatis. Propter fœtorem debet addi parum Moſchi. Pinguedo Talpæ in coquendo ſupernatans.

Vnguentum Rondeletii, ad Generationem Pilorum.

℞ Olei de Iunipero, de Abrotano, ana ℥.ij. Cineris Erinacei terreſt. ℥.ß. Cineris pellis talpæ vel vrſi, ℥.iij. Abrotani vſti ℥.ij. cineris veſparum ℥.ß. Ceræ candelar. nigrarum q.ſ. Miſceantur probe, & fiat vnguentum.

Ad Alopeciam: Abrotani cinis, vel Herba cocta in Lixivio, Item Radicis Aſphodeli, Item Aloes diſſoluta in Aceto, vbi prius vetuſtæ olivæ radix bullierit, cum farina Lupinorum & pulvere Saxifragiæ capiti inuncta.

Lixivium ad Pilos optimum ne renaſcantur.

℞ Bufones magnos, & exicca, reduc eos in Cancrem, in olla illutata in fornace, deinde recipe acetum fortiſſimum, in quo diſſolve amigdalas Perſici x. vel plures, & cum cruore prædicto fiat Lixivium, quo locum depilatum inunge.

Magius

Magius Bononienſis: Ad capillos fluentes valent, Ladanum, cum oleo Myrtino & vino ac Myrrha. Oleum Omphacinum, Pinguedo vrſina, quæ retinet, auget & perlongat. Item Stercus Capri, cum aceto mellato inunctum. Cum cadunt, vel non renaſcantur, in palpebris, propter humorum acuitatem, pulvis Lapidis Armeni ſupra oculos ponatur.

Pilos prohibent: Succus exiens à trunco Tiliæ, quando percutitur, vſque ad medullam. Oleum Iuſquiami per expreſſionem. Lac Tithymallorum inunctum, facit cadere, & ſi ſequaris originem eorum, vt non renaſcantur, deſtrues. Sanguis Pediculorum, oleum de opio; Sanguis Ranæ viridis, aut veſpertilionis. Vitabis autem Caput.

Ad Syrenes Capillorum:

Fricentur eorum extrema cum Galatrico & Geniſta, coctis in aceto, vſque ad eius conſumptionem. Lixivium decoctionis vincetoxici.

Vnguentum ad Capillos defluos:

℞ Corticis Cannæ vſtæ, Avellanarum vſtar. Gran. Myrti, ana ℥. iiij. Abſynthii, Thuris, ana ℥. ij. Confice cum oleo Myrtino q. ſ. pro vnguento.

Pſilotrum ad Capillos Elidæi:

℞ Gummi Hederæ, ovorum formicarum, Sanguinis Ranæ, veſpertilionis, Colophoniæ, Auripigmenti, ana part. æquales, Miſceantur cum oleo communi, in quo ſit coctus Ericius cum ſanguiſuga, combuſta in olla viridi. Vt non renaſcantur, locum pilis evulſis, inunge cum nug. facto ex ſanguine veſpertilionis phlebotomatæ ſub alis, ovis formicarum pulveriſatis, & lacte Aſinæ. Lac fungorum adoleſcentium, Pfifferling, inunctum loco deraſo. Pſilotrum ex Calce viva apud Bertrutium, Cap. de decoratione Capillor. & infra Cap. de Cauſticis.

Pilos tingentia Remedia.

Ex albis pilis facit nigros: Capitellum, in aqua Calcis, quæ tamen caute eſt adhibenda, propter vim adurentem. Idem facit ſuccus expreſſus ex corticibus viridibus Nucum iuglandium. Item decocta Ophrys, Gallæ, Sumach, Sem. Myrti, Salviæ, Nucum Cupreſſi, in aceto coctarum & tuſarum. Item Mora trita & cocta in aqua fluminis, & cum frondibus vitis & nigrarum ficorum. Item oleum coctum cum Coloquinthide, quod etiam Canitiem certe prohibet.

Flavos facit Pilos: Flos Calendulæ, Perſonatiæ maioris Radix, Xanthiũ decoctum lixivio, Item Centaureum minus in lixivio bulliens. Caro arantii affricata, optima eſt. Alchana diſtemperata oleo Nucum, denigrabit, cũ vino rubeo, rubefacit. Si cum vino albo, aut oleo Amigd. amar. miſto cum Croco, flavos reddet. Rub. facit pulvis rub. tinctor. miſtus

cum lixivio Sarmentariæ pro vnguento.

Elidæus: Capillos complanat vitrum tritum, poſitum in lixivio, quod & eorum Sciſſuras ſanat & curat. Similiter ordeum in lixivio tritum.

Vt non renaſcantur pili: ℞ Succi Hederæ, aceti fortiſſimi, ana, lavetur locus in quo pili ſunt evulſi. Poſtea ℞ Pulverem ſanguiſugarum in olla combuſtarum part. *j*. & cum prædictis fac vnguentum. Aut inunge locum cum oleo Iuſquiami.

Linimentum optimum, Doctoris Magii, denigrans pilos.

℞ Vini nigri lib. j. Salis ℥. j. Vitrioli ℥. *ij*. Miſceantur, & bulliant parum, ab igne poſtea remotis, adde pulverem Gallarum q. ſ. pro Linimento, quo adhibito pannis calidis pilos leniter ſiccabis, exiccatumque leniter executies. Oleo inſuper odorato inunges, pro libito.

Flavos etiam facit pilos: Butyrum, decoctum cum gemmis populi. Mel deſtillatum affricetur radicibus pilorum. Cochleæ, addito Sale, in pixide rediguntur in aquam pinguem optimam. Aut pectinabis cum melle deſtillato.

A far preſto vinaſciri Capelli caſcaoti per &c. malacia.

Fa cener de Sterco di Columbo, di Capra, & di quelli farai vn liſcia, vella quale farai bollir fiori di roſmarini, rad. di finvehio & pulegio. Conqueſta lavatila teſta tre volte la Setti nana, & Come Sarai bene aſciutto, ongoti per tutto dove mancano peli, colla queſta ontione odorifera, Imperoche mirabilmente, & præſto fà rinaſcer gli peli. *Ontione*: ℞ Sugo di Apio, di pe Corvino, di finochio, ana ℥. *ij*. Olio di fiori, di Sambuco, ℥. *ij*. ß. Olio di Anezzo ℥. j. Pece navale, pece græca, ana ℥. iiij. fiori de Roſmarino M. j. Capill. vene Matrice. Calamento, Sabina, Ceterach pulegio, Saveregia, Thymo, ana M. j. Ogla di Storaci, de Belzonio, ana ℥. j. ß. Laudano purgato, Santali citrini, ana ℥. ß. Malvagia lib. iiij. Fa tutto bullire in Sieme in vna Cazza bene ſtagnata al fuoco fino che cali tutta la malvagia & li ſughi, & poi cola per vna tela fiſſa illiquer miſcendo tutte le ſoſe colla cera nuova odorifera quanto baſta per dargli carpe de vnguento, Diaquilon con gomme ℥. *j*. & comeſara per aprendorſi buttali dentro meſcobando ſempre con la Spatula, Zaffarano ℥. ß. Ireos ℥. *j*. apetruſciate ℥. iii*j*. Muſcio ℥. *j*.

NB. Pſilotra pilos conſumunt, aut illita emolliunt, & laxant radices eorum, ac calvitiem inducunt. Radix Cyperi illita ſuper cutem, ſtatim pilos facit cadere, teſte Serapione.

Pſilotrum Elidæi optimum.

℞ Pul. Abrotani combuſti, Cantharidarum, abſciſſis alis, capitibus, & pedibus, ana ℥. ß. Laudani ℥. iij. Avellanæ combuſtæ, Capill. Veneris, Muſcarum ſiue Apum combuſtar. ana ℥. *j*. Teranturomnia cum oleo myrtino, & aro-

& aromatiſentur cum modico Galliæ moſchatæ ſ.a. Quo vnguento fricentur mandibulæ, mane & veſperi. Et ſi forte excoriationem pati cæpetit, vnctionem intermittat, cuius loco hoc decocto mandibulas foveat: ℞ Abrotani, Adianthi, Capill. ♀. Myrtillorum, ana M. j. Miſce & decoque.

Medicinarum quædam generant Capillos à proprietate, vt Ranæ vſtæ, Lacertæ virides &c. Aliæ diſſolvendo materiam, & trahendo ſanguinem ad ſuperficiem loci depilati, vt Mel, Allium, cæpe. Quædam conſervant fumum in loco; & prohibent à conſumptione, vt Pulvis Stipticus Fabarum, teſtę Caſtanearum, & ſimilium. Ideo ℞ Corticum Caſtanear. Avellanarum, Fabarum, Amygd. oſſium Dactylor. Myrobalanor. Citrinor. ana part. æquales, Apum combuſt. Ranarum aut lacert. combuſt. ad quantitatem omnium. Trita conficiantur cum oleo Laudanino, & fiat Inunctio.

Ad idem valent: Lotio Capillor. Veneris, inunctio olei de Stœchados, Laudanum cum Myrtino, Naſturtium, Myrti ſuccus aut decoctũ aut Oleum. Spuma Nitri, Item venter & veſica Leporis comburantur, & cum oleo roſar. miſceantur, eſt enim optimum.

Linimentum Elidæi, faciens pilos poſt morbos renaſcere optime:

℞ Ovorum q. ſ. coque cum butyro, & exprime poſtea oleum, quo caput inunge.

Linimentum ad Pilos defluos in Palpebris:

℞ Muſcarum, abſciſſis capitibus, exiccentur cum Avellanis vſtis & adipe vrſino aut caprino, fiat Linimẽtum pro oculo depilato. Fel leporis inunctum. Axungia Colli Equi, producit pilos. Aut ℞ Oſſium Myrobalanor. combuſtor. Thuris, Spicæ Ind. Carbobalſami, ana ʒ. ij. Lapidis Lazuli ℥. ß. Pulveriſentur, & ſuper Oculo ponantur omni die. Item locus inungatur cum Axungia veteri Anatis, miſta cum Avellanis aut teſtis ipſarum vſtis. Item folia Salicis cocta cum aqua. Inprimis eſt efficax in pilis palpebrarum generandis Lapis Lazuli, Item Lapis Armeniacus, & Spica nardi cum Adipe Caprino.

Experimentum Doct. Montani, ad Pilorum defluvium, in Morbo Gallico:

℞ Myrrhæ electæ, Aloes, Ladani, ana ℥. ij. folior. & Baccar. Myrti, Capill. veneris, flor. Liguſtri, ana M. ij. Contuſa omnia miſce, & cum oleo amygd. amarar. Seſamini, de Alchana ſeu Liguſtro, ana ℥. ij. fermententur in vaſe optime lutato & ſtricti orificii, ſub Sole ferventiſſimo per dies 15. Deſtillentur deinde, & aqua cum Oleo reſervetur pro Linimento, vtrumque enim eſt præſtantiſſimum.

Aliud: ℞ Lacertar. virid. num. v. Apum ℥. vj. propoleos ℥. iiii. Myrtillorum, Capillor. ♀. ana M. vj. Abro-

 tani

tani ſyl. ℥.vij. Exiccentur animalia in furno, & contuſis contundendis, liquefactiſque liquefaciendis, adde Adipis vrſini lib. *j*. Fermententur omnia. & fiat, vt dictum.

Aliud: ℞ Croci ℥. *ij*. Aloes, Myrrhæ, ana ℥.iij. Ladani ℥iiij. olei amygd. amar. Adipis vrſi, ana ℥. vj. capitum maſcar. pulveriſatar. ℥viij. miſce, & fiat vt ſupra. Ciaſcunadi queſtl remedii è molto opportuno in reſtaurare li pili, chechaſcano, & appreſſo liſarano, robuſti, & dibel colore.

Pro Fuco Faciei ℞ Lithargyrii ℥. v. Aceti optimi, Aquæ Fontis, ana lib. *j*. Aluminis ℥. iij. Miſce. ℞ Albumen ovi, ſucci Arantii, ana q.ſ. Aquæ currentis q. ſ. bulliant & deſpumentur, adde Camphoræ ℥. *ij*. & erit fucus optimus.

Aqua, ſive Mixtura, Gravenſteineri, ad pulchritudinem introducendam:

℞ Aluminis Rochæ, Alum. Scariolæ, Alum. Zucharini, ana ℥. *j*. Alum. plumoſæ, Salis gemmæ, ana ℥.ß. Limonum num. j. Radicem. Lilior. albor. Sacchari Candi ℥. *ij*. Gummi Draganthi ℥. *j*. Camphoræ ℈ß. Aquæ vitæ q.ſ. Miſce, & lava hac Aqua faciem.

NB. Venetæ Mulieres vtuntur aqua ex Talco, miſta cum pulvere aut farina eiuſdem.

Pontani, ad pilos defluos in morbo Gallico, præſertim in ſuperciliis.

Ladani electi & purificati ℥.iii*j*. Maſtichis ℥. *j*. Abrotani folior. Lentiſci, ana M. j. Styracis Calamitæ ℥.ß. Rad. Tapſiæ albiſſimæ, Muſcarum, ana ℥. *ij*. Mellis cum favo lib. *ij*. Prædicta redacta in pollinem cum melle miſceantur, ac ſub fimo in botia obſtructa luto Sapientiæ putreſcant, ac deſtillentur ſ.a. Rurſus deinceps deſtillentur, addendo vini odori ℥. iii*j*. Dioſcorides laudat Cedriam, cuius loco poteſt vſurpari oleo extracto ex pice, vel exfruſtis Reſinoſis piceę. Radix vſta Cannæ, aut Tapſia, attrahit ex profundo, & ſuperflua diſcurit. Alcyonia, validiſſimum eſt Euphorbium. (Sinapi, Naſturtium, mitiora ſunt.)

NB. Radix vincetoxici in Lixivio cocta, procreant pilos molles & pulchros.

Pilos producit, Cępa aſſata & ſciſſa, cuius dimidium pone loco glabro.

Zu den Milben: Stercus Suillum vſtum in tegula, ac pulveriſatum, miſce cum vino potenti, lotis crinibus vino, hoc inunge ſæpius, & producit Pilos.

Linimentum optimum: ℞ Abrotani, Squinanthi, ana M. ß. Bulliant in Anethino, in vaſe duplici ad horas iij. vel iiij. Colatura cum Cinere Abrotani redigantur in Linimentum.

Ad Alopeciam Gallicam, Experimentum Doctoris Falloppii:

Singulis vel binis diebus abluatur Lixivio decocta cum Sabino,

Aſaro, Abrotano, Menta, Nucibus cupreſſi, Capillor. ♀. Roſis rub. &c. Cum ſapone Conſtantini. Caput ſiccatum inunge Ladano ligato in faſciculo, qui in oleo communi, vel Roſarum foventi ſæpe intingatur. Deſcribitur ibidem Sapo Conſtantini, & fit ex Sapone communi, cum Roſis rub. Gallis, Sandaracha, Myrrha, Spica, Cort. Granatorum.

Amatus, Cent. 4. Cur. quarta: Expertiſſimus cui etia Galenus adſtipulatur, inter præcipua Alopeziæ remedia, vrſi adipem primas tenere.

℞ Amygdalar. amarar. cum ſuis corticibus crematar. Rad. Cannar. vſtarum, ana part. æquales, pulveriſata ſubtiliter excipiantur adipe vrſino, ac capiti cum panno aſperiori confricto illine.

Ex Pudendagra Augerii: ℞ Pomatæ ℥. iiij. Muſci gr. vj. aquæ roſatæ, in qua grana 12. Sublimati bullierint ℥. ij. Miſce omnia, pro Linimento hoc line partes depilos & deformes.

NB. Cicatricum faciei decoratio, vide Fallopium, capite de vulneribus Faciei &c.

Varos delet, Aqua ex Lacte Caprino extracta, Pannos, madefactos frequenter, pone ſuper mortarium, impone carbones in ſartagine. Deſcendet aqua perinde vt fit cum Roſis. Maculas delet, ſynapi album tritum, & in linteolo rigatum aqua, cuti fricando adhibitum. Inunctio cum Aqua miſta cum Pulvere Radicis Cucum. ſylveſtris.

Vnguentum, ad maculas Faciei rubeas, præſertim Gallicas.

℞ Olei Amygdalar. dulcium, Butyri recentis, ana ℥. j. Olei Terebinthinæ, Styracis liq. Ligni S. ana ℈ ij. Miſceantur pro vnguento.

Allemachie, & aſperita della pelle, maſſimamente dal mal Franceſe:

Ellebori albi, & nigri, ana M. ij. Lapatii maior viridis, lib. ij. Cucumeris Aſinini ℥ iij. Carnis Melonum recentium, cum Seminibus, lib. iij. Carnis & Succi Limonum, lib. iiij. Miſce, & fermentetur tribus diebus, & poſtea deſtillentur per Alembicum vitreum, & aqua reſervetur.

Aliud mitius: ℞ Lupinor. recentium, non ablutorum, lib. j. Rad. Lilior albor. ℥. vj. Amygdalar. amar. lib. ij. Succi Parietariæ lib. iij. Statim omnia deſtillentur, & ſervetur aqua & oleum.

Aliud: ℞ Salis Nitri ℥. iij. Olei Amygd. amar. lib. ij. Scyllæ lib. ß. Carnis Limonum lib. j. Miſceantur probe ſimul, & extrahatur oleum, ad hunc vſum longe efficaciſſimum etiam in Principio Lepræ.

Lixivium & vnguentum, Nicolai Maſſæ, ad Depilationes Gallicas præſtantiſſimum:

Evacuato optime corpore, & proba victus ratione inſtituta vtatur lixivio ex cineribus Ligni, Iuniperi, Pini, Lentiſci, & ſimilium, in quo bulliant folia Myrti, Abrotani, Roſarum

rum &c. cum Pineis, ex quibus nuclei ſunt extracti. Poſtea inungatur locus ſequenti unguento: ℞ Favi mellis, cum ſuis apibus ℥.ij. Pingued. viſi ℥.j. Pul. Abrotani ℥.ß. Miſceantur ſimul, optime ducendo in mortario, quæ bis aut ter quotidie loco depilata inungantur, & ſemper laventur, ſi opus fuerit, dicto lixivio.

Vnguentum Magii, prohibens caſum pilorum, & ortum eorum accelerans:

℞ Succorum Abrotani, Myrtillorum, ana ℥.j. Olei Seſamini, Laudani, ana ℥.j.ß. Spicæ ℥.ß. bulliant lento igne ad formam vnguenti. Aut Decoctum Guaiaci cum vino, melle & Laudano, ad mellis ſpiſſitudinem redigatur. Aut ℞ Laudani opt. ℥.j. Olei de Abrotano q.ſ. proformando Linimento. Aut ℞ Laudani, Papaveris nigri, Muſcarum, favi Mellis, ana ℥.j. pingued. vrſi q.ſ. Miſce, & fiat Linimentum in mortario, abluanturque loca bis quotidie cum Decocto Roſarum, Myrtillorum, Senæ, Abrotani, ana M j. Rad. Cannæ incisarum minutim, M.iiij. & bulliant in lixivio non forti. Aut cum decocto Lapathi, Myrtillorum, abſinthii, Abrotani & Meliloti, in aqua fontis Chalybeata.

Ex libro Italico, pro Pauperibus: ℞ Terebinthinæ part.j. Tapſiæ, part. iiij. applicetur poſt lotionem cum Malvatico. Aliquando & apponatur loco fel ♉. aliquando Sapo niger, cutem enim obſtructam aperit. Ruſticorum Capita lavabis vrina, poſtea per 4. hor. appone Calcis vivæ parti. Olei Roſar. Omphacini part. dimid. Rurſus abluantur lotio. Laudantur & Cantharides. Sinapiſmus in mento & Capite, Inunctio ex Oleo Laurino, cum Laſerpitio. Lixivium ex Radice Cannarum, Hyſſopo, Laudano, Aloe, Naſturtio.

Medicina optima ad colorem Faciei pallidum & Croceum:

℞ Succum Radicis Ebuli, & de eo imple vnam phialam vel bociam, & ipſam bene vndique impaſta, cum farina frumenti, & ore clauſo, pone in Clibano, quando ponitur panis. Quo piſtato & cocto, phialam extrahe, in qua invenies aquam clariſſimam, de qua dabis ℥.j. in vino claro & odorifero, ad bibendum, per Menſem.

VSVS ELLEBORI, EX NICOLAO MACHELLO, MVTINENSI, VENETIIS, ANNO, 1555.

Eligatur albus, intus candidior, pallidior foris. Niger, intus candidior, externa parte niger, vterque plenus & carnoſus, friabilis, in fractione non pulverem ædens (talis enim vetuſtatem ſapit) guſtui ſub dulcis, deinde acer, poſtremo fervidus. Vere vellatur, radice adhuc prægnāte, feſtucas habeat multas à radice vna pendentes, diſtentas, parvas.

Qui Elleborum ſunt ſumpturi, ſi difficulter vomunt, præparentur prius, aut per humectationem partium ſolidarum, cum cibo pluri & quiete per dies aliquot, aut per mitiora vomitoria, ex Raphano, Eruca, Salſamento veteri, Ptiſana cum Melle, Carne pingui, Amygd. dulcibus, Sem. Cucumeris & Peponum, melle maceratis, vino dulci & tepido. Vt eſt decoctum Raphani acrioris cum aqua, in qua Caricæ maceratæ fuerint, ana. Aut Segmenta Raphani per noctem in aceto mulſo rigata & devorata, ſuperbibendo nonnihil illius Aceti. Poſt duas horas, quibus leniter obambulet, multa tepida epota, digito vel penna Oleo intincta vomitus proritetur. Facta hac præparatione, ſaltem triduo à carnibus & aliis cibis craſſi ſucci, & potibus abſtineto. Poſtea Elleboro vtere.

Conſuevere feſtucas Ellebori Raphano infigere (à ʒ.ij. ad ʒ.vj.) & mane ex aceto mulſo devorandum præbere. Alii pro ſenibus & pueris, & in morbo non admodum difficili dant Infuſum eius, nam ʒ. v. macerant in aquæ pluvialis hemina media, per dies tres, Colatura calefacta propinatur, & hoc poteſt variari, pro circumſtantiis, pro viribus ægri & humore peccante.

Decoctum robuſtioribus competit, non minus & illis. In aquæ pluvialis hemina macerentur ellebori optimi ℥.ij. poſtea coquantur lento igne, ad tertiam partem aquæ. Colaturæ, expreſſo elleboro, tantundem Mellis deſpumati additur, & ad mellis craſſitiem decoctio fit. Datur magni cochlearis menſura, ad Summum Cochlearium duum. Poteſt & cum aqua calida, & cum alia Sorbitione admiſceri. Æger præparatus, vt ſupra, ieiunus ſit, & Alvi excrementa ſponte, vel cum Clyſteri prius deponat. Si opus ſit auxilio fortiori, ſique æger ſit robuſtus, & facile vomat, ſecto Elleboro vtimur: ℞ feſtucarum optimi Ellebori, ʒ.ij. aut ʒ. ij. ß. Secentur forticibus in fruſtula Seſani magnitudine, abiecto pulverulento, & detractis fragmentis tenuibus,

reſiduum in ſucco Piſanæ vel Alicæ coctum, edendum porrigito, & aliquid aquæ mulſæ vel puræ ſuperbibi iubeto. Ea vero pars Ellebori ſecti, quæ ſubſtantiam farinæ craſſioris habet, in mortario contuſa, ad ℥.j. cribrata tenuiſs. & parte tenuiſſima detracta, datur exhalica. Tenue rurſus contuſum cribratumque diligenter, ex melle cocto duriter, in Pilulas reformamus, & degluriendas propinamus.

Contuſus & tenuiſſimo Cribro excuſſus, non niſi audacioribus & aſſuetis eſt propinandus, (contineant Medicamētum ſumptum horis duabus, per quietem, poſtea moveantur, & vomitum proritent (Si Singultus ſuperveniat, Mulſam vel Rutæ decoctum propinato.

Si adſit magna perturbatio, cum metu ſuffocationis, Infuſionis Ellebori Cyathos tres propinato, aut acerrimo Clyſteri evacuato.

Valet ad idem, Galbanum, ad obulos iij. Sternutatoria fiant, & vomitus irritetur. Miteſcit enim ſingultus. Tandem & Cucurbitulis vtitor, ſecundum totam Spinam, præſertim circa vertebras Septi. Sic enim Os ventriculi dirigetur. Extrema vinciantur ac in frigidam mergantur.

Ad Ventriculi Vellicationem valent: Aqua calida vel frigida, decoctum Hyſſopi, vel Mellis, vel Rutæ, vel Pulegii.

Ad Animi defectum: Acetum, poma, panis calidus, vinum, Aviculæ toſtæ. Ad convulſionem: Inunctio artuum ex oleo dulci, Sicyonio, vel Cyprino vel ſimili, ex pinguedinibus, ex Acopis dictis, addito Caſtorio, nec non per Os ſumpto. Balneum ex aqua communi. Poſt purgationem detur panis in diluto vino maceratus, aut ex ſucco Vvæ acerbæ & melle. Si æſtuet à Cibo dato ὀμφακομέλι calida temperatum, deinde frigida temperatum. Vinum vetus & bonum. Alimenta boni ſucci.

Valet Elleborus, in morbis diuturnis & vehementibus: In Hydrope, Elephantiaſi, malo habitu, morbo Gallico, Comitiali, Paralyſi, Arthritide Podagræ, morbis Melancholicis. Dandus non niſi Robuſtioribus, carnoſis, temperaturis calidis, non gracilibus, non effæminatis, non exilibus & qui pectore ſunt exili & longo collo, quique admodum ſunt frigidi vel ſanguine abundant. Vitandus eſt etiā iis, qui laborant ſanguinis Sputo, difficultate Spiritus cum metu ſuffocationis, vel metu ſuffuſionis, vel capitis dolore calido, nec non quibus vterinæ ſuffocationes ſunt moleſtæ, vel Animi defectiones & vaſorum diſtentiones.

Tempus vtendi commodum Ver eſt, deinde Autumnus. Incommoda ſunt: Æſtas aut Hyems, niſi magna vrgente neceſſitate.

Lucas Chinus, Imolenſis: Vſus Præcipitati.

Coquatur hydrargyrum cum aqua ſegregativa aurifabrorum, in cucurbita, lento igne, donec aqua omnis exhalet. In fundo remanebit Præcipita-

pitatum. Aut in vitro collo oblongo, ponatur ſolum ad Cineres calidos, in collo enim adhærebit præcipitatum. Lavetur 40. diebus in aqua ſimplici, vltimo cum roſacea. Fiatque Electuarium cum ſucco Cydoniorum, Gummi Traganth, & Macere, pro paſta. Pilulas inde formato. Aſſumatur pingue aliquod iuſculum, pro muniendis inteſtinis. Detur præcipitatum non vltra gran. iiij. aut invalidioribus, v. Expurgat validè humores aduſtos, pituitoſos, & ſanguinis grumos impuros. Commendatur in Lepra, Morbo Gallico deſperato, Philtris. Simile huic eſt aurum vitæ adpeſtem, ſupra poſitum.

Fumanellus, de Elleboro nigro: Cortices Radicum conciſi (inquit de Peſte Cap. 8.) Cotoneo inſertes coque ſub cineribus, bis vel ter pomum immutando &c. Vide ibidem.

EXTRACTIO OLEORUM EX RADICIBVS SVCCINCTA.

Pro lib. ij. Radicũ, ℞ lib. vij. & dimid. gemmarum pinguium ex Picea aut Abiete, inciſarum. Reponantur diebus 14. poſtea affuſa aqua deſtillabis. Oleum hoc deſtillatum rurſum repone diebus 8. cum ℥. ix. vel x. Radicum, & tandem affuſa aqua deſtilla, primo manabit oleum Radicum, & ſic ex Angelica, Imperatoria, &c. Oleum parabis.

M. Antonii Apuli, Oleum Aniſi &c. Primum reponatur cum Sale, poſtea affuſa aqua vitæ putrefiat, demum addita aqua, deſtilletur communi more. Sic de omnibus, Salis opera, omnia facilè ſublimantur.

Aqua Roſarum præſtantiſſima.

℞ Aquæ Roſar. lib. j. Camphoræ, ℥. j. deſtillentur. Quidam pro lib. j. aquæ, addunt Croci ℥. ij. ac deſtillant. Quidam cum Muſcho, nempe huius ℥. j. cum lib. ij. Aquæ Roſarum. Alius deſtillabat cum pulvere Caryophyllor. nempe ℥. j. tuſorum, pro lib. j. ß. Roſaceæ. Deſtillatur & cum Santalis.

Cum torna Solis inter deſtillandum, præparata, colorem acquirit amethiſtinum.

VSUS OLEORUM AROMATICORVM. DOCT. BASILII BRVSSII.

Oleum Cinamomi: Dantur guttæ ij. vel iij. mane in ovo recenti, ad virium defectum, extra febrem. Sic datum, promovet partum & ſecundinam, confortat vterum. In initio hydropis quotidie dentur guttæ ij. cum Iure Galli.

Oleum Caryophyllorum: Præter alias dotes infinitas, eximie conducit ventriculo frigidiori, ſi fiat illinitio cum guttis 4. vel 5. miſtis cum oleo Amygd. recent. Dantur guttæ ij. ad Colicam. Cum iure pulli, confortat omnia viſcera, præcipue Cor, Splenis tumorem abigit. Anhelitum commendat, vterum confortat. Medetur ſuffocationi eiuſdem, ſi aqua miſtum inungatur locis muliebribus.

Oleum ex Succino:

Valet in Peſte, & in Rotulis, nec non Antidotis additum, præſervat ab Apoplexia, Epilepſia, cum aquis appropriatis, Tiliæ, ceraſorum, Lavendulæ. Curat etiam tales cervici inunctum & propinatum. Renes & veſicam à calculo expurgat, cum aqua Petroſelini, corpore prius expurgato. Partum accelerat, exhibitum, vel vmbilico inunctum. Medetur hyſtericis, naribus, & cordi inunctum. Valet in Cerebri fluxionibus, Cordis palpitatione, adeoque omnium viſcerum debilitate.

Oleum Nucis Moſcatæ:

Duæ guttæ Capiti anterius illinuntur, ad Catarrhum frigidum, bene confricando partem, prodeſt & vlceribus antiquis, Colicę, inunctum vmbilico cum Camemelino. Roſaceo miſtum, Orificio ventriculi inungitur, ad robur Cordis. In Syncope guttula imponatur linguæ, nec non in Paralyſi linguæ. Cum iuſculo pulli vel Caponis bibunt, ad confortandum Caput, Cor, ventriculum & Epar.

Oleum Rutaceum:

Singulare hoc eſt ad Epilepſiam, & paratur ex Ruta diſſecta, aſperſſo eiuſdem ſucco, aut exarida, affuſa aqua calente, in qua prius eſt macerata.

Oleum Populeum:

Fit ex populi gemmis, prorſus eodem pacto, quo facimus Iuniperinum.

Oleum

Oleum Aniſorum:

Aſſumptum cum iure pulli, omnia confortat viſcera, medetur Vertigini, & omnibus Capitis affectionibus, ſi frequenter vſurpetur, præſervat ab Apoplexia, Paralyſi. Ante ſomnum aſſumptæ guttulæ iij. ventriculi inquietudinem ſedant, & fluxiones exiccant, præſertim, quæ pectus petunt. Epar & veſicam aperit, obſtructa. Cum aqua Caponum, aut oleo Amygd. dul. guttæ duæ datæ, proſunt Infantum epilepſiis. Matricem etiam roborat & partum facilem reddit. Vtiliter quoque ſumuntur guttulæ duæ, tempore Peſtilentiarum.

Oleum Fœniculi:

Similiter vt oleum Aniſorum omnibus prodeſt viſceribus, inprimis capiti, ventriculo, oculis imbecillibus, Memoriæ, nec non Nutricibus, lacte deſtitutis. Conſumit phlegmata, & renes calculoſos expurgat. Venenis mirifice reſiſtit, quare tempore Peſtis, nunc aniſato, nunc fœniculino, nunc Cinamomi oleo, mane vtiliter vtendum præcipiunt. In Epilepſia datur, quantum capit Avellana.

Aqua Aniſorum, ad Ventriculi roborationem, & flatus diſcutiendos longe præſtantiſſima:

℞ Aniſi lib. j. Cinamomi ℥. j. Macis, Nucis moſchatæ, ana ʒ. j. Caryophillor. ʒ. ß. Aquæ vitæ opt. Cantharum j. vel vini generoſiſſimi q. ſ. Deſtilla ad ſufficientiam, Lege Artis. Vltimo affuſa aqua, & aucto igne, prodibit oleum. Poteſt addi & ſeminis Dauci ſylveſtris, cum ſimilibus. Poteſt & mitior parari, affuſo Reinfallio.

Oleum Carui:

Colicis inungitur circa vmbilicum, poſt vſum Clyſteriorum, flatus diſcutit, & concoctionem mirifice iuvat.

NB. Oleis iſtis non temere vtendum, niſi prius expurgato corpore, Gravidis etiam vltra guttulam vnam non præbeto,

Oleum Terebinthinæ fit, deſtillando eam cum vino ardenti, vt Iuniperinum, cum aqua fontis.

Oleum Iuniperinum.

℞ Lignum Iuniperi, munda à corticibus, & incide in parva fruſtula, & pone in bocia parva vitrea ad cineres cum ſuo recipiente. Primo fluet aqua, deinde oleum, per Alembicum.

Oleum de Vitellis ovorum:

℞ Vitellor. crud. pro libitu, & optime cum cochleari quaſſantur, deinde ponatur Cochlear vnum pro vice ſuper vnam tabulam ad Solem, & ſæpe revolvatur de latere vno ad aliud. Deinde minutim rumpatur & piſtetur, & pone in olla nova ad ignem, agitando cum baculo, quouſque fiat

 oleum

oleum, tunc enim per torculum exprime, deinde elambica per filtrum, ad Solem, & erit oleum, ad calorem Auri.

Oleum egregium, ſanans omnes frigidas paſſiones:

℞ Euphorbii, Sinapis, ſem. vrticæ, Glandium, Gallarum, Granor. Iuniperi, omnia pulveriſata bulliant in vrina q. ſ. per horas 3. Colentur, & per torcular exprimantur. Adde deinde olei Iuniperini, Myrtini, Laurini, Dialtheæ, Butyri recentis, Theriacæ, Mithridatii ana q. ſ. & denique omnia bulliant in vaſe duplici.

CONFECTIONES OLEORUM, ET ALIORVM MEDICAMENTORVM:

Oleum Lumbricorum terreſtrium, optimum fit ex Lumbricis, ſuſpenſis ad Solem, ſubiecto vaſe vitreo, vt ibi pinguedo eliquata excipiatur. Aut ponatur in lamina polita ad Solem, excipiendo pinguedinem affluentem in vaſe vitreo. Aut in maio menſe in vitro includantur maſſa panaria, & coquantur, invenies oleum Citrinum, optimum pro membris tabificis, præſertim ſi paretur cum Camphora.

Oleum Elidæi, de Andacocha (quod eſt Species Trifolii:)

Fit ex Seminibus contuſis, poſtea in Sartagine torrefactis, aut in patella, agitando ad ignem cum baculo, poſtea in petia ligatis, & ad torcular optime expreſſis. Eſt efficaciſſimum in Paralyſi, & aliis morbis frigidis. Elidæus cum eo cuidam Paralytico Bononiæ loquelam reſtituebat, meo tempore.

Oleum, ſeu potius Aqua Sulphuris præſtantiſſima:

Oleum ex Sulphure fit ex eodem trito bene, & in ollam poſito terreá, ea vero cooperiatur alembico Vitreo, aut Cacabo magno vitreo exuperante vndique ollám in Circuitu. Poſtea cum ferro candenti moveatur id circum circa, & Sulphur inflammatum edit fumum, qui non creſcit in Cacumine Operculi vitrei, & effluit in patinam ollæ ſubiectam. Eſt enim operculum id latius olla, & dum effluit, colligatur cum Spongia, & exprimatur in ampullam, & ſervetur. Ex libris v. Sulphuris, vix ℥. vna colligitur. Eſt efficaciſſima ad de albandos dentes, exiccat enim vehementer. Vtor eo & in vulneribus

Galli-

Gallicis,& in Virga,licet primo mordet,ſed poſtea dolorem & vlcus auſert. Ardor eius extinguatur cum albumine Ovi conquaſſato & iniecto, aut cum vnguento de Ceruſſa, aut butyro loto. Valet & ad ulcera prava gingivarum & oris in pueris, ad Gangrænas, ad verrucas, & dealbat dentes.

Oleum Nucis Moſcatæ, Manardi:

℞ Amygdalar.mund.part. ij. Nucum moſcat.part. j. Contuſa ferventur in vaſe per diem, & poſtea in ſacculo lineo cum torculari exprimantur. Præcioſius ex Nucibus Solis per deſcenſorium parari poterit. Vel cõtuſis ad quart.℥. in vitro anguſti orificii infunde ℥.ij.Roſaceæ, & poſt horam coque in pelvi, & per torcular exprime in ſacculo.

℞ Nucum Moſcat. Macis, vini optimi,ana ℥.iij.Butyri recent. lib.ß. Stent in loco calido, per dies 5. aut ſex,poſtea coque,ad caſum vini, & Colens coletur.

Oleum Martis optimum:

℞ Limaturæ ferri ſubtiliſſimi & puriſſimi lib.ß.Silicis albiſſimi,lib.ß. Miſceantur pulveriſata. Deſtillentur per Retortam ſive arenam, primo lentiſſimo igne, emanabit aqua, deinde oleum rubeum, referens odore Balſamum.

Oleum Giametinum, Lucæ Chini, Imolanenſis:

℞ Succi Apii, Millefolii, Calendulæ,Roriſmarini,Plantaginis, verbaſci, ana ℥. vj. Succi Rutæ, Abſynthii,Conſolidæ,Laurentinæ,ſeu conſol.mediæ,ana lib.j. Succi Laureolæ, Reſinæ pini, olei communis, ana ℥. ij.Galbani, viti.æris, ana ℥. iij. omnia,excepto vir. æris,ſimul ferveat ad ſuccorum conſumptionem, tunc adde Gummi Laricis,Olei Abietis, ana ℥.vj.Colentur omnia,& tunc adde virid.æris rude,ſemper diligenter agitando.

Oleum Aniſi optimum:

℞ Sem.Aniſi, ſubtiliter pulveriſati,lib.j,Aquæ puriſs.q.ſ.pro magnitudine bociæ,& fiat ſ.a.lento igne,vſque dum caleſit & bullire incipit, poſtea fortiter deſtillentur, donec emanet aqua ſine oleo.Oleum hoc ſepara,& reſerva.Lib.j. Sem.dat. ℥. iij. alias ℥.iij.

Muſcatæ lib.j.dat ℥.v.

Charyophyllorum oleum: ℞ Caryophyllor.lib.ß.pulveriſentur optime, aquæ puriſſimæ q.ſ.pro magnitudine bociæ,& dat ℥.vj.

Vel ℞ Caryophyllor. ℥.vj. Olei Amygdalar.dul.℥.x. & deſtillentur in alembico.

Oleum Piperis: Libra j.dat ℥. j. vt ſupra. Pars aerea tantum aſcendit, & ſubtiliſſimum facit oleum. Ignea manet conſtanter in ſubſtantia ipſius, vnde & poſt deſtillationem iis ad condimenta vtimur. Aromata, grana Iuniperi ligna ad lib.j.Specierum, exigunt 2.& ß.menſuras Norinberg.

Aquæ

Aquæ optimæ. Ex ſpeciebus ſpacio iij.hor.omne oleum poteſt extrahi.

Oleum mirabile, Franciſci de Novalibus, ad Paralyſin & imbecillitatem Nervorum.

℞ Terebinthinæ claræ lib. *j.* Olei Laurini ℥.ij.Galbani,Gummi Elemi, ana ℥.vj. Gummi hederæ, Thuris maſc.Ligni Aloes,ana ℥.ij.Maſticis ℥.ß.Myrrhæ,Ladani,Aloes citrin. Caſtorei, ana ℥.ij. Trita iſta omnia cum ſupra dictis miſceantur, & permitte ſtare per dies iij.Iterum ℞ Galangæ opt. Caryophyllor.Cinamomi elect. Nuciſ.moſc.Zedoariæ,Cubebarum, ana ℥.ß.Dictamni, Conſolid. maior. ana ℥.iij.Omnia iſta trita pone in ℥. iij. Aquæ vitæ optimæ per dies 4. Poſtea dicta omnia ſimul miſce, & pone in alembico vitreo,ac bene obtura,lentoque igne deſtilla, primo exibit liquor,inſtar aquæ, qui vocatur Liquor Balſami,poſtea liquor Citrinus,in modum Olei,quem in propria ampulla excipies,&dicitur Mater Balſami, poſt illum liquor exibit niger,qui ſimiliter propria ampulla eſt excipiendus,& dicitur Hypobalſamus, ſeorſim ſingulos in proprio vaſe ſerva, & bene obturabis Cera vaſa.

Oleum Cinamomi: Cinamomi lib.j. fermenti id eſt Salis ℥.ij. aquæ,lib. ß. Miſce,& in vaſe vitreo, bene obturato, in loco calidiori ſerva quo ad putreſcat,poſtea deſtilla & vtere.

Oleum Liliorum alborum Aromaticum, Doctoris Bellocati:

℞ Cinamomi,Nucis moſcat. Caryophyllor.ana ℥.j.Styracis,Belzoini, ana ℥.ij.Moſchi in petia tenui ligati, gr.iiij.Olei lilior.albor.lib.ij. vini Aromatici albi,℥.vj.bulliant in vaſe duplici,ad caſum vini.Colatura reſervetur,eſt enim optimum in affectionibus vteri frigidis.

Oleum Ceræ:In deſtillatione prodibit ſevum album, & hoc rurſus deſtillato, prodit oleum cum aqua repetatur.

Matthiolus, ad Eraſtum:Oleum Ceræ paratur per deſcenſum, ſuppoſitis Silicibus,vt ſolet ex Electro extrahi, artificialiter.

Oleum Vitrioli Naturale & ſubtiliſſimum, dulce guſtu, quod quidem pro miraculo habetur:

℞ Vitrioli vngarici lib. iiij. tere ſubtiliſſime ſuper panario pone inpetiam donec exiccetur,tali modo in aliam parvam petiam imponas, & in magnam intrudas, & deinde bene perlutetur. Poſtea deſuper funde vini ſublimati rectificati vſque ad ſummum,lib.iiij. Deinde repone addigerendum,per dies 40.Poſtea deſtilla,& videbis oleum vitrioli natare in ſuperiori parte vini ſublimati. Oleum vero vitrioli commune permiſcetur cum ſua aqua, & propterea indiget rectificatione. Vide in Evonimo modum pulcherrimum, & paulo infra.

NB. Olea parantur tribus modis, Expreſſione,Infuſione, & deſtillatione.

Oleum

Oleum Myrrhæ:

℞ Aquæ Vitæ, quater ſublimatæ, lib. ij. Myrrhæ lib. j. Piſtetur hæc ſubtiliter, & ponatur in dicta aqua, & per annum integrum in vaſe vitreo optime clauſo ſub terra ſepelias, poſt annum elapſum exime, & invenies oleum. Vide Evonimum, fol. 123.

Oleum Tartari: Hoc fit ex Tartaro trito, vſto, in olla cocta fictili aut fabrili, contundetur deinde, & in penario vel loco humido, in vaſe vitreato aperto (vel in manica Hyppocratis, vt reliqueſcens defluat) ſuſpendatur. Sanat altiſſima vulnera.

Oleum ex Viperis, Doct. Falloppii:

Concidantur viperæ duæ magnæ, aut tres parvæ, in fruſta, cum omnibus partibus, idque fiat vere. Sole exponantur in phiala vitrea repleta oleo communi dulci, per æſtatem. Fit oleum rubens, & malè olens, quo nihil eſt præſtantius in Elephantiaſi, leproſa ſcabie. Huius lib. j. miſcetur, aut lib. ß. cum lib. j. Sevi Hircini ad ignem, pro inunctione.

O*leum Anodynum Venetianum, longe præſtantiſſimum:*

℞ Olei Roſati, Camomillæ, de Spica, de Abſinthio, ana ℥. j. ß. Olei Hypericonis, Ol. Lilior. albor. ana ℥. j. Flor. Camomillæ, Meliloti, Anthos, Salviæ, Squinanthi, Ivæ Artheticæ, ana p. j. Nuces Cupreſſi, num. ij. pingued. vituli, Anſeris, Gallinæ, ana ʒ. iij. Olei Vulpini, Anethini, ana ℥. ß. Sem. Hypericonis, ʒ. ij. Vermium terreſtrium, cum vino lotorum, ℥. j. ß. Omnia ſimul infundantur per noctem, in Cyathis duobus vini albi odoriferi, & deinde ſimul bulliant igne lento, ad vini caſum. Exprimantur poſtea fortiter, addendo Terebinthinæ clariſſimæ ℥. j. Croci ℈. ß. Miſceantur, & fiat oleum ſ. a. &c.

O*leum Antimonii aliud, optimum ex* C*odice antiquiſſimo:*

Antimonium & tartarum calcinatum, ana, trita, madefac oleo tartari aut aqua Salis. Coquantur ad Siccitatem, & fiat hoc octies. Tritis poſtea adde ✱ quartam, ac fluant optime, permiſta in Cucurbita lutata. Demum in Sacculo ſolvantur in Cellario in oleum, præcioſum ad aperiendos tumores abſque dolore, & mundificanda vlcera. Reponatur in vaſe Stanneo.

O*leum ex* Myrrha:

Pulveriſata elicitur repoſita in albo ovorum coctorum, exempto vitello, & intra dies 4. habebis oleum. Rurſus repone in Cellam, vt reſiduũ reſolvatur. Idem poteſt tentari in omnibus gummatibus. Mitigat omnẽ dolorem, à putredine præſervat, cutem & faciem clarificat.

Oleum Angelicæ, radicibus, deſtillatis cum Terebinthina.

Oleum Camphoræ Pontani, Solvetur Camphora in oleo Amygdalarum dulcium, affuſus ſpiritus vini, extrahit eſſentiam ipſius. Deſtillando ſeparatur Spirit. ab eſſentia.

℞ Camphoræ ℥. *ij*. pulveriſatæ adde p. *j*. arenæ candidæ ignitæ, & deſtilletur per retortam lutatã in flamma Carbonum, paulatim vigorando, donec retorta ex obſcuro incipiat candeſcere. Ignis ſic teneatur, donec oleum Aureum aſcendat, & nihil amplius ſequatur. Rectificandum hoc eſt, affuſo ſpiritu vini per ſublimationem in Bal. vel Arena.

Oleum, ſeu aqua mellis, Abbatis Breitingenſis:

Ponatur in Cucurbita vitrea, ut tertiam occupet partem, addendo Silices tres, inſtar Nucis, & deſtilla igne lentiſſimo. Feces, non aduſtæ, ſunt præſtantes in regeneranda Carne in dorſis Equorum, & vt lateat, additur parum Boli Armeni. Cucurbita prius oleo communi rigata, non ſinit ceram liqueſcentem exundare. Mel vero prius deſpumatum, facilius ſublimatur. Mel deſtilletur lente, addito Sale, prodit oleum, quod in butyrum concreſcit, aucto igne, oleum prodibit acrius. Alius deſtillabat cum arenulis ſeu lateribus tuſis, cum vitro tuſo miſtis, idque in retorta ex Cineribus. Ignis fortificetur cum Carbonibus, quibus collum retortæ debet cingi & tegi.

Præparatio Ellebori nigri optima, Docto. Curtii, Papienſis:

℞ Vini Cydoniorum & aceti q. v. quibus Elleborus ſex vicibus irrigetur, & exiccetur, & ſic erit præparatus, poſtea ſumatur pars ipſius, & infundatur in melle roſato, per horas 24. ℞ Deinde pil. Cochiar. ℥. j. Ellebori præparati ℈viij. cum melle Roſar. infuſionis Ellebori ſupra ſcriptæ f. Paſta, & deinde Magdalion.

Elidæus Bononienſis: Infundatur in ſapa, aqua mellis, aut ſyr. de Pomis, vt: ℞ Corticum Ellebori nigri, ſubtiliter pulveriſati ℥. *j*. ß. Cinamomi, Dauci vel Aniſi (vt ait Gal. in Reg. acut.) ana ℈ß. Pulveriſata infundantur per noctem in ſyrup. de pomis, & cum aqua bugloſſæ q. ſ. bis bulliant. Colatura exhibetur, & purgat ſine noxa bilem atram, in affectionibus Melancholicis.

Bellocatus: Extinctio Mercurii ſic fit, ℞ rad. & fol. Filicis, M. iij. Melonum (forte Limonum) Arantiorum conciſorum, num. iij. Decoquantur in aqua communi, ad conſumptionẽ medietatis, & fiat expreſſio in qua optime conquaſſetur Mercurius. Cum ſucco Limonum alii extinguunt, bene agitando cum in penna ſcriptoria, cuius ambo orificia claudantur digito.

Lucæ Gini, Piſani: ℞ Sulphuris part. hydragyri, ℥. iij. Terebinthin. p. Sulphur parum ſuperet Terebinthinam, teratur ſubtiliſs. rurſuſque addito hydrargyro, & teratur piſtillo. Poſtea omnia circumducantur, ac probe miſceantur, & fiat Linimentum, quo in Emplaſtris, vnguentis & aliis vtimur.

Deſtil-

Deſtillatio Terebinthinæ, & omnium Reſinarum, ex Abb. Bretingenſi:

℞ Lib. j. Terebinthinæ, iiij. teſtas nucum, olei olivarum, & deſtilla. (ne autem exundent, ſo thue Baumöhl in den Kolben / laß es wieder herauß:) Similiter & Cera, primo exibit, aqua alba, ſecundo Crocea, tertio rubea.

Deſtillatio Sulphuris: ℞ Lib. j. Sulphuris, Olei Tartari ℥. j. Miſce & deſtilla. Vel ℞ Sulphuris triti, Salis Alkali triti, ana, & affunde acetum deſtillatum, bulliant in olla tecta, donec ſiccentur bene, poſtea diligenter in alembico bene clauſo, in Cinere, cum incipit fluere guttis, ignem auge, donec nihil, amplius vaporum appareat. Vtile hoc eſt & Chymiſtis & Medicis.

Oleum de Rhabarbaro præſtantiſſimum Doctoris Magenbuchii:

℞ Rhabarbari electi, lib. j. ß. Agarici ℥. vj. Turbith. ℥. vij. Polypodii ℥. viij. Cinamomi, Santalor. omnium, Baccar. Iuniperi, ana ℥. j. Rad. Ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, Gentianæ, Iridis, Coſti, Aſari, Zedoariæ, Zinziberis, Galangæ, Enulæ Campanæ, Calami Aromatici, ana ℨ. iiij. Tormentillæ, carduibened. ana ℨ. iij. Nucis muſcat. Caryophyllor. Baccar. Lauri, Macis, Cubebarum, ana ℨ. ij. Sem. Acetoſæ, Portulacę, Been albi & rubei, Doranici, ana ℨ. j. Ligni Aloes, Corallor. omnium, Raſuræ Eboris, Maſticis, Spicæ, ana ℈ ij. Camphoræ, ℨ. ij. Spodii ℨ. j. Conterantur ſingula craſſiuſcule, ac miſceantur, & ſuperfundantur ſuccorum depurator. Boraginis, Meliſſæ, ana lib. j. Pomor. Arantiorum, Citriorum, ana lib. iij. Granator. lib. ij. Croci ℨ. j. Stent ſic in infuſione per triduum. Poſtea in vaſe duplici deſtillentur. Primo exibit aqua, & ſi videris guttam aliquam diverſi coloris aquæ innatantem, & craſſiuſculam, tunc ignem paulatim auge, & oleum alio vaſe collige, & vtrumque ſeorſim ſerva, in vitro optime obturato, & ad Solem ponantur per dies xx. Cave, ne vitrum diu ſit detectum, propter tenuitatem enim cito exhalaret. Oleum eſt Coloris punicei, gratiſſimi odoris, cuius gutta cum multa aqua agitata, totam reddit odoratiſſimam.

Vſus eius ſunt plurimi: Aqua omnes humores digerit. Oleum faciliter purgat, vt nihil ſupra, quo ſolo fere omnes morbos curavit in Anglia David Ergeſtus, Regis Chymiſta.

Aqua datur pro præparatione & digeſtione omnium humorum peccantium, per triduum, mane & veſperi ℥. ß. in ℥. iij. Decoctionis Endiviæ. Deinde datur Olei ℨ. ß. cum Seri lactis ℥. iij. Eſtque Doſis Mediocris, augenda ſecundum circumſtantias, habita tamen ſemper proportione adiuncti ſeri, vt ſint in ſextuplo.

Iuvat & curat omnes Tertionarios & Quartanarios, adminiſtratis recte vniverſalibus, adeoque in pu-

tridis cum optimo ſucceſſu exhibetur.

Vermes miraculoſe expellit & & mortificat,dando ʒ. ß. cum aqua Portulacæ,vel etiam cum vino.

In Morbo Gallico,ſi Patiens curatur Decocto Ligni, ſi ſexto quoque die ſemel oleum illud modo prædicto ſumpſerit, dimidio temporis citius curabitur. Prodeſt & Catarrhoſis,Cephalalgicis, vertiginoſis, ſcabioſis,Colicis,Nephriticis, iterando aſſumptionem duabus,tribus, quatuorve vicibus, vbi morbus contumacior exiſtit. Valet & ad retentionem Menſium, nec nō ad gonorrhęam,Item ad Podagram antiquam,ſi decimo quarto quoque die duas guttas olei iſtius in hauſtu Decoctionis Ivæ ſumant. Reſtituit etiam menti & ſanitati Melancholicos,Fiſtulas & vlcera ſordida purgat, & Cancros mire ſanat. In affectionibus vteri quibuſcunque prodeſt per os datum, & præſertim ſi ʒ. ß. olei cum ℥. iij. Decoctionis Matricariæ per Syringam iniiciatur, Spatio enim mediæ horæ peccantes materias educit plurimas,vnde vterus reſtituitur & ſic Steriles Mulieres,ex Copia materiæ pituitoſæ in vtero, fœcundas ſæpe reddidit,cum ſcilicet & per Os aſſumpſiſſent id cum aqua, & per vterum ter iniiceretur. &c. Iſta omnia multiplex eventus ſæpiſſime comprobavit.

Succus de Rhabarbaro longe nobilis, Doctoris Magenbuchii Secretum:

℞ Aloes Citrinæ,lotæ ſepties cum ſucco Roſarum rub.℥.j. Rhabarbari optimi ℥.ß. Agarici optimi ʒ. ij. folior.Senæ Oriental.℥.j.Spicæ,Maſticis,Roſar.rub. Zinzib. Ligni Aloes, Cinamomi, Styracis liquid. ana ℈ß. Infundantur in bona aqua vitæ, excepto Aloe,& per Menſem ſtent in putrefactione. Deinde fiat expreſſio & coagulatio,cum Aloe,vel ſimili,vt ſaccharo.

Vſus eius eſt tutiſſimus, puerperis, infantibus,æſtate & hyeme. Pro purgandis omnibus humoribus, adultis magnitudine Avellanæ maioris, detur vff einer Oblaten/ einem Jüngen aber halb ſo viel. Spiſſior factus ſuccus diluatur aliquot guttis optimæ aquæ vitæ. Acuitur, ſi opus, granis duobus Diagridii. Poteſt omitti Aloe,& poni duplum Rhabarbari & foliorum Senæ.

Die Stärck-Latwergen / *Secretum præſtans Doctor. Stephani* Wildten/ *Cygnæi, mihi communicatum à Comitiſſa Hennenbergenſi, in Rudelſtadt. Anno.* 1558.

℞ Croci integri,Sant.rubei, ana ℥. ß. per noctem macerata in aqua ardente optima, terantur ſubtiliſſime. Paſſular.ab arillis mundatar.℥.j.Sacchari Candi, vel albi optimi ℥.ij. Trita miſceantur, & cum prioribus terantur. Adde poſtea Pulveres ſequentes,rurſus omnia ſimul contundendo: Angelicæ ℥. ß. Corticum Citri, Pim-

Pimpinellæ, Ariſtol.longæ, Valerianæ Sativæ, Tormentillæ, Diptamni noſt.ana ℨ.ij. Gentianæ, Galangæ, ana Zedoariæ, Calami, Terræ Sigill. Boli Armeni, Gingiberis, Galangæ vulgaris, ana ℨ.j.ß. Sint omnia electa. Sandalor.citr. ℨ. j. Oſtrutii Eboris, Cyperi rot. Macis, Nucis moſc. Cinamomi, Sem. Acetoſæ, Baccar. Lauri, Serici Crudi, Agalochi, ana ℨ.ß. Folior. Auri finiſſimi, Oſſis de Corde Cervi, Raſuræ vnicornu, Limaturæ Argenti fini, ana ℥. ß. Margaritarum ℨ. ij. Lapid. 5. precioſor. ana ℨ.j. tritorum ſc. marmore, Camphoræ ℥.iiij. Camphora teratur in mortario delinito oleo amygd.dul.xv. ibi tritorum. Vltimo adde Theriacæ optimæ lib.ß. Omnia per horam fere contuſa probe miſceantur, addendo ſimul ℥.j. vel ℥.j.ß. Rob de Ribes. Si areſcat, adde de dicto Rob. cum aqua ardenti optima. Datur vt Theriaca in Peſte, & ad omnia venena.

Das rothe Gülden Waſſer / *ex Præſcripto Deſtillatoris Eximii Georg. Zorns, Schleuſingenſis:*

℞ Vini ardentis optimi (toties deſtillati, donec pluma immiſſa fundum petat, & rectificati, quod fit, ſi fodiatur in Cella humida in arenam, donec eo ſit vtendum) q.ſ. pro rigandis ſequentibus ſpeciebus, ſ. per duas noctes, bis, & toties mane ſervetur Colatura, affundendo recens.

℞ Cinamomi electi, & inciſi ℥.viij. ſuperinfunde vinum ardens rectificatum, ita vt tegat canellam, & elapſa nocte, aſſervetur liquor ſeorſim, rurſus affunde per noctem, & reſerva cum priori.

℞ Galangæ, Rad. Pœoniæ, Salviæ, granor. Paradyſi, Iridis Illyr. Sem. Aniſi, Angelicæ, ana ʒ.vj. Cubebarum. Zinzib. Zedoariæ, Piperis longi. Roſar. Rub. Rhapontici, Nuc. moſchat. Calami albi, ana ℨ.iiij. Stœchados Arab. flor. Boraginis, Bugloſſæ, Sandalor omnium, Sem. Ameos, Ligni Aloes, Cardamomi, Piperis rot. Macis, granor. Peoniæ, flor. Anthos, Rhabarbari, Sem. Citri, Corticum Citri, Maioranæ, ana ℨ.ij. Croci ℨ. j. ß. Sem. fœniculi ℨ. ß. Oſſa Cordis Cervi, num. vj. vel viij. Moſchi gr. vj. vel plura, Ambræ gr. iiij. Zibeti, gr. viij. Præter iſta tria vltima (quæ in linteolo raro, Serico rubro debent in aqua demum elaborata ſuſpendi) omnia reliqua trita craſſiuſcule debent poni cum vino ardente, vt ſupra dictum, nemblich / aller Abzug mit dem Abzug von der Zimmet ſoll in ein groß Glaß zuſammen gegoſſen werden. Deinde ℞ Cretici æquam partem, in quo bulliat lib.ß. ſacchari Candi, deſpumando, in olla nova vitreata. Refrigeratum affunde ſuperiori, ac in vitreo vaſe magno aſſerva, ſuſpendendo ibi ambram, vt dictum, & erit perfectum.

Materiæ huic, ex qua maxima virium pars extracta eſt, affunde rurſus ardens vinum, per 24. hor. & amplius, tam diu hoc agendo, donec nõ amplius rubedo appareat. Tunc ℞ Caſtorei tuſi ℥.j.ß. affunde vinum ardens in peculiari vaſe, vt ſupra, per

hor.24.adde fecibus prioribus, rurſus affunde, donec nulla reſtat rubedo.

Tunc ℞ Sinapi albi triti & tuſi ℥. iiij. Similiter vt cum Caſtore factum, vis ipſius extrahatur. Idem fiat cum ℥. j. granor. Thymeleæ in vaſe peculiari. Poſtea hæc aqua ſervetur, optima pro membris reſolutis, tabidis, dolentibus, calefactis prius cum pannis, vt mane & veſperi rigentur. Ciet & Menſes, ſi Ilea calefacta inunguntur.

Aqua Aurea præſtantiſſima, Imperatoris Maximiliani ſecundi:

℞ Lilii Convallii, ſextarios iij. affunde Cantharos iij. vini generoſiſſimi, & poſt 14. dies deſtillentur bis ſupra floſculos. Aquæ demum adde Canellæ ℥.j.ß. Macis, Caryophyllor. Galangæ, Zinzib. Zedoariæ, ana ℥.ij. Cubebar. ℥.iii. Croci ℥. ß. Trita ſtent in vaſe optime clauſo, donec adſint Lavendulæ flores, quarum ℞ Canthar. j. cum ſextario dimidio flor. Spicænardi. Inciſa ſtent per Mẽſem, cum priori aqua, fiat demum deſtillatio per Balneum Mariæ. Rurſus ſuper infunde floribus & Aromatibus. Pariter & Tiliæ floſculos demum poteris infundere, & habebis aquam divinam ad omnes morbos frigidos Cerebri, Cordis, Ventriculi & totius Corporis.

Aqua Vitæ, Abbatis Breytingenſis:

℞ Vini ardentis optimi, iij. Mens. impone M. iij. Paſſularum, & poſt octo dies coletur. In Colaturam pone Pulveres Aromaticos, & vltimo ambram & moſchum. In vitro vel vrceo lapideo in arenam humidam repone in cella, bene clauſum, per Menſem, quotidie bene agitando.

Aqua Vitæ Ducißæ Wirtenbergenſis præſtantiſſima:

℞ Salviæ nobilis tres quadrãt. lib. Anthos, Lavendulæ, Betonicæ altilis flor. flor. Caryophyllor. ana ℥j. ß. Maioranæ, Rutæ, Menthæ, pulegii, Hyſſopi, Meliſſæ ſeu Matricariæ, ana ℥. j. Omnia minutim incidantur. Cinamomi, Caryophyllor. ana ℥. j. ß. Macis, Nucis moſchat. Galangæ, Zedoariæ, Gingiberis, Iuniperorum, Corticum Citri, ana ℥. ß. Fœniculi, ℥. j. Terantur, & cum vini pondere ad omnia triplicato (h.e. lib. vij. ℥. iij.) ponatur in vaſe Stanneo (ſitque vel Creticum vel optimum) ac ſtent per Mẽſem in cella. Demum fiat deſtillatio. Ponatur M. j. Salviæ in iſta aqua, & nuſquam vigorem amittet.

Nota, pro parandis Extractionibus:

Incoquendo Rhabarbaro, in Coctura vltima aquæ proportio ſit quadrupla ad Rhabarb. & coquatur lento igne donec emineat. Colatura expreſſa coquatur ad mellis conſiſtentiam cum ℥. j. Sacchari, aut ℥. ß. Maſticis, aut Liquiritiæ, vel Rad. Malvæ. In Balneo Mariæ, ne aduratur.

℞ Cartami ℥. iij. bulliat lento igne

in lib.

in lib.vj. Aquæ ad caſum part.tertiæ, vt reſtent lib.iiij. In Colatura rurſus bulliant Agarici ℥.j. Rhabarbari ℥.j. ß.Senæ ℥.ij.Coquantur vt ſupra,cum ſaccharo vel Maſtiche, acue cum ℈j. vel ß.Diagridii.

Aqua Vitæ præſtans; & ſimilis fere dem rothen Guldenwaſſer.

℞ Pulveris Cinamomi ℥.ij.ß. Caryophyllor.℥.ß.Nucis moſc.Affuſa optima aqua vitæ macerentur (ſufficiet Cantharus) ad extractionem omnis coloris tunc ℞ Cretici,ana, in quo diſſolve ſacchari candi ℥.iij.Refrigeratum affunde Colaturæ extractæ,& aſſerva pro vſu.Poteſt & cum Moſcho & Zibeto parari.

Aqua vitæ ſimplicior, eſt optima.

℞ Cinamomi electiſſimi lib. ß. Cardamomi,granor. Paradyſi, Caryophyllor.Ligni Aloes,ana ℥. ß. Galangæ,Santali vtriuſque,Roſar. rub. ana ℥.iij.Nucis Moſchatæ,Macis,ana ℥.j.ß.Moſchi,Ambræ,ana ℥. ß. Omnia infunde in x.ſextariis Aquæ vitæ puriſſimæ,in vaſe diligenter clauſo. Colaturæ adde tantundem Malvatici,& repone pro vſu.

Quinta Eſſentia Roſarum Doctoris Pontani.

Roſas tuſas in Cucurbita pone,ad dimidiam, ac ſuprapoſito alembico in Cellam tribus noctibus repone ad putrefaciendum. Deſtilla poſtea in Balneo Mariæ, donec nulla amplius gutta exeat.PoſteaRoſis eodem pacto putrefactis in Cella, hanc Aquam infunde, alembicum demum mundum reple Roſis rubeis, non compacte,ac cum fruſtulo lignei Cribri claude, Cucurbitæque dictæ ſuperpone,factaque lutatione optima, fiat deſtillatio in Balneo Mariæ. Sic odore & Sapore Abſynthium & reliqua deſtillabis omnia.

Muſtarda optima Venetiana.

℞ Pulpæ Cotoneor.cribellatæ lib. iij,Sinapis albi lib.j.Pul. Cinamomi ℥.j.Caryophyllor.℥.j.ß. Zinzib.℥. ij. Sem.Aniſi, Carui,fœniculi, Coriandri,Cardamomi,ana ℥. ß. Vini optimi q.ſ. ℞ Sacchari fini part.j.pulpæ part.ij.

Aliquot modi,parandi Muſtartam Italicam.

℞ Sinapi,& per biduum maceretur in aqua, ſæpe aquam mutando, demum cum Amygdalis terito, adde panis albi pulpam tritam, & aceto tempera,vt fiant liquida, ac per Colatorium exprime,adiice tandem ſacchari & Aceti,quantum voles.

Sapa fit,coquendo partes vini v.ad caſum partium iiij.

Aut tere cum Sinapi uvas paſſas, panem toſtum,aliquid Santalorum,Cinamomi,Aceti & ſapæ,plus minuſve, pro placito,trita & miſta per colum exprime.

Alia Muſtarda optima: ℞ Sacchari clâ-

clarificati, lib. j. Cinamomi triti ℥. j. Zinziberis albi, tantundem, Caryophyllor. ℥. ß. Sinapi tuſi optime ℥. vj. Miſce & terantur, vel molantur. Pro Saccharo poteſt ſumi mel vel Sapa dulcis.

Muſtarda præſtans alia: ℞ Mellis lib. ij. Aceti Cyathum j. bulliant in vaſe, & deſpumentur. Colentur per pannum, & iterum bulliant ad conſiſtentiam Mellis. Adde demum Sinapi purgatum acri Aceto, ac miſce inſtar Electuarii. Sæpe guſtetur an ſatis acris ſit, & tantiſper augendum Sinapi. Tandem ℥. ß. Cinamomi triti cum parva Roſacea addatur. Pro melle Sapa melius & iucundius ſumitur. Purgatur Sinapi, ſi in pollinem tritum in vaſe, aceto acerrimo affuſo, bulliat, bis deinde quotidie per 8. dies agitetur, vt amaritudinem exuat, & aceto miſtum formam Electuarii repræſentet.

Bellocatus: Dia Sinapi fit ex Carne cotoneorum Sinapi, pipere, Cinamomo & melle.

Alia: ℞ Pruna, detractis Cute & nucleo, paſſam uvam exacinatam, ficus aridas detracta pelle, ana q. ſ. Bulliant in Sapa q. ſ. vt ex omnibus quaſi puls fiat. Deinde in mola terantur omnia, & Sapa pro diluendo affundatur. Adde Sinapi contuſi q. ſ. & parum Zinziberis, Cinamomi & Caryophyllorum.

Muſtarda Veneta optima: ℞ Pulpæ cotoneor. cribratę lib. ij. Sacchari lib. ß. Coquantur ad conſiſtentiam iuſtã, adde pul. Zinziberis, Caryophyllorum, Macis, Piperis, Cinamomi, Galangæ, ana ℥. ij. Pul. Sem. Sinapis incorporati cum aceto fortiſs. Corticis arantiorum lib. ß. Moſchi ℥. ß. Soluti Aceto, fiat miſtura.

Ein köſtliche vnnd vortreffliche *Muſtarda*, ſalſe / oder eintuncke zum Fleiſch oder Gebrathens.

℞ Friſchen Senff lib. ß. zerſtoß den in einem Reibtopff / mit heiſſem Waſſer daran gegoſſen / vnd reib jhn wohl / laß es alſo zugedeckt ſtehen / vff den andern vnnd dritten Tag reib jhn wieder / darnach geuß darüber 3. Kandten guten Moſt / Quitten in Moſt gekocht / biß ſie wohl weich werden / vnd durch einen Durchſchlag getrieben / ein halbes Pfundt / Caryophyllor. Cinamomi, ana ℥. ß. Omnia bene miſceantur, & ad vſum ſerva. So du dieſe muſtarda nicht ſehr ſcharpff haben wilt / geuß mehr Moſt oder ſüſſen Wein darein / ſie iſt ſehr lieblich / vnd reitzt den Luſt zur Speiß / vnd fürdtert die Däwung.

Meerrettig Latwergen zu machen / *Doctoris Cantiunculæ*:

℞ Raphani lib. ß. Zinziberis integri ℥. ij. Sacchari fini lib. j, ℥. ij. Zinziber maceretur per noctem in lixivio, mane abluatur aqua fontis ac ſcindatur minutim, poſtquam prius in aqua fontis aliquoties bullierit. Scindatur & radicula, ac cum Saccharo diſſoluto in aqua Borraginis, coquatur,

tur, facta aliquali coctura Sacchari & ZZ. addatur, ac ſimul bulliant agitando cum Radicula, donec inſtar Electuarii fiat. Valet in Calculo, ſi ante Cibum horis 2. vel 3. ſæpius ſumatur.

Salſa præſtans: ℞ Piperitidis, Menthæ, Betæ, Oxalydis, ana q.v. demptis pediculis terantur cum micis panis albi, rigatis vino vel aceto, & cum micis panis dulcorarii, gerieben Leckkuchen/treibs wohl durch cum dicto Aceto, vel vino, additis Aromatibus, & reſerva in olla vitreata.

Quitten Safft: ℞ Succi depurati, Cantharos iiij Sacchari, lib. j. ß. Coquantur ad ſpiſſitudinem iuſtam.

Aliud Acetoſum: Succi depurati lib. iiij. Aceti, Sacchari, ana lib. ij. Coquãtur ſ.a. valet contra ſitim in febribus, Cauſone, Peſte, Epatis inflammatione, in venenis, vomitu, ad aduſtiones.

Mel Roſaceum, fit dupliciter: ℞ Roſar. rubearum, non omnino apertar. lib. ij. Mellis deſpumati lib. vj. Coquantur ſimul & Colentur.

Vel ℞ Roſar. ſemicluſar & tuſarum lib. ij. aquæ pluviæ lib. iiij. Coquantur ad dimidiam, poſtea expreſſis, adde Succi Roſarum dictarum, Mellis deſpumati, ana lib. iiij. Simul bulliant ad craſſitiem vel conſiſtentiam ſacchari.

Mel Roſaceum Doct. Mitthobii:

℞ Succi Roſarum, ſextarium dimidium, Mellis deſpumati Cantharum j. Coquantur ad caſum partis tertiæ, Mel Roſaceum præſtantiſſimum. Sic & Mel Hyſſopinum paratur.

Der lautere Quittenſafft *Doctoris Burckhardi Mithobii.*

Cydonia bene matura & flava, mundata omni ſorde, ac exemptis particulis nigrioribus, ad laminam perforatam confringantur vſque ad ſemina. Quinque pomis ſic defricatis, ſemper fiat expreſſio ſucci per pannum lineum (ſi plura ſimul exprimuntur, ſuccus fit obſcurior, & non ita ſplendens & flavus) Succi expreſſi quando Cantharum habebis, in olla nova, non vitreata, lota bene aqua calente fruſta expreſſa ponas, & adde tantundem aquæ, & clauſo operculo coquantur ad Carbones, donec bene molleſcant. Succum expreſſum cum ℥. iiij. Sacchari albi & depurati coquito, demum per pannum lineum optime percolatum cum expreſſo dictorum fruſtulorum coctorum rurſus coquito ad conſiſtentiam, donec poſſit in Scatulas fundi. Scatulæ ſtent in hypocauſto calido, donec ſuccus fiat ſolidior & concreſcat.

D. Mithobius, De *Cornu Cervino.*

Fruſtula Cornu in olla clauſa, vt noſti, bene vrantur, donec Cretæ cãdorem habeant. Exempta tere, & per Setaceum cribra. Libris duabus Cornu vſti in vitro affunde ſextarium Roſaceæ, ac in chartam effuſum omne, ſine exiccari. Rurſus tere, affunde, & exicca. Idque tertio fiat, tunc Roſa-

ceæ ſextarius dimidius, in quo ℥. ß. Camphoræ diſſolvatur, affundatur ac & prius teratur vltimo in pulverē, vel antequam areſcat in rotulas funde. Vſus eius eſt ad Peſtem, omnia Venena, Dyſenteriam, Vermes, omnes fluxiones, vnd zum Gliedwaſſer. Sudorificum eſt in Cutaneis morbis egregium.

Oleum Vitrioli optimum.

℞ Lib. vj. Vitrioli Romani, dimidium calcinetur modice donec rubeſcat. (Calcinatur autem Vitriolū, ſi, vbi ignitum fuerit in olla vitreata, infundatur modicum Aceti boni) ℞ Vitrioli, ac in olla ad Carbones ponatur, ſemper agitando, ne vratur, liqueſcit in aquam. Cum inſtar pultis liquidioris concreſcit, refrigeretur & coaguletur. Tritum ſubtiliter pone ſuper furnum, vel ad Solem, vt omnis humiditas extrahatur. Rurſus teratur, & in vrceo Waldepurgenſi, vel ſimili, perlutato cum luto Sapientiæ, pone in furnum, qui latis tegatur lapidibus, & habeat ſpiracula, addito receptaculo cum perlutatione (℞ Ceræ part. ij. picis part. j. Ziegelmehl part. j. miſce, & cum pergameno iniiciatur commiſſura, cui ſuperpone lutum, ſi vis reſerare, adhibe cādelā ardentē, vt liqueſcat, lutū) fiat Deſtillatio ſ. a. paulatim augendo ignem, donec Spiritus appareant albi. Fumus hominibus arboribuſque eſt noxius. Tandem da ignem fortem cum lignis, poſt primum ſc. triduum, vſque ad diem ſextum, vt prodeat oleum rubicundum oderatum. Vrceus vndique & ſuperius cingatur carbonibus, vt Spiritus omnes ex capite mortuo eliciantur. In ſumma tegatur cum cooperculo & Cineribus, ne calor poſſit exire. Finito opere, oleum ſpacio diei reſideat, rectificetur in Balneo Mariæ propter phlegmata. Poſtea in arena, propter feces. Servetur in vaſe vitreo.

Vſus: Duæ guttæ, vel vna proiiciatur in hauſtum aquæ vel vini, datur pro morbis plurimis, mirabiliter, & in Quartana.

Ex antiquo Codice: Vitriolum in olla aperta, aut Cacia ferrea, vel ſuper tegulam ignitam, decies Aceto deſtillato, extingue. Poſtea deſtilla L. A. coagula, & iterum aſſato, & erit rubeum.

Welſche groſſe Nüß einzumachen/ *ex Pharmacopola, Caſparo* Mendt.

℞ Nuces ante Feſtum Margaretæ diebus octo, vel circiter (antequam cortex interior dureſcat, ipſæ vero humiditatem depoſuerint) pone in aqua fontis pura, donec incipiant nigricari & molleſcere, nam quotidie defundendo bis, & novam affundendo. Poſtea perforatas ſpecillo ligneo, aqua coquito, donec molleſcant probe. Foramina mox repleto canella, Caryophyllis, Zinzibere, Nuceſque in ſaccharum depuratum, aut eius loco mel purum & deſpumatum ponito. Bulliant ſimul omnia, & in olla

olla vitreata reponito, aſſervatoque bene clauſam ollam, in loco frigido.

Junge Kürbes einzumachen / *modus Doctoris Burch. Mithobii.*

Fructus, inſtar digiti longos, teneros accipe, ac pone ſtratum de foliis vitis & tota herba Anethi, & aliud ſtratum de fructibus dictis, idque fiat alternatim. Idque in vaſe mundo ligneo, & deſuper funde aquam, in qua Sal ſolutum fuerit (& id fiat pro vt magis vel minus Salſum placet) & quæ, facta reſidentia, rurſus clara eſt reddita, impone lapidem, vt ius hoc ſuprà natet.

Eſſig zumachen ℞ Fecem Vini, pro obulo, piperis longi ℥.j. Miſceantur, de hoc ℥.ß. mitte in Cantharum vini. Aut in Cantharum vini impone ℥.j. piperis, vel Rad. Imperatoriæ, & pro duobus nummos vinum ardens. Aut in Cantharo vini ſæpius extingue Chalybem inſtar digiti longum; & poſtea raſam Pirethri radicem impone, facit egregie acerrimum. Vel fac vas terreum ex Argilla, cum Aceto ſubacta, in hanc funde Acetum, & ſuſpende eam in calorem furni, ſuper ignem. Vel pro menſura vini ℥.j. Piperis aut Pirethri. Hordeum toſtum ad nigredinem, intra biduum facit acetũ. Arnillas uvarum macera aceto forti, rurſus ſicca, & iterum macera, idque pluribus vicibus. Huius pulveris modicum imponatur vino acetando.

Conditura Fœniculi Summitatum Ribes, Limonum, Aniſorum & ſimilium.

℞ Acetum bene ſalitum, decoque, detrahendo ſpumam. In eo pone Comam fœniculi in vaſe; deſuper gravem ponendo lapidem, vt ius ſupernatet. Quidam ponunt ſtratum fœniculi, & Stratum Salis, alternatim. Sed hoc modo Herba fit nigricans. Priori modo virorem egregie retinet. Italicum hoc eſt. Experies idem in ſummitatibus aliarum Herbarum.

Zinziber coctum Auguſtanorum.

℞ Pul. Zinzib. ℥.vj. Cinamomi electi ℥.ij. Nucis moſchat. ℥.j. Caryophyl. ℈ij. Macis ℈j. craſſe incidantur, ſacchari ſoluti Roſacea ℥.xvj. & fiant Lege Artis Morſelli. Parabis ſolutivum, ſi ſumatur Sachari ℥.xij. Specier. ℥.x. Diagridii ℥.ij.ß. Vel ℞ Zinzib. ℥.ij. Cinamomi, Caryophyllor. ana ℥.j. Galangæ, Nucis moſchat. ana ℈j. Croci gran. 14. Turpeti ℈j.ß. Diagridii ℥.iij. Sacchari ℥.iiij.

Gebacken Jngber: Sacchari lib. j. triti, bulliat in aqua Roſarum aut ſimili, q.ſ. pro humectando, donec in margine incipiat concreſcere, perpetuo agitando. Remoto ab igne, adiice ℥.iij. aut iiij. Zinzib. pulveriſati, optime miſce, vna cum pul. Nucis muſcat. Potes & Caryophyllos addere, & funde in aſſerem politum,

Saccharo vel farina aſperſum, vbi paululum induruerit, in placentulas oblongas ſecato, & reſerva.

Cortices arantiorum Citriorum, ſic condiuntur, macerentur aqua pura, donec pelluceant, demum aquam iſtam coquito cum Saccharo, ſimul incoquendo maceratos cortices. Hoc fiat primo die horis duabus, poſt biduum rurſus coquito per horam, elapſo biduo, rurſus coquito per horam, & elapſo biduo, rurſus. Demum aſſervato. Primum rigentur fruſtula, bidui ſpatio in acri Lixivio, rurſus rigata per diem aqua dulci, deponant acredinem lixivii. Poſtea coquantur cum vino, coctis affundе vel Saccharum vel mel coctum ad ſpiſſitudinem iuſtam, elapſo biduo, liqueſcit mel, vt ergo aqueum demas, rurſus coquito ad ſpiſſitudinem convenientem, & reaffunde.

Lauter Quittenſafft/ *Ducissæ noſtræ VVirtebergenſis.*

℞ Fruſtorum Cotoneorum ab interioribus mundator. M. ij. (quod capiunt duæ manus) Aquæ fontis Cantharum, coquantur in Sartagine ærea, donec probe molleſcant. Exprimantur in prælo, donec incipiat flavus color apparere. ℞ Sacchari, quantum eſt ſucci, ſitque in fruſta tuſum, coquantur ſimul, demendo ſpumam, ad conſiſtentiam quam cupis, poſtea funde in formas vel Scatulas, & Formæ rigentur aqua Roſacea Aromatiſata, ſi vis cum moſcho. Si tarde concreſcit, ponantur iuxta fornacem.

Die geſchnitzelte Quitten Latwergen.

Cotonea à putaminibus nigris mundata, cum aqua fontana; quæ ſupereminent, coque, donec molleſcant, & cutem facile deponi ſinant, qua dempta, in fruſta ſecentur parva pro placito tuo, & tenuia. Quarum ℞ Lib. ij. Sacchari tantundem, clarificati cum albo Ovorum duorum, & per manicam tranſmiſſi. Fruſta dicta in ſaccharo ad ignem lentum coquātur, agitando placide, ne adurantur, id fiat, donec ſaccharum in patinam Stanneam effuſum non defluit. Effunde demum in patinas vitreas aut ligneas, ac ſtent horis 40. in loco frigido.

Berberis, Botri conditi: Botros in Saccharum, dum coquitur, impone, ea fine vt coquantur aliquantulum. Exemptos in ſtanneis patinis repone, vt refrigeſcant. Ius vero vbi poſtea ad ſpiſſitudinem coctum fuerit, refrigeratum affunde dictis Botris, in vaſe.

Succus Berberorum: Baccas in aqua coquito probe. Exprime ſuccum, & ſaccharum pro voluntate adde, plus minuſve, pro vt dulce placet vel non, coque ſ.a. ad formam ſyrupi.

Succus Cotoneorum: ℞ Succi depurati per reſidentiam horarum 24. Cantharos ij. Mellis optimi, dimidium, Aceti ſextarium, bulliant deſpumando ad conſiſtentiam Mellis liquidi, circa finem addendo Zinzib. ℥j ß.

℥.j.ß.piperis longi ʒ.vj. Cubebarum, ʒ.iiij.miſceantur.

Diacitoniten Galeni præſtans.

℞ Succi Cotoneor. Mellis deſpumati, ana lib.ij. Aceti lib.j. Coctis modice & deſpumatis, adde Zinzib. ℥.j.ß.piperis albi ℥.j. Coquantur lente ad conſiſtentiam Mellis, poſſunt & alia addi aromata. Vt vero ſolutivum fiat, adde (pro lib.j.) ℥.ß.Scammonei, ac bene tritum compoſito ſubigatur.

ANTIDOTA VARIA ET PRÆSTANTISSIMA:

Antidotus Ducis & Electoris Saxoniæ, Auguſti, ex ipſius Chirographo.

℞ Rad. Valerianæ ℥.iiij. rad. Hirundinariæ ℥.j. Polypodii ℥. ß. ʒ.ij. Rad. Sancti Spiritus ℥.ij. rad. Ibiſci ℥. ij. Rad. vrticæ ℥.j. Angelicæ, ʒ. vj. Corticum Rad. Coccognidii ℥.j. In vaſe bene clauſo bulliant hora dimidia, in Aceto, eminente duobus digitis. Tectum vbi refrixerit, cola, adde grana Herbæ Iaridis xij. & pro ſingulis granis terna folia. Macerata ſiccentur, & in pulverem redigantur. Materiæ pulveriſatæ traiiciantur per Setaceum.

Theriaca communis optima, uſitata zu Wolffenbüttel.

℞ Rad. Enulæ ℥.iii. ʒ.vj. Ariſtol. rotund. ʒ.xx. Iuniperi, Zedoariæ, ana ʒ.ij. Ariſtol. longæ, Hyperici, Scabioſæ, Rutæ, Salviæ, Sabinæ, ana ʒ.vj. Betonicæ, Spicæ Romanæ, Lauri, Gentianæ, Dictamni, Oſtrutii, Tormentillæ, Calami, Aſari, Maioranæ, Rhapontici, Carui, Ammeos, Pimpinellæ, Maſticis, Angelicæ, Santal. rub. Myrrhæ, ana ʒ.ij. ß. Caſtorei ʒ. iij. Succini, Corallor. rub. Calamenthi, Abſinthii, ana ʒ. j. Meliſſæ ℥.ß. Zinziberis, Piperis nigri, ana ʒ.j.ß. Nucum iuglandium, xvi. Mellis lib. ix. Miſceantur trita diligentiſſime.

Alia Deſcriptio Theriacæ Communis.

℞ Ariſtol. rot. lib.j. Gentianæ, Baccar. Lauri, ana lib.j.ß. Myrrhæ lib. j. Trochiſ. de Squilla, ℥.iiij. Ireos, Roſar. ſiccarum, Succi Liquiritiæ, Cinamomi, ana ℥.iiij. Piperis nigri ℥.vij. Scordei, Rhapontici, Marrubei, tormentillæ, Dictamni albi, Rad. Angelicæ, Elenii, ana ℥.v. Stœchadis, Centaurii, Raſuræ Eboris, Cornu Cervi, gran. Iuniperi, Spicæ Celt. Hyperici, Valerianæ, ana ℥.iiij. Rad. Imperatoriæ,

riæ, Peucedani, Calami Aromatici, ana ℥.iij. Caſtorei, Sem. Dauci, Aniſi, fœniculi, Petroſelini Macedo. Ammi, ana ℥.ij. Cardamomi min. Caryophyllor. Croci, Galangæ, Zedoariæ, Zinziberis, Piperis longi ana ℥.j. Boli Arm. Terræ ſigill. ana ℥.ij.ß. Chalcitidis ben ſemiaſſatæ ℥.iij. Opii Theb. ℥.ß. Vini clari q. ſ. ad deſpumandum mel, & ſ.a. Poteris & rhabarb. Troch. Theriacalium & Crocemagmatis, ana ℥.j.ß. addere.

Antidotus præſtãs Doctoris Burckhardi Mitthobii:

℞ Angelicæ ℥.ij. Aſclepiadis, Polypodii, Rad. Sancti Spiritus, vrticæ, Ibiſci, Valerianæ, Leviſtici, Morſus Diaboli, Helenii, Caryophyllatæ ana ℥.j. Rad. Coccognidii, ℥. j. Bacoer. Partalianches num. vj. folia ſedecim. Coccognidium & Partalianches macerentur per noctem in vino, exiccetur & fiat pulvis. Verior deſcriptio infra eſt, quam Auguſtus Dux Saxoniæ dedit Georgio Erneſto, noſtro Hennenbergenſi &c.

Langius, Epiſt. 69. Cotonea melle condita, præſentia ſunt omnium deleteriorum alexipharmaca.

Medicamentum mirabile, ad Venena & Luem Peſtiferam.

℞ Camphoræ ℥.j. Zinzib. albiſſimi ℥.ij. Sacchari Candi ℥.iij. Miſceantur ſimul, & in vaſculo vitreato ſerventur, in loco frigido & ſicco, quod durat per annos 30. Doſis ℥.j. ad ℥.j.ß. cum vino & aqua. Sudet æger, & à ſudore venenum in linteaminibus deprehendet, nec non in vnguibus pedum & manuum, qui nigreſcunt poſt ſudorem. Probatum.

Antidotus MAVRITIANA, communicata mihi per Nobilem amicum & Dominum Philippum Schenckium.

℞ Valerianæ, Hirundinariæ, Chriſtwurtz/ana ℥.ij. Polypodii ℥.ij.ß. Angelicæ ℥.iiij. Corticum Rad. Thymeleæ ℥.j.ß. Rad. vrticæ ℥.j. uvas Lupinas, num. x. folior. num. xxx. Tuſa ſubtiliter bene coquantur in Aceto. Colata, in loco ſicco & frigido ſiccetur, & per ſetaceum cribrentur. Doſis ℥.j. in Peſte, & aliis morbis venenatis, cum hauſtu vini albi, & ſudet Patiens.

Pontanus: Quidam commendabat inſigniter hauſtum ſucci Paſtinacæ luteæ ad venenatos morſus & venena aſſumpta, & inprimis ad noxam Mercurii. Commendatur & pul. Seminis.

Rondeletius: Omnia pinguia & dulcia ex Diametro pugnant cum venenis. Mercurius præcipitatus ad quantitatem granor. iiij. ſumptus, ſanat venenatos. Vt Veſpas & Apes nõ lædant, accipe ſuccum foliorum Malvaviſci, & miſce cum oleo olivarum, & vnge vbi volueris.

Pulvis ad morſum venenoſorum:

℞ Fel. Milvi & ſicca in vmbra, & cum

cum eo parum ſucci fœniculi, & in vaſe vitreo repone. Hic pulvis & oculis confert, & à percuſſione venenatorum liberat. Cum eo voluerit vti, adde parum aquæ, & ſi percuſſio fuerit in parte dextra, pone in Siniſtra, & è contra.

Pulvis, ad Strangulationem fungorum optimus:

℞ Cineris ligni pyri, ℥. ij. Stercoris Galli ℈ ij. Dictamni Cretenſis, zedoariæ, Scordei, ana ℈ j. fiat pulvis, & propinetur cum aqua Tuneci ſeu Gentianæ, ſive cum ſucco pyrorum. Item folia & ſemina Myrti. Sal cum Oxymelite bibitum, nocumento Opii & fungorum ſubvenit. Item Nitrum vſtum cum aqua vel aceto nec non Stercus Gallinarum cum Melle.

Lixivium bibitum ex Cineribus Glandium, vel ficus, confertiis, qui Gypſum aſſumpſerunt.

Elidæus, in Punctura Scorpionis: Succus ſcabioſæ bibitus, efficaciſſimus eſt. Item Emplaſtrum ex aceto & Sale cum ſem. Lini. Vt & in punctura veſparum. Scorpio tritus & appoſitus.

NB. Pimpinellæ ſucco quidam ſe curavit, qui multum erat vſus Mercurio, vt elevato brachio in venis defluere videretur.

Magius: *In Morſu Canis rabidi* valent, Oxalis comeſta, & ſuper vulnere poſita, ſicut & Radix Cynosbati. Item Raſura Ligni Taxi. Item Balote cum Sale emplaſtrata. Pulvis Ducis Mauritii ad venena. Caſtaneæ tritæ cum melle & Sale.

Ad morſus omnium Animalium venenoſorum & non venenoſorum valent nuces cum Cepis, Sale & Melle. Item Pulvis Sulphuris cum Saliva & Vrina, aut oleo veteri, melle, aut cum Terebinthina vera Galeni. Ad Cantharides ſumatur Nitrum, cum aqua frigida.

Elidæus Bononienſis: Ad morſum Canis rabidi fiat Emplaſtrum ex ficubus immaturis cum melle, attrahit enim venenum, valet etiam in vlceribus, quibus effluit ſamia mellina. Lac etiam ficulnum linitum ſupra morſum ſerpentum valet. Ad morſum Canis etiam valet ſpuma Nitri cum Adipe Aſinino, inungendo.

NB. Piper & Cantharides, ana, pulveriſantur ſubtiliſſime. Doſis ℈ ß. cum vino pauca aqua diluto, vna vice datum ſanat. Pro pueris gr. v. vel vj.

Pulvis præſtans, ad Peſtem.

℞ Dictamnum album, Tormentillam, Corallos albos, Gentianum, Bolum Armenum, Terram ſigillatam, pulveriſentur ſubtiliſſime. Item ℞ Aquar. Endiviæ, Acetoſæ, Roſarum, Scabioſæ, ana ℥ j. Aceti q. ſ. cum his aquis calidis dabis pulverem, quantum florenus capiet, intra tempus horarum octo, ab hora invaſionis, &c. cooperiatur æger, vt ſudet quantum poteſt ferre. Quo Remedio multi liberati ſunt.

Ad Venenum: Bibatur Sal cum Oxymelite,

melite, aut 9. gran. Smaragdi bene triti, cum lacte Amygd. dul. & Aqua violarum & modico Aceti, maxime in morſu ſerpentum valet. Opii impreſſionem removet gutta Caſtorei aut Croci, aut Caſſiæ fiſt. auri inſtillata.

Aliud: ℞ Gentianæ lib. iiij. Rad. fœniculi lib. v. Rad. Apii lib. ij. ß. abluantur optime, & deinde incidantur ac decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad ſufficientiam. Poſtea in ſacculo exprimantur, & rurſus coquantur ad ſpiſſitudinem mellis, & in vaſe vitreo reponantur. Doſis ſit ʒ. ij. febricitantibus cum aqua, alias cum vino, ieiuno Stomacho. Valet & ad Hydropem, Dolorem Renum, Iliorum, Matricis, extrahit fœtum, purgat phlegma & aquas Citrinas. Confert Febri phlegmaticæ, & Ictericæ.

Potio mirabilis, ad quodcunque venenum.

℞ Succus Galli aut Gallinæ (non Caponis) bulliat in ſufficienti quantitate Aquæ in lebete, ad conſumptionem partis tertiæ, de qua remanente da in potu, mirifice enim expellit venenum.

Si times venenum in Cibo, comedas butyrum in bona quantitate, aut ſumas Bolum Electuarii confecti ex Nucibus, Caricis, Ruta, Terra ſigillata & Bolo Armeno. Similiter liberat ab eo ʒ. j. Terra ſigill. cum ʒ. viij. Lixivii, & ʒ. ij. butyri. Super locum demorſum ponas Culum Galli vnius poſt alterum, nam moriuntur. Sæpiſſime expertum.

Elidæus: Venenatum liberavimus, primo dando vomitivum, & quia nō erat aliud ad manus, exhibui oleum cum Lixivio, poſtea decoxi Stercus Gallinæ, & dedi, deinde fecimus Clyſtere. Poſtea dedi ʒ. ij. Theriacæ cum decoctione Gentianæ, Myrrhæ, Baccarum Lauri, & per dies 3. continuavi. Quartò miſi ſanguinē. Cibavi cum butyro, lacte, quæ à proprietate reſpiciunt venenum, & Iuribus pinguibus, & evaſit.

NB. Venenum detegit Cornu ſerpentis ſudans in menſa, ſi id adſit. Cauterium actuale iuvat ſtatim ad morſum venenoſum in loco puncturæ.

Ad morſum Canis rabidi, Cepam contuſam cum melle & Theriaca, ponendo prius ventoſam deſuper cum ſcarificatione. Cancri etiam vſti valent. Statim detur hauſtus ſucci Cotoneorum, qui etiam bis vel ter vulneri toto, prius frigida, imponatur cum petia & poſtea claudatur vulnus.

Cantharidum veneno reſiſtit Decoctum ſeminis Lini in Aqua aut brodio, Item Lac præſtantiſſimum ad Canis morſum &c. ℞ Pul. Gentianæ, Myrrhæ, ana ʒ. j. pul. Cancror. fluviatil. vſtorum, ʒ. ij. Dentur cum vino omni die, & pone ſuper morſum ventoſam cum ſcarificatione.

Lucæ Chini, Piſani, ad Venena, &c. ex Diſcoride & Galeno.

℞ Thuris part. j. Gentianæ part. v. Pul.

Pul.Cancror.fluviatil.(exurantur vivi in Sartagine rubra ærea.☉exiſtente in ♌.xvij.☽) part.x.Doſis eſt,cum Aqua,Cochlearis magnitudine, per 40.dies,à principio.Si enim ſit paulo poſt,dentur Cochlearia ij. Valentius eſt contra venena &animalium morſus,& minus faſtidioſum,ſi ex Radice Cynorrhodi detur iij.diebus Cochleare j.h.e.℥.ij.cum lactis ℥.iiij.ieiuno Stomacho.

NB. Adolescenti Bononienſi,cui amoris reconciliandi gratia ſanguis Menſtruus exhibitus erat, cum deliraret ſine Febre , Elidæus cenſebat quotidie propinandum cyathum lactis,in quo Pulvis Cancrorum fluviatilium inſpergatur,eſſe.Item Theriacam cum Aqua Hypericonis,& ſi vires tolerarent , etiam purgandum. Bononiæ.

Si venenum ex vulnere aut morſu profundius hæreat, quam vt poſſit Cucurbitis aut ſimilibus extrahi,loco bene abluto cum ſpongia ex lixivio calido ad rubedinem,ſequens impone Emplaſtrum:℞ Picis Navalis ℥.j. Salis Nitri ℥.ß.Sem.Sinapis ʒ.ij. Ceparum, Alliorum, ſub cineribus coctorum,ana ℥.iij.Aſæ fœtidæ, Sagapeni,ana ʒ.iij.Stercoris Columbini, ℥.ß.Ariſtol.rot.Dictamni albi,ana ʒ.j.Olei Lilior.albor.q.ſ. Tritis optime & miſtis,fiat Emplaſtrum , calidiſſime imponendum.Idem facit& Gallina ſeu columba diſſecta , ac impoſita,niſi intra Corpus ſit receptum venenum , aut deveniendum ad ferrum.

NB. *Communia in omni veneno epoto,quodcunque id fuerit ſunt:* vt cõfeſtim vomitus procuretur, Aqua tepida , oleo butyrove multo ingeſto. Lactis deinde hauſtu veneni acrimoniam retundere.Clyſteriis Item & ſolventibus medicamentis excretoriam facultatem proritare. Antidota mox exhibere, Vigiliam motumque potius imperare,quam ſomnum&quietem.Hiſce enim auxiliis,veneni quicquid conceptum eſt, foras exhauritur,priuſquam invaleſcat.

Adverſus omnis animalis Ictum, quod venenum vibrat, oris ſuccitio convenit,Cucurbitularum,cum Cutis ſcarificatione,admotio. Hæc venenorum in commune remedia.

NB. Ad multorum Animalium Venenatorum morſus,valet Sulphur ſi ſc.ſiccum inſpergatur Ictui,aut cũ ſaliva miſtum aut vrina maceratum , aut cum oleo veteri,vel melle , vel cum Reſina Terebinthina. Stercus Caprillum cum acero, bubulum ad morſus Veſparum & Apum. Gallinæ diſſectæ,& adhuc calentes impoſitæ, vt & ranæ.

Palmarii Pulvis præſtans,ad Morſum Canis Rhabidi:

℞ Folior.Rutæ,verbenæ , Salviæ minoris,Plantaginis,folior. Polypodii,Abſynthii vulgaris,Menthæ, Artemiſiæ ,Meliſophilli. Bethonicæ, Hyperic. Centaurii min.ana.Legantur omnia circa Iunii plenilunium,& ſiccata pulveriſentur.Pulvis hic præbeatur demorſis quotidie ʒ.ß. cum duplo ſacchari , ex vino vel iuſculo,

vel butyro aut melle, tribus ante cibũ horis. Detur ad ℥.iij. vel iiij. Præſentaneum hoc eſt Alexipharmacum pro omnibus Animalibus, modo non fuerint vulnerata in capitis parte dẽtibus ſuperiore, vel pars ſtatim à morſu aqua frigida fuerit elota. Præſervat ab hydrophobia, & curat præſentem.

NB. Retulit Fernelio Celebris & Nobiliſſimus Venator, Hydrophobiam præcavere certiſſime Pimpinellam, aliquot diebus vel diluculis in acetariis, vel alio quovis modo exhibitam demerſis.

Pulvis Hollerii præſtantiſſimus, in Singultu ex materia Venenata, adeoque omni ex Veneno affectu:

℞ Sem. Carduibened. Anethi, Citri, ana ℈j. Meliſſæ, corticum citri, ana ℥.ß. Galangæ, Macis Cinamomi, ana ℈ß. Margaritarum, fragment. Smaragdi, ana gr.vij. Cornu cervi vſti, vnicorum, ana gr.iiij. fiat Pulvis. Datur cum vino albo, poteſt & cum conſerva florum Borraginato miſceri.

In morſu & mictu Glirium: ℞ Fel gliris combuſtum, & loco aſperge. Idem dicitur de pulvere Regis Glirium.

Doctor Pontanus invnxit locum contamminatum Theriaca, & inſperſit pulverem de Balauſtiis, Scordio, Carduobened. &c. Qui commendabat pulverem Terræ ſigillatæ Germanicæ, ſeu Axungiæ ☉. inſperſum & potum.

Ad Strangulationem Fungorum:

Novi Equitem quendam, cui poſt Boletorum, qui putantur innocentiſſimi, non ſatis elixorum vſum largiorem, ore ventriculi compreſſo & gravato, cum difficili reſpiratione & animideliquio, periculum extremum contigit, & vix potuit ſervari, ſudore frigido ſuborto, ſumptis demum incidentibus craſſos humores, cuius generis eſt Oxymel per ſe, & cum hyſopo & Origano ipſi mediocriter incoctis, tum Nitri ſpuma inſperſa. Poſtea fungoſin ſuccum pituitoſum & craſſum converſos, evomuit.

Ex Herbario Lobelii:

Lobelius duobus Canibus propinavit Arſenici & ſublimati, ana ℥. ß. vtrique tantundem. Hora tranſacta, cum poſt inſultus rabioſos alter inciperet frigere & mori, exhibuit ℥.ij. Antidoti ex Tetraphyllo cum vino, qui animum recepit & convaluit, alter vero eſt mortuus. Alius accepto Arſenico & Nuce vomica, ana, idem eſt expertus.

Deſcriptio Antidoti Saxonicæ.

℞ Angelicæ Sativæ & ſyl. Vincetoxici, Valerianæ hortenſis, Polypodii Quercini, Radicum Altheæ & vrticæ, ana ℥.ß. Corticis Mezerei Germanici

manici ʒ.ij. Granor. Herbæ Paridis, Solani Tetraphylli, ana num. xxiiij. folior. eiuſdem cum toto, nu. xxxvi. Maceratis aceto radicibus, & ſiccatis fiat Pulvis.

Refrigerando, vim Arſenici reprimit uva Lupina.

Ex Mizaldo, & Cardano: Sordes in Angulis cervorum repertæ, animalium venenatorum virus & pharmaca delitia ſuperant. Probantur & in Dyſenteria.

Deſcriptio Pulveris Saxonici, ex Ranzovio, Equite Holſato:

℞ Rad. valerianæ ſeu Theriacariæ ʒ.ß. Vrticæ minoris, Vincetoxici ana ʒ.j. Polypodii Quercini. Rad. Altheę Angelicæ ſyl. ana ʒ.j. Angelicæ ſativæ ʒ.iiij. (effodiantur inter decimum quintum Auguſti, & Octavum Septembris) Cort. Radicum Laureolæ ʒ.j.ß. Acinorum herbæ Paris nu. xxvi. Macerata Aceto & pulveriſata miſceantur probe. Doſis ʒ.ß, Iunioribus ℈j. Ponitur ibidem & altera, additis foliis Laureolę 36. Acimos 12.

Antidotus præſtans Clementis Papæ:

℞ Olei Antiqui, centum Annorum, (cuius loco poteſtis coquere Oleum ad acredinem) lib. v. Terebinthinæ optimæ ʒ. vj. Euphorbii, Caſtorei, ana ʒ.j. Lumbricorum præparator. h. e. Malvatico ablutorum, M.j. Miſceantur, & in vaſe vitreo bulliant in Balneo Mariæ, per horas 4. Colaturæ addimus 180. Scorpiones, ſub ortu Sirii captos, viperas comminutas forcipe in fruſta, num. ij. Rurſus bulliant, vt prius, per hor. 4. Ponatur deinde ad Solem, per 10. dies. Deinde imponantur zedoariæ, Tormentillæ, Gentianæ, Dictamni albi Ariſtol. longæ Rhabarbari, ana ʒ.j. Flor. Altheæ, Perforatæ, Ebuli, Roriſmarini, ana M.j. Theriacæ, Mithridati, ana ʒ. j. Tritis terendis Miſceantur, & pone in vaſe vitreo, optime clauſo in Fimo Equino calido. Extracto vitro, exprimitur illud omne, & ſervatur in vaſe ferreo aut Stanneo, quo inungimus Spinam, dorſum, pulſus, thoracem, ter in ſpatio 6. horarum, eſt enim mirificum in Venenis calidis, vt & in Peſte.

Ad morſus Venenatos: Sal tritum, petiarara involutum, in aceto forti immergatur & apponatur, aut miſceatur cum aceto ac imponatur.

Antidotus Auguſti Ducis & Electoris Saxoniæ:

℞ Rad. Valerianæ ʒ.ß. Hirundinariæ ſeu Vincetoxici, ſcordei, ana ʒ.j. Steinwurtzel ʒ.j.ß. Altheæ, tantundem, Imperatoriæ ʒ.j.ʒ.vj. Loth. rad. vrtic ʒj.ß. Angelicæ recentis, ʒ. iiij. Cort. radicis Thymeleę ʒj. ß. Eraſtus addit ſcordei ʒ.j. In Ruſtico deeſt ſcordium & poſtea ſic ſcripſit: Cort. rad. Thimeleæ ʒ.j. Cranorum eiuſdem ʒ.vj. Inciſa in olla nova vitreata optime clauſa operculo, in aceto, quod duobus digitis ſupereemineat, bulliant per horam dimidiam, ac

poſtea reponatur, donec refrigeretur. Colatura facta, exiccentur omnia, & adde xij. uvas lupinas, & folia eiuſdem herbæ, num. 36. (macerentur prius horis 24. in aceto, & exiccentur, inquit Eraſtus) & fiat ex omnibus Pulvis ſubtiliſſimus. Doſis, ℨ. j. cum vino, valet ad omnia venena mirabiliter.

Oleum ſeu Inunctio mirabilis, Antonii Muſæ, ad Venenatos, Bononiæ communicata:

℞ Olei Hypericonis, ex infuſione ſlorum Rutæ Caprariæ, ex infuſione flor. Momordicæ, ana lib. j. Scorpiones viros, num. 100. Viperam vivam num. j. Olea ferveant ſimul in vaſe duplici, ac cum inceperint facere bullas, imponito Scorpiones vivos ac viperam vivam, ac obſtructo vaſis ore ſinito omnia fervere per horam, tunc imponito Flor. Hypericonis, Altheæ Ebulorum, Rutæ Caprariæ, ana M. ß. Pul. Gentianæ, Dictamni albi, cort. Radicis Capparis, Ariſtolochiæ vtriuſque, Baccarum Lauri, Pœoniæ, Ireos, Cyperi, ana ℥. j. Cinamomi ℥. ß, & obligato vaſe bulliant iterum lento igne per horam. Deinde refrigerato vaſe, expone ipſum vas radiis Solis, per 20. dies continuos, poſtea cola per linteum, & vſui reſerva.

Pulvis Radicum: ℞ Rad. Ariſtol. longæ ℥. j. Biſtortæ ℥. ij. Tormentillę ℥. iij. Dictamni albi ℥. iiij. Gentianæ ℥. v. Omnia ſimul in mortario conquaſſentur, ac intra linteum ligentur.

℞ Allii caput & Cepe j. in 24. partes diviſa, mundataque à membranulis, quibus adde Croci ℨ. ij. Aquæ cōmunis q. ſ. Bulliant omnia ſimul per ſpatium vigeſimæ partis horæ j. Poſtea remota ab igne olla, impone linteum prædictum de radicibus, ac ſinito vbi quouſque refrigeſcat aqua. Olla cooperiatur, ne reſpirat materia, quibus diligenter ita factis, deſiccentur Pulveres in vmbra, ne ſolares radii ipſos attingant, & ſerva.

℞ Mellis lib. j. Aceti lib. ß. Succi Armoraciæ id eſt Raphani communis, Cepæ, ana ℥. ij. Iſta ſimul miſta exponantur toto Menſe Iulio & Auguſto Radiis Solis, & ſerventur ad vſum, & vocatur Succus de Raphano. Si opus erit, inunge primo omnes pulſus, omneſque totius Corporis Iuncturas, ac totam Spinam ac Regionem Cordis oleo prædicto. Deinde dato ℨ. ij. Pulveris & ℥. ij. liquorum ex aqua tepida, ipſi venenato. Quod ſi evomuerit, ſecundo aut tertio dabis, quouſque vomitus ceſſet. Vltima vice, quando non vomit, cubet & dormiat in cubiculo calido, & ſi ſudor ſequitur primam potionem ſine vomitu, ſudet per horam j. & ſ. Abſterſoque ſudore, detur ei Ius pulli cum ſaccharo. Quinta hora, poſt iuſculum ſumptum, datur ℨ. j. Pulveris ſupra ſcripti de Radicibus, cum aqua frigida Fontis, per tres dies. Sumpto Pulvere, abſtineat à Cibo, horis quinque. Poſt iſtos tres dies hauriat venenatus omni mane Cyathum j. ex iure Pulli, cum ℥. j Sacchari roſati, per xv. dies. Medio tempore nutriatur Cibis delicatioribus, vtatur modetato exercitio,

tio, & timeat frigus. Ad quodcunque Venenum in tanta quantitate, quanta homo interficeretur. Iſta compoſitio valet per 24. horas, aut diem cum dimidia. Et eſt res mira in Morbo Peſtilentiali.

Curatio Præſtantiſſima Deleterii Amatorii, ſumpti per Meretriculas, vulgo die Liebe/ *venetiis mihi communicata ex Libro Doctoris Gondelfingeri.*

Curatio hæc à ſanguinis miſſione auſpicanda eſt, ex vena lateris dextri, epatica. Si virtus valida fuerit, & alia non impedient, ac ſanguis admodum niger fuerit, copioſe mittendus eſt. Poſtea materia digeratur cum Decocto ſequenti: ℞ Flor. rad. aſari M. ij. Vini boni, albi, lib. iij. Coquantur vſque ad. conſumptionem partis tertiæ. Colentur, & de eo quotidie capiat æger ℥. iiij. calidum bibendo. Et hoc præſtantiſſimum ad præparationem deleterii. Poſt quatuor aut quinque dies accipiat alexiterium purgãs ſequens in aurora: ℞ Auri vitæ ſequentis gr. ij. aut iij. Conſer. Roſarũ, ℥. j. Miſce optime & diligentiſſime omnia, & informa boli deglutiatur, aut cum hoſtia devoretur (Simile eſt Stibio præparato Matthioli) Per vomitum & Alvum materias Venenoſas potenter evacuat; excrementa educit viridia & flava inſtar ſeminis Bufonum viſcida. Operatio eius durat ad iij. vel iiij. dies. Quo facto, tertio aut Quarto die venenum per ſudorem hoc pacto erit extrahendum: Panem recentem in parte inferiori perforabis ad ſpatium Ioachimici Nummi; infunde aquæ vitæ contra Peſtem Docto. Caſparis Cogleri, ℥. ß. vel ℥. j. Cretici Vini. Panem poſtea calefactum optime vmbilico patientis appone, foramen eius bene aptãdo ipſi vmbilico. Tegatur optime, & ſudet horis iij. Venenum in panem recipietur omne, ſublatum poſtea terræ mandes.

Aurum vitæ, contra peſtem remedium electiſſimum.

℞ Auri vitæ ſequentis præparati gran. iij. abluatur cum aqua Roſarum in mortario, & cum Conſerva Roſar. miſceatur, ac deglutiatur totum. Educit materiam venenoſam per vomitum, vel Seceſſum, vel ſudorem, idque magis vnica aſſellatione, quam aliæ purgationes per centum.

Deſcriptio Auri Vitæ: ℞ Argenti vivi optimi, cum aceto & Sale loti, ℥. v. Auri vngarici ſubtiliſſime contuſi, ℥. ij. fac amalgama, vt aurifices, cum aurum ab argento ſeparant, & cum aceto & Sale optime ſit lotum, ne nigredo amplius appareat, poſitis deinde his in veſicula terrea, affunde aquæ fortis ℥. ß. idque iteretur, donec ☿ omnino in aquam ſit reſolutus. Poſtea appoſito alembico, & cum luto ſapientum optime obturata, veſicula deſtilletur primo lento igne, deinde fortiori, vt ſpiritus omnes aquæ fortis expulſas eſſe cognoſcas. Removeatur ab igne, & infrigidetur. In fundo re-

 peries

peries maſſam rubeam inſtar ſcarlati panni, quam in aprico, & non in cõclavi aliquo, ſuper marmor in pulverem redigito, fumus enim noxius eſt. Poſtea ne pulvis ſit exitialis, hãc adhibebis Calcinationem: Accipe paterã (Aurifabri vocãt Treibſcherb) igneamq; in fornace Probierofen/ ſub inſtrumẽto quod Muffel vocãt, reddito, ac pulveris ℥.ij. in pateram immittito, ac cum ſpatula ſub inſtrumento in fornace continue agitabis, vt ſpiritus aquæ fortis omnes evaneſcant, ac iterum genuinum acquirat colorem rubeum. Sic enim & alteram adhibebis Calcinationem, vt Spiritus aquæ fortis omnes expellantur. *Doſis Pulveris eſt* (cum Theriaca vel ſaccharo Roſarum) quantum ſuper nummum ſtare poteſt, in Senibus. In Iunioribus, 14. Annorum, quantum obulus continere poteſt. Prodeſt ſumme in Caſibus deſperatis, & adverſus Venena omnia.

Aqua Vitæ, pro diſſolvendo Mercurio: ℞ Vitrioli lib. ij. Nitri boni lib. j. Miſce, & contunde optime & deſtilla. Aquam emanantem rurſus deſtilla, vt ſpiritus omnes evaneſcant.

Alia: ℞ Vitrioli vngarici, Aluminis, Nitri, ana lib. j. pul. tegulæ. Ol. Camo. lib. ß. hæc deſtillentur ſ.a. per alembicum, & vſui reſervabis.

Vt aqua, quæ vſurpata eſt, ſi vires amiſerit, ſit reſtituenda:

℞ Zien/ legs Stückweiß ad ſolutionem Lunæ, So fellt der Kalck / geuß das Waſſer ab / vnnd dieſtilliers per alembicum Mariæ, So wirdts wieder gut vnd ſtarck/ als zuvor. Hæc probatiſſima eſt & multos ditiſſimos fecit.

Aqua defendens artificem, ne fumus inter calcinandum eum lædat:

℞ Lactis Caprini lib. ß. Hyſſopi, Abſynthii, ana M. ß. Decoquantur in ſuff. q. Vini boni, ad conſumptionem dimidii. Expreſſionis ℞ ℥. iij. iterum decoquantur cum lacte ad conſumptionem vini, & ante operationem ebibat.

EXPERIMENTA VARIA AD FEBRES:

Abſynthii ſuccus, ſive decoctio, ſi ſæpius bibatur mane ieiuno Stomacho, curat Febres longas.

NB. *Mercurius præcipitatus*, cum Pilulis de Lapide Lazuli, ad quantitatem granor. iiij. cum totidem ex Margaritis, curat Febrem Quartanam, per vomitum. Idem exhibitus cum aliquo Electuario Cordiali, ad quantitatem granor. iiij. ante confirmationem, fugat Peſtem, per ſudorem & vomitum.

Helidæus dicebat Bononiæ, ſe plurimas Febres & Tertianas & Quartanas, quæ Medicamentis ſolitis cedere nolunt, feliciter curaſſe cum vnguẽto ex oleo Laurino decoctionis 15. vel 18. Aranearum; (leniter antea purgato corpore) illito ante acceſſionem ad pulſus temporum, & Carpi vtriuſque, ſuperponendo ad loca dicta ſingula vnam pilulam factam ex vnguento Populeonis & Aranearum telis. Id enim mirabiliter, aut ſua ſtipticate, aut magis occulta proprietate, acceſſionem impetit & tollit, imponatur ſingulis folium Salicis, & cum faſcia adoptetur membro, vt hæreat.

Doctoris Magij: Ad Febris acceſſionem prohibendam, valet oleum Abrotani. *Ad Tertianam*, Decoctum Triſſaginis, manepotatum. *Ad Febres omnes ex obſtructione*, Aqua Gentianæ deſtillata, valet & ad vermes: Cum adſint Vigiliæ, lac extractum ex ſemine Papaveris, cum aqua hordei, vt audacter dicit Mathiolus.

Ad Quartanam: Pulvis verbaſci fœminæ, ℨ.*ij*. cum Vino Cretico calido, ante acceſſionem, ſeu in principio, bis vel ter, ſed oportet colligere herbam, antequam cauleſcat, vt dicit Arnoldus de Quartana.

Doct. Magii, *ad Quartanas*:

Dorſum inungatur ante occaſſionem piuguedine anſeris aſcati, in cujus ventre ſemina Hederæ poſita fuere, exhibendo prius Cyathum Vini optimi, Cretici, cum modico Piperis. Idem facit decoctum Carduibened. vt in omni putrida cum rigore. Sinapi coctum cum vino, aliquot horis exhibitum, probatum, teſte Dioſcoride. Similiter & ſequens Inunctio: ℞ Rutæ recentis M.j. Olei cõmunis lib.j. Vini Cretici, vel optimi, lib.ß. Bulliant cum Cera, vſque ad conſumptionem vini, quo inungatur dorſum, poſt vnum menſem Quartanæ. Quidam addunt & ſuccum braſſicæ, & modicum aquæ ardentis, & ſimiliter prodeſt mirabiliter. Deinde ſingulis diebus capiatur Pilula vna Pulveris Gentianæ & Imperatoriæ. Item valet decoctio Pimpinellæ. Cochlear medium pul. Imperatoriæ in vino potatum, ante acceſſionem, per horam. Hypericon potatum cum vino. Item, poſt multos Syrupos Elleborus niger verus exhibitus.

Luſitanus: In frigore Quartanæ incipiente Cyathum aquæ roſarum ebibere iubet *pro Secreto*, ſequi enim bilioſum vomitum. Idem ex Galeno refert, v. aut v*j*. gr. piperis integra, frigoris tempore, cum vino generoſo data optimum eſſe remedium, contra ingens Quartanæ frigus.

Elidæus Bononienſis: In Febre Tertiana, factis purgationibus, Succus Plantaginis aut Cichorei, aut Pimpinellæ, aut Vinum granat. muzorum ℥. iii*j*, cum aqua endiviæ detur ante adventum Paroxyſmi, per duas horas. In Tertiana & Quartana, præmiſſis vniverſalibus ℞ Vnguenti populeonis ℥.*ij*.ß. cum telis Aranearum fiat 6. Placentulæ, quarum vnam ſingulis pulſi-

pulſibus ante Paroxyſmum per tres horas applica. Matthiolus laudat decoctum Chamedryos, aliquot diebus ſumptum.

Magnus, ad Quartanam: Præmiſſis vniverſalibus, poſt ſtatum, ℞ Zinzib. ℥.j. bulliat in vino nigro Stiptico, q.ſ. ad ſufficientiam, & Colaturæ ℞ ℥. v. cum ℥.j.ß. Iulepi violati, facit enim ſudare, & expellit optime febrem, datur autem calidum per horas 2. ante Paroxyſmi adventum.

HORATIVS: In febribus interpolatis ac diuturnis, dentur ʒ.ij. Rubiæ Trochiſcatæ Nicolai, in bolo, ſuperbibendo aliquid vini albi. Vna & altera vice liberat.

Cappas ranarum ſuper Carbones igniri curabis, donec concidant, album quod eſt, recipe, & in pulverem terito, quem magnitudine avellanarum propina cum aceto, mixtum probe, in acceſſione frigoris. Idque ter fiat, & patiens ad ſolutionem paroxyſmi à cibo & potu abſtineat.

Electuarium ad Febres cholericas, & ſimiles morbos à Cholera dependentes:

℞ Roſar. recent. flor. violar. Nenuphar. Fumi terræ, flor. Borag. Bugloſ. Berberor. Capill. ♀. ana M. ij. Senæ ℥. iij. Abſynthii. ſem. Acetoſæ, Seminis Lactucæ, Papaveris albi, Agrimoniæ, Ordei mundi, ana M.j. Liquiritiæ raſæ, Polypodii Quercini, Rhapontici, ana ℥.ß. Ex his fiat infuſio per nocte in aqua Cucurbitæ & Acetoſæ, q. ſ. poſtea coquantur ſ. a. vſque ad conſumptionem medietatis. Colaturæ addantur infuſionis Roſar. compl. infuſion. violarum Iufuſion. papaveris ſyl. Infuſion. Senæ, ſucci Fumi terræ, Mucilag. Sem. Pſyllii, extractæ cũ aqua violarum, Succor. Lupuli, Endiviæ, acetoſæ, Bugloſſæ, Vini Berberor. Granat. ana ℥. ij. Sem. 4. commun. frigidor. maior. ana ℥.j. Pulpar. Tamarind. Sebeſten, ana ℥. iij. ß. Diaprun. ſimp. lib. j. Diacitonii de Sacchar. ſoluti cum aqua nenuphar. ℥. v. Specier. Diarriaſantal Diarrhod. Abbatis, Santal. rubei, ana ʒ. ij. ß. Corallor. rub. albor. ana ℈ij. Rhabarbari opt. pulveriſati, ʒ. iiij. Sacchari lib. iij. ß. floris Caſſiæ pinguis ℥. viij. Penidior. ℥. vj. Scammon. præparat. ʒ. iiij. ß. & fiat ſ. a. Electuarium, cuius Doſis erit à ʒ. iij. vſque ad v.

NB. *Dux Mauritius Saxoniæ* Sanabatur à quodam ruſtico, Decocto quinque folii, fruſtra Medicis laborantibus. Et in Thuringia Quidam Nobilis curabatur à quodam aorta, veſicatorio poſito ad Carpum, ex rad. rotunda ranunculi.

Pulvis Senioris Principis Hennenbergenſis VVilhelmi, ad Febres:

℞ Tormentillæ, Dictamni albi, ana ℥.ß. Pimpinellæ ℥.j. Pulveriſatis miſtiſque adde ttia vel 4. Cochlearia Cornu Cervi vſti (Quidam addunt & Zedoariam) Datur pondere ʒ.j. cum vino vel aceto, tribus auroris, & ſudori operam det patiens.

Eli-

Elidæus: In Febribus longis & quartana, vbi coniungitur Iecoris & Lienis durities, obſtructio, morbus regius vel hydrops, appropriatis Syrupis addo ſæpe numero ʒ. ß. Rhabarbari quotidie, & egregie ſanat. Similiter poſſunt fieri Pilulæ ex æquis partibus Rhabarbari. Agarici trochiſcati & Aloes cum melle acetoſo.

Ad omnem Febrem valet Lapis in felle bovis mactati, magnitudine pili datus, tritus cum aceto. Cochlear Succi Matricariæ ante acceſſionem.

Pro Ruſticis & Venatoribus: Pone in faſciculo ʒ.*j*.pul. Centaurei minoris, in Vino, de quo bibat æger.

Experimentum optimum, ad Febres:

Æger bibat aquam Hieracii, aut eius loco Endiviæ, & radicem inciſam aliquoties comedat, teſte Duce, Saxoniæ, Iohanne Guilielmo, qui probatum dicebat ſæpiſſime.

Medicamentum præſtans, Fumanelli, ad Febrem Quotidianam.

℞ Aquæ Abſynthii, vel Gentianæ, vel Mercurialis, aut Scolopendrii, lib.*ij*. Ardentis lib. j. Sacchari modicum. Dentur quotidie ℥.*ij*. vel *iij*. horis quatuor vel tribus ante Cibum, & hora j. ante periodum ʒ.ß. Mithridati, rurſus intervallo trium dierum, ſenæ tritæ ℥.ß.

Longitudo Paroxyſmi terminatur, poſito ad brachiorum pulſus Emplaſtro ex M.ß. vrticæ minoris, M.*j*. folior. Vitis, Solatri, ſempervivi, & ʒ. *ij*. telarum araneæ, & Salis communis q.ſ. Vel teratur fuligo cum vrticis. Simile recitat Gordonius. fol. 29.

Experimentum Mithobij: Expurgato corpore ℞ Tormentillæ, Dictamni, ana ℥.ß. Pimpinellæ ℥.*j*. Electri ʒ. *ij*. tantundem Cornu Cervini, pulveriſata miſceantur probe. Doſis tribus auroris, ℥.*j*. & ſudet patiens.

Potio: ℞ Aquar. fœniculi, Betonicæ, Hyſſopi, Menthæ, Abſynthii, ana lib.*j*. Syrupi Acetoſi, quart.*j*. Miſce. Detur mane & Veſperi, cochlearia vi. Purgetur cum Turbith & ſimilibus & confortetur cum Diacymino, Diambra, Dianthos.

NB. Anus quædam Nobilis vſurpabat feliciter, ad omnem febrem, aquam ranunculi (Fieber Krant) naſcentis in pratis, foliis oblongis, wie kleine Schwertel. *Alius in Febribus diuturnis* dabat Vinum cum M. Salis.

Arnoldus de Nova Villa, commendabat ad Tertianas, Epithema pulſibus brachiorum adhibitum, & ſæpe Roſaceo aceto rigatum, ex Burſa paſtoras, vrtica, Pampinis.

Expertum mirabile: Patiens comedat paulo ante Paroxyſmum 6. bucellas panis inuncti butyro miſto cum tela aranearum. Mirifice purgat corpus, & ſudorem ciet. Hoc tamen reprobatur à Viero, propter venenoſitatem.

Aliud: Folia Plantaginis latifoliæ tuſa per Setaceum cum aceto mittantur, ſucci Cochlearia tria patiens bibat ter ante inſultum paroxyſmi.

Experimentum probatiſſimum, cuiuſdam Nobilis.

Medicamentum Secretum, Sturtii Erffurdenſis, ad Quartanam:

Quidam hanc Febrem curant feliciter potu Vini optimi albi, in quo pugillus Milii vna ebullitione efferbuit. Ante paroxyſmum validum iniungunt exercitium, vt æger in Sudores reſolvatur, & in lecto tectus horas 3. ſudet. Vocant Syrupum Sancti Antonii, vel Sancti Ambroſii, cuius fit mentio in Luminari Maiori. Vide Varignanam, Cap. de Tertiana notha. Varignana idem refert de Milio Solis.

NB. *Vitrum Antimonii*, à gran. iij. ad vj. mirabile eſt & certiſſimum.

Quidam Gallus ſequens Medicamentum iactitabat egregie:

℞ Agarici, pil. Aſſaireth, ana ℥. ß. Lapid. Lazuli novies loti, Senę, Polypodii, Epithymi, ana ℈ij. Cum ſucco pomorum fiant Pilulæ iij. pondere ℈ij. Doſis ante Paroxyſmum, continuando, donec materia febrilis ex toto evacuetur.

Fumanelli: ℞ Theriacæ el. ℥. j. Pul. Gentianæ ℈j. Nucis Muſcatæ ʒß. Detur medietas cum Cretico, hora *j.* ante acceſſionem, & ſudet. ℞ Aquæ ardentis p. j. aquæ vel decocti abſynthii, p. ij. & vtere per horam à periodo. Poſt vniverſalia ſuccus Abſynthii aceto dilutus. Doctor Statmion mihi commendabat oleum vitrioli. *Nectar Hippocraticum* vide apud Varignanam, Cap. de Melancholia, & apud Evonymum, Cap. de vinis medicatis.

NB. Quidam commendabat Bononiæ, aquam, in qua Sal ſit coctum, exhibitam die acceſſionis, expurgat enim hæc vomitu & ſeceſſu. Alii commendant vinum Decoctionis Aſari, Linguæ Cervinæ, & foliorum Senæ, nec non Lupuli, Balſami guttæ *ij.* vel iij. cum vino, per biduum mane. Vinum infuſi Ellebori nigri, cum ſaccharo, Nectar ex Sena, Epithymo, Spica, Maci, Canella, Zinzibere, Caryophyllis, Sem. Aniſorum & Saccharo.

NB. Pulvis Rad. Angelicæ, quatriduo potus mane, ad quantitatem ʒ. j. in iuſculo aliquo convenienti.

Doctor Burchardus Mithobius, in Literis ad me ſcriptis, An. 1560.

Quoties mihi Seni occurrit quartanarius, anxium me facit, occulta autem quadam vi & facultate efficaciter adhibeo pulſibus vnguentum populi cum tela Aranearum, & Theriaca, ſimul miſtis, (Theriacæ ſit duplex pondus) & præter amarum hauſtum ex Meliſſa, Centaurio min. & abſynthio, nihil.

Eraſtus præſcribebat, Principi Bopponi Hennenbergenſi, hæc Capita obſervanda in Quartana:

Primo, ante Paroxyſmum hor. v. come-

comedat. *Secundo*, Splenis & ventriculi curam habeat. *Tertio*, Coctio primum iuvetur diebus 4. vel 6. cum decocto Liquiritiæ, aniſorum, Polypodii, paſſularum & Sacchari. *Quarto*, Alvus ſemper ſit aperta. *Quinto*, ſingulis 8. vel 10. diebus evacuetur leniter cum decocto folior. Senæ in dicto Decocto, aut ſimili Medicamento. *Sexto*, omnia parce agantur & placide, & non vna vice rem abſolvi poſſe ſperet, ne res fiat deterior. *Septimo*, tempore poſcente, cum Antidoto febris expellatur, vt noſti.

Experimenta Doctoris Mithobii.

Diaſena, Conſerva Bugloſſæ, Boraginis, nec non inde Syrupi.
℞ Aquæ abſynthii ℥.iiij. aceti ℥.*j*. Nucem muſcatam j. tritam ſubtiliter, oculorum Cancri, ʒ.j. parum Theriacæ, & detur ante Paroxyſmum, per horæ dimidiam. Potio fiat ex aquis apii, Fœniculi, Borraginis, ana Sextarium j. ſyr. de Capno & Oxalyde, ana ℥.*ij*. Miſceantur pro Potione. Decoctum Polypodii, Epithymi & folior. Senæ, cum antiquo Gallo. Hamech, vel Indum cum aqua Capni decoctionis Paſſularum, Polypodii. Vomitus cum aqua mellis & veratro albo. Infundantur ʒ.*ij*. Turbith, Zinzib. ʒ.ß. Polypodii ℥.iiij. in aqua Capni, per noctem, & addito Saccharo, bibatur Colatura mane.

Medicamentum Faventini, in Febribus, pro iis, qui medicamenta nequeunt ſumere:

Spina dorſi inungatur quotidie mane, cum mucilagine Cotoneorū, Pſilii, oleo violato, & butyro, ana. cum Cera q.ſ. Et ſuperbibant ſtatim ℥.iij. Decocti Cimarum abſynthii & Cicerum rub. ana ℥. ß. Inungatur Dorſum (cavendo vertebras) Diapopuleone. &c.

Pontani, & aliorum Medicamenta ad Quartanam:

Pontanus poſt vniverſalia exhibet aliquando Succum Plantaginis cum Theriaca. Quidam commendabat ſuccum Palmæ Chriſti. Alius dicebat, ſe à longa Quartana tandem ſequenti hauſtu liberatum: Arthemiſia & abſynthium coquatur in vino & aqua. Decocti huius bibatur Hauſtus ante ſomnum, & mane ciet ſudorem largiſſime, & ſanet.

Decoctio Luſitani optima, ad Tertianam duplicem notham:

Facta expurgatione cum Syrupo Roſar. ſolutivo, & decocto Senæ. ℞ Rad. fœniculi, Petroſelini, Aſparagi, apii, Ruſci, ana ℥.*j*. Agrimoniæ, Lichenis ſeu Iecorariæ, ana M.*j*. Folior. Senæ, Polypodii Quercini recentis, contuſi, ana ℥. *j*. Paſſular. ℥.iij. Sem. fœniculi ʒ.*j*. Decoquantur in lib. viij. aquæ puræ, ad caſum librarum iij. Colaturæ adde ſyrup. Byzant. de Lupulo, ana ℥.iij. Mellis roſati colati ℥. iiij. & miſceantur ſ.a. Doſis quotidie ℥. iiij.

Remedia Mithobii: Secetur vena,

 bis

bis vel ter, pro neceſſitate. ℞ Aquar. Oxalydis, Endiviæ, Roſar. Intybi, taraxaci, ana j. ℔ Sacchari lib. j. ß. & coquantur ad conſiſtentiam Syrupi. Purgetur autem cum Caſſia, & Elect. de ſucco Roſarum. Confortetur ſaccharo Roſaceo, cum Diarrhod. Abbatis &c Rhabarbara ʒ. iij. vel iiij. macerentur aqua Endiviæ, pro aſſiduo potu. Epithema ex aquis cordialibus frigidis, ad ℥. viij. cum ʒ. j. Camphoræ.

Iulep fiat ex Cantharo Roſaceæ, ſextario aquæ Endiviæ, & ℥. iij. Sacchari Candi, Coquantur & colentur.

Medicamenta, Doctoris Eraſti, optima, in Febribus:

Facta evacuatione & miſſione ſanguinis, tentetur concoctio cum iis, quæ blandum calorem habent (in omni etenim Febre Calor præternaturalis ad temperiem eſt redigendus) vt eſt decoctum Polypodii, aqua aniſorum, hordei, rad. dulcis, pomorum dulcium, &c. Talia ſunt etiam fomenta & Linimenta hypochondriorum, mane & Sero. Poſt ſtatum (quo tempore eſt evacuandum, facta prius in principio minoratione, imo evacuatione validiori in corporibus Germanicis) ſudorifica exhibe: Decoctum aniſorum, Fœniculi, Pimpinellæ, Milii Solis Cinamomi, cum ſaccharo. Poſtremo, ne recidiva fiat, vtere Diuretico per aliquot dies (Evacuetur cum ſolutivo compoſito alterius.)

Manardi, ad Tertianas:

Ad Tertianas maxime valet Chamomelinum, intus & foris. Bibatur ipſius decoctum hora *j.* ante acceſſionem, Cyathi menſura, h. ℥. j. ß. vel ℥. *ij.* vel aqua cum ſaccharo, vel pul. Glyzirrhizæ. Oleo eiuſdem inungatur Dorſum. Ex ſuccis etiam Fœniculi & Intybi cum Oxy ſaccharo miſtis, optima paratur antidotus, ad Febres antiquas &c.

His adde vnguentum Dioſcorid. ex Oleo & Araneis, pro arteriis Carpi. Nec non Batrachium contritum.

Aqua Pyretagoga Rulandi:

℞ Aquæ Fontis lib. *j.* Olei Vitrioli guttas x*ij*. Miſceantur pro aqua acetoſa. Detur hor. vj. ante Paroxyſmum, pars tertia.

Experimenta quædam optima, ad Febres, præſertim Tertianas:

Acetum cum tuſis Plantaginis foliis, percolatum, ter, bibitum tribus cochleariis, ante inſultum. Olei piperis aliquot guttæ ebibitæ. Piper nigrum. Oleum Iuniperi.

Varignana commendat ʒ. j. Milii Solis ante Paroxyſmum, cum aqua tepida. Syrupus D. Ambroſii ex decocto Milii communis.

Quidam inſigniter prædicant guttas ij. Olei piperis, cum ℈*j*. ſucci Citri, hora vna ante acceſſionem propinando, corpore prius prope purgato. Pul-

Pulvis excellens ad Febres: ℞ Calami, Piperis albi & nigri, Gentianæ, Zinziberis, Pyrethri, Cardamomi, Gran. Paradyſi, Galangæ, Thymi, ana ʒ. ij. Sulphuris Citrini ʒ. ij. ex his omnibus fiat pulvis ſubtiliſſimus, & quidam addunt ʒ. j. Euphorbii.

Paracelſicum: In Febribus malignis materia primum ſubtilietur cum ſucco Tartari, & cum Vitriolo Attenuata expellitur in dies per vrinam. poſtea adde Sulphur ſublimatum, pro eliciendo ſudore.

Palatini Ludovici: Bibat ſtatim ante acceſſionem hauſtum decocti Serpilli, idque tribus vicibus. Potus etiam pro febricitantibus vtiliſſimus conficitur ex M. j. Cotonei mali in fruſta diſſecti, exemptis ſeminibus, decocto cum aqua. Quædam muliercula appendebat Collo radicem Hieracii, ſic effoſſam, ne manibus attrectaretur, pro probatiſſimo remedio.

Remedia Savanorolæ in Quartana:

Quidam dant, poſt tres evacuationes, Vinum decoctionis Mentaſtri, cum ʒ. j. aut ij. Theriacæ, & ʒ. iij. Aquæ Vitæ, per mediam horam ante acceſſionem, cooperiunt bene, & ſic faciunt ter aut quater.

Alii Aquam Vitis exhibent, cum Pulvere Caryophyllor. Alii propinant patienti, ad ignem poſito, ℥. xvj. Cretici cum Cinamomo & Gentiana pulveriſatis, inuncto prius dorſo, cum oleo rutaceo.

Gordonius, commendat ſuccum Calamenthi, ad omnem Quartanam, ſic valebunt Diatrion piper. Diacalamentum à proprietate occulta dicuntur valere, ſemen Hyperici cum vino, Aſa fœtida cum pipere & ruta. Item ℞ baccar. Lauri ʒ. j. Zinziberis ʒ. ß. fiat pulvis, cuius ʒ. ß. vel ℈ j. detur cum vino ſubtili. Aut detur ʒ. j. Gentianæ, cum vino odorifero & bono, aut detur vinum decoctionis ipſius, cum ſaccharo, inuncto prius dorſo ſequenti vnguento: ℞ Vini opt. Olei communis, ana ʒ. ij. Theriacæ ʒ. ij. Spicenardi ʒ. j. Caryophyllor. ʒ. j. ß.

Doct. Eraſti, pro Principe Hennenbergenſi, Quartanario, G. E.

Primo, roboretur ventriculus, aſſumptis Zinzib. cond. Conſerva Bethonicæ, rad. Cichoreæ, Cort. Citri, Nuc. Moſchat. fonte acido, admiſtis Oleis ex Menta, Abſynthio, Nardo, cum Camphora vel Oleis aromatũ, aut ſeminum, artificialibus vnguentis, Emplaſtris, Stomachico Galeni, Diacitonio. *Secundo*, Splenis obſtructio ſolvenda fomentis ex Ceterach, filice, Capillor. ♀. Capparibus, Eruca, Ruta, Abſynthio, ſeminibus accommodatis, paratis cum Oxycrato. Inungatur Vulpino, Lumbricorum, Capparino, Irino, Scorpion. cũ Oeſypo, Ammoniaco, bdellio, aceto ſolutis, & cum Cera fiat Emplaſtrum. *Tertio*, Corpus per intervalla purgetur diligenter ſyrupo Regis, Sapor. cum Turpeto & Sena, Diapruno cum Spec. Indi min. Syrupo Rondeletii ex pomis, idque ſæpius & probè. *Quarto*,

hoc facto, exhibeatur, apparente concoctione, Antidotus ex ℈ij. Theriacæ, Olei ex pipere guttis ij. aut iij. Succi Cotoneor. gr. xv.

Langii, pro Quartana:

℞ Capni M. j. Cuſcutæ, Capill. ♀. ana M. ß. folior. Senæ ʒ. vj. Polypodii ʒ. v. Paſſular. ʒ. j. Ellebori nigri ʒ. ij. ß. Epithymi ʒ. ij. agarici crudi ℈v. Zinzib. ʒ. j. (ligentur hæc duo in petia) Decoquantur in duplici vaſe cum aqua Capni, Lupuli, aut Capillor. ♀. ana lib. j. Borraginis lib. ß. per horam. Poſt horas 3. in Colato diſſolve ſacchari ℥. viij. & additis Rhabarbari ʒ. j. ß. Spicæ gr. v. Cinamomi ℈v. ligatis in Petia, decoquantur vna ad conſiſtentiam mediocrem.

Ex Obſervationibus Doct. *Vieri.*

Sunt, qui arcano hoc Medicamento tenaces quartanæ Vires ſe infringere gloriantur: ℞ Olei Vitrioli guttas vij. Syrupi de Cichorio, ℥. j. aquæ abſynthii ℥. ij. ß. Miſce pro hauſtu.

Inunctiones Spinæ ante paroxyſmum, ℞ Vinum ſublimatum opt. ℥. ij. ſucci Rutæ ℥. j. Olei Laurini ℥. j. ß. Miſceantur ad Cineres tepidos paulatim, donec linimenti appareat Conſiſtentia. Aut ℞ Olei communis, vini generoſi, ana lib. j. Rutæ M. j. Vermium fluviatilium lib. ß. bulliant. Aut ℞ Salviæ, Rutæ, Abſynthii, Roriſmarini, ana M. ß. Thuris, Maſtichis, ana ʒ. j. Vini Critici, Olei communis, ana Cyathum, & coquantur ad caſum liquoris, & valide exprimantur. Aut oleum de Scorpionibus.

Remedium probatum Matthioli, ad Quartanam:

Myrrhæ pulveriſatæ ʒ. j. detur cum Cretico calido, ter, mox ante acceſſionem, pro ſudando. Hoc medicamento ego ipſe curatus ſum. Commendatur etiam Electuarium ex Laſere, Ruta, pipere & Myrrha, ad omnem febrem periodicam.

Eraſtus in Lib. de Proprietatibus Medicinarum ſolutivarum:

Vidi à Quartana ſubito liberatos, ſumpto cibo copioſo vel ſtimulante ad excretionem, vnde humores putridi inferne & ſuperne expellebantur. Vnde vulgo ſolent iis, quæ æger appetit, ad nauſeam vſque replere.

Auriga quidam Febres diuturnas, adeoque plures quidem alioqui male affectos, curabat hauſtu vini, in quo M. j. Salis diſſolvebat. Hi per vomitum & ſeceſſum magna violentia purgabantur.

NB. Quidam Nobilis Conſiliarius, in Aula Wirtenbergenſi, mihi pro certiſſimo remedio prædicabat deſtillatum acetum, quo panis ex furno extracti medulla imbibitur. Propinentur tria vel iiij. Cochlearia, ante paroxyſmum.

Geſnerus in Epiſtola, fol. 119. commendat Antimonium præparatum. Dantur grana iij. vel iiij. cum Conſerva Roſarum & pauca Maſtiche, per

horam ante Cœnam. Valet in quartana & Melancholia, mirifice, & plerunque omnes ſanat, ſive in principio, ſive poſtea exhibeatur. Commendatur & Antidotus Saxonica.

Quidam ex Quartana ſe convaluiſſe decantabat potu Vini, in quo tres Silices lecti ex fluvio per conſanguineum, igniti extincti fuerant. Idque bis ante paroxyſmum.

Remedia ad Febres, ex Præceptore Galeno: præſertim quartanas:

Quartanarios multos hoc ordine curavi. Die, qui acceſſionem præcedit, vomitum à Cœna commovi. Poſtridie vero cremorem abſynthii exhibui. Tum duabus ante acceſſionem horis Theriacam dedi. Idque tam feliciter ceſſit, vt poſtea non redierit acceſſio.

Vinum Spleneticum præſtans, Docto. Eraſti, pro quartanariis delicatis:

℞ Linguæ Cervinæ ſive ſcolopendrii vari folior. Tamariſci vel Erucæ, Chamedryos, ana M. j. abſynthij, Praſſii, Carduibened. Agrimoniæ, ana M. j. Zinziberis, Galangæ, ana ℥. ß. Polypodii ℥. iij. folior. Senæ, ℥ j. ß. Turpeti opt. Mechiocanæ, ana ℥. ß. Paſſular. ℥. v. vini Cantharos 12. vel plures. Poteſt & ex paucioribus parari, & omitti Polypodium, ne amaritudo fiat ingrata.

AD PESTEM, FEBRES ET ALIOS MORBOS PESTILENTIALES.

Pulvis Imperatorum Sigiſmundi & Friderici, ad Peſtem, & omnem Venenoſitatem.

℞ Angelicæ, Gentianæ, Serpentariæ Biſtortæ, Dictamni, Tormentillæ, Rutæ, abſynthii, Petaſitidis, Scordei, Granor. Iuniperi, Nucum iuglandium (in fruſta ſecentur & ſiccentur) Theriacę optimæ, ana ℥. j. aceti opt. (Scordeati vel Theriacalis) ℥. iij. agitentur probe in mortario, & de aceto ſenſim inſtillando, ad ipſius conſumptionem. Maſſa tota repoſita in patinam tenuiſſimam, (tenuiſſime ſtrata) aliaque ſuperpoſita, & commiſſuris perlutatis, reponatur ſuper fornacem, per biduum, vt tarde ſiccetur. Rurſus pulveriſata reponatur in ſcatula vel ſacculo. Doſis, pugillus vnus cum vino albo, quotidie pro præſervando. In cura, duplum, cum aqua roſarum vel acetoſæ, & ſi Peſtis cum Calore invaſit. Sin minus,

minus, cum vino optimo. Sudet per ſe, vel additis lateribus.

Buboni applicetur emplaſtrum ex Cimis ſambuci, tuſis cum roſacea & vrina puelli, frequenter humectando. Vel ex Cortice mediano ipſius, cum dimidio fermenti, & Theriaca, tuſis cum aceto, & bis in die apponatur.

Aqua mirabilis & expertiſſima, in Lue Peſtifera:

℞ Cinamomi electi ℥. j. Macis, Galangæ, Dictamni, Pimpinellæ, Tormentillæ, ana ℥. iij. Gentianæ, Serpentinæ, ana ℥. ß. Cubebarum, Cardamomi, ana ℥. j. Zedoariæ ℥. ß. Zinzib. Caryophyllor. ana ℈j. Granor. Iuniperi M. ß. Croci, ℥. ij. Maſticis ℥. ij. ß. Rutæ, Salviæ, ana M. ß. Theriacæ opt. ℥. vj. Contuſis groſſe adde aquæ vitæ lib. ij. ß. aceti roſar. ℥. iiij. deſtilla in balneo.

℞ Theriacæ antiquæ ℥. ij. Mithridati ℥. j. Conſer. Bugloſſæ ℥. j. Specier. liberantis ℥. ß. cum ſyrupo acetoſitatis Citri fiat mixtura liquida.

Dantur Cochlearia iij. vel iiij. Aquæ huius cum ℥. j. vel ij. dictæ iam miſturæ, pro perſonæ circumſtantiis.

Ex Charichterio: Schaffgarb / ein trefflich Wundtkraut in Peſtilentziſchen Schäden / mit Schellkraut in Eſſig geſotten ad tertiæ caſum vnnd warm eingeben zwey oder drey mahl / macht einen ſicher vor der Peſtilentz. Item in Bier geſotten vnd getruncke͂. So es nu auffgebrochen iſt kan mans mit einem Gifft Pflaſter auß zweyen contrarien Judenkirſchen vnnd Feigen / zuſammen geſtoſſen / auffſtreichen / laufft die Peſtilentz herzu / als zu jhrer Speiß vnnd verſehret ſich in dieſen zweyen contrariis. Springt die Haut vnter dem Pflaſter auff. Item von Brunngraß vnd Eyſſenheutlinkraut. Item ein Pflaſter von Wolffs Beer / dazu dann die böſe Peſtilentz häuffig laufft.

Electuarium ad Peſtem præſtantiſſimum, Docto. Auguſtini Schurff:

℞ Myrrhæ, Croci, Oſſium de corde Cervi, Dictamni, ana ℈ij. gr. viij. Zinzib. albi ℥. ß. Camphoræ, Tormentillæ, ana ℥. ij. Zedoariæ ℈viij. Serpentariæ, Pimpinellæ, ana ℈ij. Theriacæ optimæ, Mithridati opt. ana ℥. iij. Aquæ vitæ eiuſdem, vel ſyr. acetoſitatis Citri q. ſ. & miſceantur omnia Lege artis probe & diligentiſs. pro Electuario.

Electuarium aliud: ℞ Theriacæ opt. ℥. j. Camphoræ gr. ij. Specier. liberantis ℈j. aquæ ſcabioſæ, Cardui bened. ana ℥. j. ß. aceti mororum Idæ vel communis ℥. j. & miſceantur.

Experimentum in Peſte, probatum per Comitem de Eiſenberg:

℞ Theriacæ ℥. j. ß. Item aceti, aquæ vitæ, ſucci alliorum, ana ℥. j. ß. Miſceantur optime. Huius aquæ bibat Coch. iij. Secta, vel non, vena. Propinetur per biduum.

Medi-

Medicamentum in Peſte egregium, ex Pandectario.

℞ Cuperoſæ, h. e. Vitrioli albi præparati (diſſolvitur in Roſacea, & colata ſiccatur, idque ter) ℥. j. Dictamni albi, Tormentillæ, ana ℥. ij. Pulveriſata miſce. Doſis ℨ. j. cum ℥. j. aquæ communis calidæ. Facit multum evomere. Reitera poſt horas duas, nam fere ſemper liberantur in tribus potionibus. Valet & in omnibus venenis, & in quartana.

Guainerius de quodam refert, qui atramentum cum vino feliciter in Peſte exhibuerit.

Præſervativum nobile, Landgravii Haſſiæ, Domini VVilhelmi:

Paretur Cereviſia ex abſynthio, Baccis Iuniperi, Ruta, Angelica. Pulvis ex part. ij. Salis, part. j. ſulphuris bene ſimul tritis. Quotidie ſumatur buccella panis rigati dicta Cereviſia, & conſperſi cum dicto pulvere, ac ſuperbibat parum de eadem Cereviſia. Aiunt neminem fuiſſe correptum.

Emplaſtrum, ad Bubones, Norinbergenſium, attractivum & emolliens:

℞ Pul. rad. althææ, Lilior. albor. ana ℥. j. Sem. Lini, fœnu græci, Sinapis, ana ℥. ß. Ammoniaci, Galbani, aceto diſſolutorum, ana ℥. iij. Axungiæ Leporis, Suillæ, Terebinthinæ, ana ℥. ß. Olei Lini & Ceræ, ana q. ſ. pro Emplaſtro. Singulis horis vj. renovetur, aperiantur cito cum corroſivo, vel vnguento ex ſublimato, vel cum Lanceola.

Ad Peſtem, ex Conſilio Medicorum Norinbergenſium, Anno 1580.

Statim confugiatur ad Antidotum aliquam probatam, Theriacalia, Mithridatium, Diacrocum, Cãphoratum D. Angelbergii. Sanguis non mittatur, niſi in plethoricis, & iuſtæ ætatis, Item laterum punctura & anguſtia. Alias abſtinendum, vel potius cum Cucurbitulis vel hirundinibus procedendum. Antidotorum exhibitio repetatur. Bubones emolliantur & virus attrahatur Emplaſtro Norinbergenſium, proxime deſcripto, & abſque mora rumpantur Cauterio ſeu rupterio, ac tarde ſanentur.

Falloppius: Exuritur bubo in Semi hora, cum globo Cinerum fervefacto, in oleo communi bulliente. Rumpunt, Sapo mollis cum Calce vi. Oleum cum Stercore Aſinino.

Maturativum Domeſticum: Decoque farinam triticeam, cum oleo & aqua, ad ſpiſſitudinem, addito Croci modico; impone, tegendo cum Stuppis vel lana. Commendantur: Opopanax cum fermento; Stercus humanum tepidum. Fruſtum Raphani cum Theriaca inunctum. Ovi luteum cum Sale ſubactum Fermentum, cum Cantharidibus & Stercore Columbino, nec non Theriaca. Vr-

tica trita cum Sale vel Nitro. Caricę cum Sale. Stercus paſſerum cum adipe. Sal cum Terebinthina. Emplaſtrum ex melle cocto, cum oleo & Sale, Cepa cocta, & allium. Aliqui exurunt cum Arſenico vel Cauſtico potent. Anthrax mortificatus, remota Eſchara, mundificetur, pro incarnatione. Locus cauteriſetur, tribus vel iiij. foraminibus, facta prius attractione materiæ cum magna Cucurbita. Emplaſtrum ex Ruta & Allio, vel Sale. Stercus Caprinum cum Sale, Anus Galli vivi, Sale conſperſus, Rana viva.

Si bubo apparet, ſecetur vena è directo, vel apponantur partibus vicinis Cucurb. cum ſcarificatione. Buboni apponatur tantillum Lapidis Stephanici, cum Emplaſtro perforato. Exuritur horis v. & excidit, vt poſtea poſſit ſanari. Apponatur Emplaſtrum ex cepis & Therica, biß es außfellt. Hoc pacto mortificatur Carbûculus (vulgo ein Sterbblatter) vermis etiam & omnis puſtula maligna.

Aperit etiam bubones Emplaſt. ex tuſis foliis ſambuci & Sinapi. Oleum vermium maialium. Emplaſt. ex fuligine 121. Extrahit venenum Cruſtam parit, depaſtionem prohibet, nec non bonum à malo ſeparat. Vicinia muniantur cum Bolo, Santalis, Roſacea, Succo ſcabioſæ, vel bolo, albo ovi & aceto. Commendatur Bolus, Terra ſigillata, cum Succo ſcabioſæ.

NB. *Fumanellus* prope tumorem imponit veſicatorium ex Canthari-dibus, & puſtulis perforatis virus elicit.

Aliud: ℞ Fuliginis, Salis triti, Salviæ frumenti maſticati, ana q. v. pro Emplaſtro, cum Sapone Gallico.

Lucæ Chini, Piſani: Paſta ex Sapone, cum Calce viva, applicetur cum copula glandis vel avellanæ, horis 6. vel 8.

Aut Locum leniter ſcarificatum contege Charta rotunda, in medio perforata, vbi lentis magnitudo de corroſivo ponas, & cum petia linea allige, horis 8.

Fracaſtorius: Statim ad ea recurratur, quæ anipathia feris contagionib. reſiſtunt: ℞ Smaragd. præp. ʒ. j. Monocorotis ℈j. cum ℥. ſ. Roſaceæ, & ℥. ß. aceti rubi idæi provocetur Sudor.

Fernelius, de abditis: Convenit præterea venarum ductus obſtruere vel adſtringere, ne tam repente vis illa veneni in viſcera vel partes principes ſubeat. In id efficaces, Bolus Arm. & Terra Lemnia quæ etiam commune dote proſunt.

Commendantur ad Peſtem: Acetoſa, Tormentilla, Dictamnus Creticus & noſter, Anthora, Carduus benedictus, Pimpinella, Scabioſæ omnes, Morſus Diaboli, Cepa, Allium, Betonica, veronica, Liguſticum, Enula, aceto macerata, Hypericon, Ariſtolochia, Raphanus, Baccæ Lauri, Semen & Cortex Citri Vincetoxicon, Gentiana, Angelica, Corallus, Imperatoria, Zedoaria, Terra ſigillata, Terra Melitenſis, Bolus Armena præpar. hoc eſt ſæpius lota Roſacea.

Arum,

Arum, Cornu Cervi vſtum & præparatum, Margaritæ, Camphora; Ruta, Iuglans, Myrrha, Radix Carlinæ, Grana Iuniperi, Petaſitis, Scordium, Vnicornu, Valeriana, ſem. Santonici, Nux Vomica. Confectio Liberantis & Cordialis Officinarũ. Sal Abſynthii cum Theriaca. Ex his & ſimilibus detur ℨ. j. ſola, aut ℨ. ß. cum Theriaca, cum bono vino, aut aqua Angelicę, Scabioſæ, Acetoſæ, Acetoſellæ, Carduibened. Roſarum, Card. Mariæ &c. & modico aceti. Aut cum ſyrupo de Acetoſitate Citri, aut ſucco ſcordei aut Petaſitidis, Rediguntur etiam in formam Opiatæ, cuius Doſis, vt Theriacæ. Macerantur & cum Vino, & deſtillantur, ad præſervandum & curandum.

Mithobius commendat Pulverem famoſum Alexandri Benedicti, qui

℞ Specier. Cordialium ℥. iiij. Ramenti Cervini ℨ. ij. Myrrhæ, Santonicæ, ana ℨ. iij. Miſceantur diligentiſſime, & fiat Pulvis ſubtiliſſimus, cuius Doſis, ℨ. j.

Aliud: Rutæ & Chelidoniæ, aut ſcordei, M. j. ana, in Cantharo, Aceti coquatur, olla tecta, ad caſum partis tertiæ. In Colatura calida diſſolve ℨ. iij. bonæ Theriacæ; & aſſervetur, aut detur cum Electuario de ovo. Acetum ex rub. idæo, caryoph. rut. cum Theriaca, pro naribus & lingua.

Pulvis Landgravii Haſſiæ, nec non Principis Hennenberg. Im Krieg.

Baccarum Lauri recent. lib. j. Zedoariæ, Pimpinellæ, Tormentillæ, Dictamni albi, ana ℨ. j. ß. Nuces vomicas num. iiij. Arida pulveriſentur. Datur quotidie ad præſervandum in acie Cultelli, correptis, menſura Cochlearii.

Quidam deraſam Nucem Vomicam inſtar Piſi propinabat, & pro promovendo ſudore applicabat vmbilico & Pedibus vaſa cum aqua calida. Vt aperiretur facile vlcus, adhibeat folia Sinapeos & ſambuci, trita pro Emplaſtro. Oleum Vermium Maialium inunctum, extrahit venenum. Alius omnibus Medicamentis ad Peſtem præferebat Sal Abſynthii, cum Aceto. Alius Pulverem Foliorum Quercus, cum ſaccharo. Datur Sal abſynthii autem ſolum, aut cum ſaccharo Candi, Zinzibere & Camphora. Cuius Doſis ℨ. j. aut cum Theriaca. Quidam extollebat Stibium pondere granor. ij. aut trium.

Camphorata Doctoris Nevii, Medici Ducum Saxoniæ:

℞ Electuar. de ovo ℨ. ß. Theriacæ veteris, Mithridatii ana ℨ. ij. Rad. Tormentillæ, Nucis vomicæ, Dictamni Cretici, ana ℨ. ß. Camphoræ grana vij. Boli Armeni præparat. terræ

ſigillatæ veræ,ana ℈j. Cum ſyrupo de acetoſitate Citri fiat Opiata mollis. Vſus,inſtar duorum piſorum, mane alternis diebus, cum rotulis Liberâtis,cum bolo. Crebro etiam vſurpent Pil.Peſtilentiales, ad ʒ.ß.& j. De electuario ſumant correpti ʒ. j. cum vino albo,aut,ſi calor vrget,cum aqua ſcabioſæ vel Oxalydis.

Experimentum aliud præſtans,ad Peſtem:

℞ Theriacæ ʒ.iij. Zinzib.ʒ.j.ß.ſacchari Candi ʒ. vj, Camphoræ ʒ.iij. fiat Opiata. Doſis quantitas avellanę. Poteſt & Sal abſynthii addi.

Experimentum aliud, Abbatis Breytingenſis:

℞ Camphoræ ʒ.j. Zinziberis ʒ.ij. ſacchari Candi ʒ.iiij.fiat pulvis ſubtilis. Datur ℈j. cum vino. His reſpondet quod infra recitatur ex tractatu Kentmanni de Peſte.

Aliud Doctoris Amati: ℞ Camphoræ ʒ.j,cum ʒ.iij.Zedoariæ,in ſacculo ponatur in vino,de quo quotidie bibatur hauſtus.Quidam quotidie exhibent cum ſyrupo acetoſ. Citri in febre maligna, pondere gran.iij. aut iiij. Potenter enim reſiſtit putredini & malignitati.

Vide infra Diaſcordion Fracaſtorii, & Pulverem mox adnotatum. Commendatur Sal abſynthii, pondere ʒ.j.cum aqua ſcordei, Cardui bened.vel ℈j.cum ℈ij. Mithridatii.

Elidæus, Medicus Bononienſis,ad Peſtem: ℞ Dictamni albi, Tormentillæ,Corallor.albor.Gentianæ, Boli Armenæ,Terræ ſigillatæ,ana ʒ.ß.teratur quodlibet per ſe,& reſervetur, & de quolibet,quantum florenus capiet miſce cum aceto & aquis: ℞ Aquæ Endiviæ,Acetoſæ,Roſatæ, Scabioſæ,ana ʒ.j.& intra tempus horar. 8.bibatur, cooperiaturque æger, vt ſudet quam diu ferre poteſt, abſterſoque ſudore copioſo, æger liberabitur.

NB. Conſerva von den roten zwifachen Negelein/inſtar avellanæ, mane & veſperi exhibita cum aqua eorundem,vel ſimili, vt recenſet Mithobius.

Item ℞ Boli Armenę, ſacchari albiſſimi,ana ʒ.ij.Miſceantur.Doſis ʒ. j.pro vice.Item ℞ Gentianæ, Tormentillæ,Dictamni albi,Ariſtol. rot. ana ʒ.iiij.Caryophyllor. Nucis moſchat.ana ʒ.ij.Cinamomi electi ʒ.ß. Cum melle deſpumato fiat Electuar. quod & præſervat,& à Peſte liberat, ſed prius purga cum pilulis communibus.Cibetur paciens parum & ſæpe Cibis boni ſucci,& paucarum ſuperfluitatum.

Aliud optimum: ℞ Aquæ Nucum recentium ʒ.iiij,Pulveris verbenæ ʒ. j.Theriacæ ℈ij. Croci gr.vj. Miſce, pro potu. Simile eſt Medicamento Neopolitano Lucæ Chini.

Pilulæ præſtantes ad Peſtem:

℞ Pilular.communium ℈ij. Rhabarbari electi ℈j. cum ſyrupo de ſucco acetoſæ aut acetoſitatis Citri fiant pil. v. quibus ſtatim ſuperbibat ʒ. ij.

ſyr.

ſyr.de acetoſitate Citri,aut de Limonibus cum ℥.iiij.aquæ acetoſæ. Aut detur hæc Potio ſingularis: ℞. Tripheræ Perſ.ʒ.vj.Rhabarb. electi ʒ.j.ß.Spicæ gr.v. Diſſolvantur cum decoctione communi, facta in aqua acetoſæ q.ſ.&fiat potus.

Singulare,in Peſte: Antequam Peſtis figatur, per horas 12.optimum eſt dare ʒ.ß.Pilular.Ruffi, ſeu communium, ſtatim propinando iſtam Potionem: ℞. Tripheræ Perſicæ ʒ.vj.Syrupi de acetoſit. Citri ℥.j. cum decoctioni communi, facta in aqua acetoſæ q.ſ. Diſtemperentur probe, & fiat Potus.Eſt hoc ſingulare in puſtulis, præſertim male morigeratis, quas vulgo poticulas vocant.

Syrupus optimus in Peſte:

℞. Syrupi de acetoſ. Citri, de Nenuph.ana ℥.j.ß. aquar.acetoſæ, Bugloſſæ,violarum,ana ℥.ij. Miſceantur probe,& bis aut ter in die detur. Bibat etiam de eo cum aqua Hordei.

Elidæus, Medicus famoſus & peritus Bononienſis:

Curat peſtem ſex intentionibus: *Primo*,rationem victus inſtituit, declinantem ad frigidius & ſiccius *Secundo*,materiam malignam eradicat (miſſione ſanguinis,aut medicamentis purg.) *Tertio* concoquit, & calorem febrilem alterat.*Quarto*, ſi vires poſſunt ferre,rurſus evacuat, expectando declinationem.In ſtatu enim fere moriuntur.*Quinto* membra principalia roborat,& vltimo corrigit accidentia.

Doctoris Bellocati, Neopolitani, præſervantia in Peſte:

℞. Ladani opt.℥.j.ß. Styracis liq. ʒ.iij.Behen albi & rub. Roſar. rub. ana ʒ.iiij.Myrrhæ,folior. Rutæ, Caryophyllor.ana ʒ.j.ß. Camphoræ, ſpec. diatrioſant. ana ʒ.ij. Ligni aloes,Calami aromatici,ſucci valerianæ ſiccati,ana ʒ.j.Moſchi, Ambræ, ana gr.viij.Corticum Citri ʒ.j. cum aqua roſacea & ſucco Calendulæ q.ſ. fiat pomum, pulveriſatis pulveriſandis.

Pro pauperibus & domeſticis præſervativum præſtantiſſimum:

℞. Foliorum Rutæ ℥.ß. ficus ʒ.ij. gran. Iunip. ʒ.vj. Iuglandium ℥.j. aceti ℥.ij.Miſce, datur quotidie mane antequam exeant, avellanæ portio.

Pilulæ Præſervantes, eiuſdem Bel:

℞. Myrrhæ, Aloes,Croci,ana ʒ.iiij. Spec. Diamoſchi dul.ʒ.j. Specier. Diatrionſantal.ʒ.ß.Ligni Aloes ℈j. Mithridatii electi,ʒ.ij. cum ſucco Calendulæ fiat paſta pro Pilulis, ex quibus vna quotidie capiatur aut alternis,duabus horis ante prandium, ſine cuſtodia.

Præſtantiſſimum vero ex omnibus eſt, Si ſingulo mane capiat Mithridatii electi & antiqui ʒ.ß. Cibaria condiantur aceto,caveat à Coitu

 omni-

omnino, nec non à vino potenti ac multo, à fructibus & aliis cibis humectantibus.

Aqua Vitæ contra Peſtem Nobiliſſima Dn. Caſpari Zigleri.

℞ Cinamomi ℥.j. Galangæ, Zedoariæ, Caryophyllor. Piperis longi, Calami Aromatici, Macis, Zinzib. albi, Gentianæ, ana ℥.j. Rad. Serpentariæ, Pimpinellæ, Tormentillæ, Dictamni albi, ana ℥.ß. Sigill. Salomonis ℥.ß. ſpermat. Ceti ℥ ij. Mumiæ ℥.j.ß. Theriacæ optimæ ℥.iiij. aquæ vitæ quater deſtillatę lib.vj. Terantur optime pulveriſanda, & ſimul omnia miſceantur, ac in alembico bene obturato, lento igne. Vſus eius eſt, pro infectis, à ſanguinis miſſione, poſt quatuor horas. Doſis eſt, ℥.ij. & in lecto æger per 3. aut 4. horas ſudet, caveatque tunc à ſomno. Incidit potenter, ſubtiliat, deſiccat, & venenum à membris principalibus propellit ad exteriora.

Alia Aquavitæ, Contra Peſtem, ex Antiquiſſimo Codice:

℞ Valerianæ, Dictamni, Hederæ, Serpentariæ, Pimpinellæ, Biſtortæ, Tormentillæ, ana ℥.j. Gentianæ ℥. ß. Vini ardentis ſextarios tres, aquæ acetoſæ, ſcabioſæ, ana ſextar. j. Inciſa macerentur diebus 8. & deſtillentur. Doſis, miſſo ſanguine, ℥.ß. cum Antidoto de ovo aut Pulvere ſequẽti: ℞ Boli Armenæ præp. ℥.j. Dictamni, Tormentillæ, Santalor. rub. ana ℥.j. Raſuræ eboris, Cort. & ſem. Citri, ſem. Roſar. ana ℥.ß. Oſs. de Corde Cervi, Corallor. rub. ana ℈j. Camphoræ gr.v. Miſce pro pulvere.

D. Philippus Melanchthon. Præceptor meus VVirtenbergæ, Anno 1554.

Vidi virum optimum, & meum amicum, huius decocti vſu in Peſte hic convaluiſſe: ℞ Scabioſæ, acetoſæ, ſcordei, Carduibened. ana M. ij. ſem. Citri, acetoſæ, ana ℥.j. Rad. Biſtortę, Tormentillæ, Gentianę, Angelicę, ana ℥.ß. Boli armenę præparat. Terrę Lemnię, ana ℥.iij. Aquar. acetoſæ & Carduibened. ana lib. ij. fiat decoctio ad caſum part. dimidię. Decocti ℞ lib.j. ſyr. acetoſitat. Citri, de acetoſa, ana ℥.iij. Miſce.

Familiare, & præſtans experimentum in Peſte tempore hyberno:

℞ Vini ardentis opt. ſextarium dimidium, Theriacę optimę ℥.ij. & probe miſceantur. Exituri mane tres aut iiij. guttas imponant prius linguę, & naribus illiniant. Quidam addunt Angelicę & Zedoariæ, ana ℥.ß. ac mane aliquot guttulas propinunt.

Aliud Præſervativuum nobile, tempore peſtis, cuius Doſis, cochlear, quotidie ante ſomnum:

℞ Rad. Dictamni ℥.j.ß. Tormentillæ

tillæ ℥.ij.Zedoariæ, Cort. citri ana ℥.j.Rutæ, Carduibened.Hyperici, ana ℥.ij. Boli armenæ præparat.℥.ß. vini opt.Canthar.ij.Aquar.acetoſæ, Roſar.ana ſextar.j.aceti dimidium. Repoſita in vitro, frequenter agitentur.

Prægnantes, Pueri & miniſtrantes, pro præſervando ſemel in ſeptimana bibant ℥.ij.Deſtillati Rad. Bardanæ ſeu Lappæ maio.ad M.iiij. cum dimidio Corticis interioris fraxini.

Montanus: Bolus noſter, Synopica, ſiccat cum adſtrictione. Pro exiccanda Peſte ego potius vterer Cornu Cervi vſto, cum ſaccharo aut ſucco acetoſæ, aut pulli Iuſculo. Æquivalens eſt ipſius vnicornu. Prodeſt & ſcordium cum Roſato ſaccharo, aut Bugloſſato. Sem.acetoſæ.

Pulvis præſtans in Peſte:

℞ Boli armenæ præparat. terræ ſigillatæ, Scordei, Tormentillæ, Cornu Cervi præparat. ana ℥. ij. Miſceantur. Doſis ʒ j.cum ℥.ij.Roſaceæ, & ℥.j.Aceti, aut ℥.iij. acetoſæ. Pulveres aſſumuntur ad præcautionem, aſperſi fruſtulo panis aſſati, cum aceto irrorato, aut cum vino, aut tenui cereviſia.

Antidotus Camphorata *præſtans*, *Abbatis Breytingenſis famoſi*:

℞ Rad. Tormentillæ ℥. iij. terræ ſigillatæ, Bol.armeni præparat.ana ℥. 18.Camphoræ ℥.iij. Moſchi, Ambræ, ana ℈j. Theriacæ, Mithridatii, ana ℥. v.Pul.Diamargariton, Dictamni albi, Gentianæ, Ariſtol.vtriuſque ana iij. Aquæ vitæ lib.ij. Pulvis in tres dividatur partes, vna cum aqua vitæ deſtilletur, poſtea ſecunda, vltimo tertia. Doſis ℥.ß.cum aqua ſcabioſæ, pro ſudando.

Sequens commendatur à plurimis:
℞ Theriacæ aceti boni, vini ardentis, ſucci Alliorum, ana ℥.j.ß. Miſceantur probe, & dentur Cochlearia iij.per triduum, Quidam omittunt vinum ardens.

Quidam recipiunt Theriacæ, vini ardent. Succi allii, ana ℥.j.ß. Aceti ℥. iij. Succi Rutæ ℥. vj & miſcent, ſæpius probatum ab Abbate Breytingenſi.

Aliud Medicamentum famoſum:

℞ Succi Limonum lib.ij. aceti ℥. iiij.Boli Armenæ præparat.℥.j. Infuſa per diem deſtillentur. Doſis ℥.iiij. detur ſolum, aut cum Antidoto Theriacali.

Electuarium Doctoris Langii, præſtans in Peſte:

℞ Theriacæ ℥. iiij.Mithridatii ℥. iij.Rad.Pimpinellæ, Angelicæ, Scordei, ana ℈.ß.Cardamomi gr.v. Camphoræ gr.ij. Cinamomi ℈ß.fiat Electuarium. Poſtea per triduum bibat ſyr.de Limonibus ℥.j.acetoſitatis Citri ℥.ß.aquæ Carduibened. acetoſæ, Boraginis, ana ℥.j.Miſce.

P*ulvis præſtans, præſervativus & Curativus, in* Peſte:

℞ Scor-

℞ Scordei ℥iiij. flor. Tunicæ M. ij. acetoſæ, ſcabioſæ, ana ʒ. ij. Rad. Pimpinellæ, Tormentillę, ana ʒ. iiij. Dictamni albi ʒ. j. ß. Ariſtol. rotund. Boli Armenę præparat. ana ʒ. ij. Corallor. rub. ʒ. iiii. Rutæ, Cornu Cervi vſti, ana ʒ. ij. Camphorę ʒ. vj. Roſar. rub. ʒ. j. Rad. Liquiritię, ʒ. ij. ſacchari albiſſimi ʒ. x. Miſce, & fiat Alchool.

Electuarium de Ovo, præſtantiſſimum in peſte, & Febribus peſtilentialibus:

℞ Ovum recens, albo reiecto, repletum Croco torreatur lento igne, donec Color fiat Croceus. Tuſo optime, vt de Cortice nihil appareat, adde Pulveriſata, ſem. Erucæ, mediū Ovi pondus, Rad. Tormentillæ, Dictamni albi, ana ʒ. ij. Pimpinellæ. Angelicę, Zedoarię, Phu, Petaſitidis Meu, ana ℈iiij. ſem. Cardui B. Acetoſæ, ana ʒ. j. ß. ſcordei ʒ. iij. Verbenę ʒ. v. Nucis Vom. ʒ. j. Boli Armenę præparat. Terræ ſigill. ana ʒ. j. Spec. Bezoartic. ʒ. iij. Raſurę Monocerotis aut Cornu Cervi, ʒ. j. ß. Theriacæ, ad Pondus omnium, & ex agitentur probe pro Maſſa formanda.

Secretum cuiuſdam empirici præſtans in Peſte:

℞ Rad. Pimpinellæ, Zedoariæ, Cort. Citri, ana ʒ. j. ß. Trochiſ. de Cāphora, Aloes lotæ Roſacea, Mirrhę, Macis, Zedoariæ, Nucis Muſcatę, Caryophyllor. ana ʒ. iiij. Baccar. Lauri Croci, Zinzib. Dictamni, Ireos, Gentianæ, ſem. Carduibened. Sem. Citri. Sp. Diapliris cum moſcho, Diamargariton, Diambrę, Diamoſchi dul. Elect. de Gemmis, ana ʒ j. ß. Oſſium de Corde Cervi, num. vj. Terræ Sigill. Boli Armeni præparat. ana ʒ. ß. Smaragdi, Hyacinthi, Vnicornu, Cornu Cervi vſti præparat. Corallor. ambor. ana gr. v. Theriacæ Alexand. Mithridatii, ana ʒ. j. ß. Theriacæ Venetę ʒ. iij. Syrupi Acetoſitatis Citri q. ſ. pro formando Electuario.

Aliud optimum: ℞ Pul. Sinapis & Ovi, Dictamni, Tormentillę, ana ʒ. vj. Gentianæ ʒ. ij. Zedoariæ ʒ. ß. Angelicæ ʒ. vj. Pimpinellę ʒ. ij. Nucis vomicę ʒ. j. Vnicornu, vel Cornu Cervi vſti, ʒ. ij. Specier. liberantis, ʒ. vj. Pul. communis pro Peſte ʒ. j. Mumiæ ʒ. ij. Theriacę ad pondus omnium.

Opiata præſtans in Peſte:

℞ Theriacę ʒ. ß. Mithridatii ʒ. ij. Electuarii de Ovo ʒ. ij. ß. Boli Armeni præparat. Dictamni, ana ℈j. Specier. Liberātis ʒ. j. Cum ſyrupo Acetoſitatis Citri, in æſtate. In Hyeme cum ſyrupo de Bugloſſa, fiat miſtura. Doſis ʒ. j. in æſtate cum aqua acetoſæ aut Roſarum, & in Hyeme cum vino generoſo.

Aliud Noſtrum in Peſte: ℞ Baccarum Lauri recentium lib. j. Zedoarię, Tormentillæ, Dictamni albi, Pimpinellę, Carduiben. Petaſitidis, Angelicę, ſcordei, Cornu Cervi vſti, ana ʒ. vj. Camphorę ʒ. iij. Nucum vom. nu. iiij. Pulveriſata probe miſceantur.

Electuarium in Peſte optimum, ex Iuglandibus:

Iuglandium 10. aut 12. Caricarum, num. xv. Rutę, Abſynthii, ſcabioſæ, ana M. j. Ariſtol. vtriuſque, ana ℥. j. ß. Dictamni, Tormentillæ, Pimpinellę, Baccar. Lauri, ana ℥. ij. ß. Galangæ, Corticum Citri, Oſs. Cordis Cervi, Macis, Myrrhæ, Boli Arm. præparat. Terræ ſigill. ana ℥. j. Mellis deſpumati lib. iij. Pulveriſata miſce, aut cum ſucco Oxalydis.

Aliud optimum: ℞ Folior. Rutæ M. j. Salviæ M. ß. Pimpinellæ ℥. ß. Gentianæ ℥. j. Cardamomi ℥. ß. Granor. Iuniperi ℥. j. Iugland. excortic. ℥. j. Baccarum Lauri, Boli Armenæ præparat. ana ℥. ß. Tormentillę Biſtortæ, ana ℥. ij. Pulveriſata miſce cum ℥. j. Theriacæ & ℥. ß. Aceti Roſarum. Datur mane inſtar Nucis Ponticæ, tribus ante cibum horis.

Electuarium Ranzovianum præſtantiſſimum in Peſte:

℞ Iuglandium ſiccarum ℥. vj. Caricarum ℥. iiij. folior. Rutæ ℥. ß. Salis ℥. ij. Miſce cum ſucco Roſaceo vel aceto, addito ℥. ß. Granor. Iuniperi, & incorporata miſceantur diligentiſſime, Doſis ſit magnitudo Caſtaneæ, omni mane ante exitum.

Aliud: ℞ Iugland. ℥. j. & macerentur in aceto, folior. Rutæ ℥. j. Caricarum, num. xx. Terantur optime in mortario. Doſis quotidie ieiuno Stomacho, inſtar Avellanæ.

Electuarium pro Pauperibus, optimum in peſte:

℞ Caricarum lib. ß. Iuglandium excorticatarum ℥. iij. Rutæ ℥. ß. Salis, ʒ. j. Miſceantur probe, terendo cum aceto, aut ſucco Oxalydis, aut Melle. Doſis quotidie inſtar Caſtaneæ. Aut hæc comedantur à pauperibus ex Aceto.

Tragus: Folia Rutę, Grana Iuniperi, Nuces, cum Ficubus, ana ; contundantur, & cum aceto Roſaceo per ſetaceum ducantur, pro Theriaca optima, in Peſte.

Præſervativum: ℞ Aquæ Roſar. optimę, vini generoſiſſimi, ana ſextarios, ij. Boli Armenę præparat. ℥. j. Miſceantur optime. *Doſis Cochlear*, mane & ſero. Poteſt addi ſyrup. de Citro.

Remedium Neopolitanum Probatiſſimum in peſte:

℞ Theriacæ opt. p. ij. Mithridati p. j. Doſis ℥. j. Pul. verbenę ℥. ß. Olei cõmunis dul. aquæ vitę duarum coctarum, ana ℥. j. vel ℥. j. ß. ad diluendum.

Fumanellus, Cap. de peſte:

A Phlebotomia detur Theriaca, poſtea Medicamentum ex Elleboro præparato cum Coroneis. Abſtineat Æger interdiu à ſomno, bibat aquã Intybi. *Prope tumorem ab initio* in arteriarum regione imponatur ℥. ß. Cantharidum, cum ℥. j. fermenti, & modico aceti, aut per Corvinus, ac de-

ſuper Cucurbitula. Puſtulis perforatis educatur virus, imponatur Amoniacum cum Galbano. Fotus Spõgiæ ex decoctoBethonicæ, Chamemeli, Meliloti. Apponatur Cucurbitula cum ſcarificatione, non loco affecto, ſed vicino, ne attractis ad glandulas humoribus dolor augeatur. Si in inguine, apponantur ad Nates aut Coxas. Diebus ſequentes exhibe ſyrup. alterantes & Alexipharmacos, de Berberis, Limonibus, Acetoſitate Citri, Roſis, Bugloſſo, acetoſa, Granatis, &c.

Geſnerus: Acetum deſtillari iuſſi cum Solano, ſemperviyo, verbena, Nucibus immaturis &c. Gratus eſt liquor ſtatim refocillans. Solus, aut cum ſyrupo aliquo roborante. Datur ℥.j. aut ℥.j.ß. cum Theriaca, recentiori præſertim, & ſtatim ſudorem movet abſque calefactione etiam.

Eraſtus: In Peſte commendat Falloppius ſuccum Gralegæ epotũ, protrudit virus ad glandulas, non per ſudorem, ob materiæ craſſiciem. Idem dicitur præſtare ſuccus Calendulæ, ad ℥.iii. plus minuſve, qui perinde & excrementa circa vteros hærentia feliciſſime expurgare dicitur. Ideoque talia iis, quæ tantum ſudorescient, ſunt præferenda, præſertim cum illa vehementer ſint calida. In ſudore autem, vbi opus eſt, ciendo, præfero, quæ frigida ſunt aut temperata.

Ex qua cauſa tantopere commendatur aqua ex Corticibus immaturis Nucum deſtillata, Item ſuccus veronicæ maris, Tormentillę, Biſtortæ, acetum, ſuccus Limonum & Citriorum, quibus omnibus inſignis vis arcendi à corde venenum tribuitur.

Iohan. Langius, l. Epiſt. 18.

Multos, *de quibus iam conclamatum erat in in Lue peſtifera*, *ſervavi hoc Methodo*: *Primo* Alvum, ſi parum aut nihil exoneraverat, Glande aut levi Enemate ſubduxi. *Secundo* Alexipharmacum Sudorificum (indicatione deſumpta à magnitudine morbi, quę à loco affecto, corde, & morbi malignitate deſumitur, & ſtatim Antidotum indicat) exhibui, quod pro ratione ætatis & virium ſudorem, duas tres, aut etiam plures horas promoverat.

Tertio, Cordi Epithemata odorifera adhibui. *Quarto*, Abſceſſus aut Carbo, ſi eruperat, confeſtim Emplaſtra virus attrahentia accommodavi (talia ſunt Cucurbit. fermentum cum Galbano, Cepa, Theriaca, Opopanax. Abſceſſus nondum maturus aperiatur ferro aut Cauſtico potenti) *Tandem ab hora Sudoris ſexta aut ſeptima*, refertis tamen prius aliquo iuſculo viribus, venam oportunam ſecui, ac mox ab Antidoto, aliis diebus ſingulis, mane & veſperi potagia alterantia, quæ tota ſua ſubſtantia & qualitate veneno reſiſterent, & Cor roborarent, exhibui. Qualia ſunt, quæ ex Citriorum ſucco, arantiorum, Granatorum, Limonum, acetoſæ, Iuiubę, cum momento aceti & ſaccharo decocta conficiuntur. In morbi declinatione, ſi appetitus languebat, vt Corpus tuto poſſit nutriri, ſanguinem

nem à reliquiis contagionis, convenientibus Pharmacis, hoc eſt humores non agitantibus & robur corporis diſſolventibus ac venenoſa qualitate preditis, ideoq; ventris fluxum, alioqui peculiare huius morbi ſymptoma & lethale cientibus, ſed clementibus, vt agarico, Caſſia, Rore Syriaco aut Tamarindis, expurgavi.

Poſtremo Vlcerum, Carbunculorumque præcipitem conſolidationem prohibui, & commodam victum rationem præſcripſi.

Vena poſt exhibitionem Antidoti ſecanda. Antidotum enim maxima morbi magnitudo ſtatim indicat. Vena ſecta, educitur morbi cauſa intra venas contenta, & obſtructiones aperiuntur, febriſque fervor remittitur. Tunc enim non eſt timenda humorum ad interna revulſio, cum Abſceſſus validis attractoriis ſint aperti.

In Antidotorum Catalogo ſunt: Smaragdus, Angelica, Zedoaria, ſcordium, Eryngium, Petaſitis. Bolus armena. Decocta ex Citriis, Limonibus, Granatis, arantiis, acetoſa, Iniula cum aceto & ſaccharo. Ex compoſitis: Theriaca, Mithridatium & pleraque Neotoricorum.

Ex Libro Antiquiſſimo Germanico Duciſſæ noſtræ VVirteb.

Infectus ſtatim ebibat aquę Roſaceæ ℥.ij. vini albi generoſi ℥.j. Boli armenę præparat. ℨ.j. probe miſta, tepidum bibatur. Præſervat & munit Cor, contra impreſſionem Veneni, vt poſtea poſſit depelli Peſtis vſu miſſionis ſanguinis & Antidoti, antequã prorſus deiiciatur Cor. Elapſis itaque à miſſo ſanguine horis 2. aut 3. Antidotorum aliqua propinetur.

Pulvis Landgravii Haſſiæ, ex conſilio Medicorum VVirtebergenſium.

℞ Aloes puræ Boli Orient. Tormentillę, Angelicæ, Croci, Pimpinellæ, Maſticis, Myrrhæ, Roſar. ana ℨ. j. Rad. Dictamni, Columbrinæ, Zedoariæ, ana ℈. j. Pulveriſata miſceantur.

Oleum præſtantiſſimum, Leonis, Præceptoris Elidæi, ad Bubones peſtiferos:

℞ Olei antiquiſſimi lib. ij. Scorpiones vivos, num. 40. In vaſe terreo & tecto bulliant lente horis v. Tepidum coletur, & addatur Theriacę optimę, ℥. ß. Diſtemperatum rurſus bulliat leniter horis 2. & Colatura vtere. Infecti inungant ſtatim Cor, poſtea locum vicinum Buboni aut Anthraci. Tertio pulſus brachiorũ & temporum. Quartò Nucham & Collum. In horis &c. diſſolvetur Bubo. Si non, rurſus vt prius inungatur.

Aliud Oleum famoſum, ex Gallia, præſtans in Lue peſtifera:

℞ Olei antiqui lib. x. Hyperici, Rutæ, Galangæ, ana M. j. Herbæ re-

centes tuſæ cum oleo reponantur hor.24. Poſtea deſtillentur in vaſe duplici lento igne. Rurſus cum dictis herbis ſic procede, idque quinq; vicibus. Tandem in oleo repone Scorpiones 200. & in vaſe duplici deſtilla, colatiſque fortiter Scorpionibus, oleum ſervetur. Rurſus ℞ Gentianæ, Ariſtolochię, Imperatorię, Carlinæ, Tormentillę, ana M. j. aquę Meliſſæ q.ſ. Trita groſſe infundantur in aqua dicta hor.24. poſtea deſtillentur. In hac aqua rurſus infunde Zedoariæ, Cinamomi, Ligni aloes, Caryophyllor. Cyperi, Been vtriuſque ana ℥.vj. aquæ vitę ℥.ij. Aceti optimi ℥.j. & deſtillentur. Cuius aquæ ℞ Lib.ß. Olei ſupradicti lib.j.ß. Spec. Electuarii de Gemmis ℥.ij. Croci orient. ℥.j.ß. Aloes pulverifatæ ℥.j. Theriacæ Mithridaticæ ℥.iij. Miſce, & bulliant ſimul lente, ad caſum Aquæ admiſtæ. Adde Moſchi optimi ℈j. ſoluti in ℥.j. olei Caryophyllor. & fiat vnguentum nobile & regibus dignum.

Aliud Oleum de Scorpionibus:

℞ Olei antiquiſſimi lib.j. Scorpiones 120. Aceti fortiſſimi, ℥.iij. Bulliant ſimul ad Crepaturam Scorpionum. Colato adde Zedoariæ, Dictamni, Theriacæ Mithridati, ana ℥.ij. Ceręnovæ ℥.4. Spicarum Allii mundati, num.iij. Bulliant lento igne hor.24. vaſe obturato, & poſtea Oleum exprime. Eſt mirabile hoc oleum, inunctum pulſibus, capitis, Pedum, manuum, Cordi, & vmbilico.

Pilulæ peſtilentiales optimæ Doctoris Iohannis Pontani:

℞ Aloes optimæ ℥.ij. Myrrhæ electę ℥.j. Rhabarbari, Croci, ana ℥. ij. Agarici trochiſ. ℈ij. Rad. Spicæ gr. viij. Corticum Citri, Tormentillæ, Sem. acetoſæ, ana ℈j. ſucci albi præparat. ℥.j. Santali citrini ℈ß. Boli Armenę præparat. ℥. j. cum ſyr. de citro vel ſucco Scordei fiat maſſa pro Pilulis peſtilentialibus.

Emplaſtrum pro Bubonibus:

℞ Galbani, Ammoniaci, ana ℥.ß. Diachylon. ſimp. ℥.ij. Miſceantur pro Emplaſtro, & pro Pauperibus diluatur Stercus anſerum cum Oleo comm. pro Emplaſtro.

Aliud: ℞ Emplaſt. Diachylon. ſimp. de Meliloto, ana ℥.iiij. Ammoniaci, Galbani, ana ℥.ij. cum Oleo Scorpionum fiat Maſſa pro Emplaſtro. Vel fac Emplaſtrum ex cinis aut cortice mediano Sambuci tuſo, cum fermento & lotio pueri. Vel Emplaſtrum ex Ovi luteo, Sale & Oleo communi.

Vnguentum Alexii Pedemontani egregium, mortificans Peſtem:

℞ Aquæ Saponariæ ℥. iiij. cum Cineris fabarum aut Salicis, Aceto extincti ſiccati, tritique, & Calcis Vivæ, ana q. ſ. coquantur ad ſpiſſitudinem,

dinem, adde Axung. Porci ℥. ß. Cantharidum tritorum, ʒ. ß. Hæc miſceantur optime pro vnguento, & addito Melle fiet mollius.

Experimentum Celebre D. *Ludovici Vdalrici* von Angelburck/ *in Lue peſtifera.*

℞ Theriacæ Androm. Conſer. Roſar. ana ℥. j. ß. Mithridati ℥. j. ſulphuris vivi, ʒ. j. Camphoræ ℈. iiij. Zedoariæ, Dictamni, Angelicæ, Gentianæ, Ariſtol. lon. Tormentillæ, Valerianæ, ſucciſſæ, Pimpinellæ, Leviſtici, veronicæ, Baccar. Lauri, ana ℈ ij. Myrrhæ electæ ʒ. j. fol. Cotonei ʒ. ß. Boli armenę præparat. cum aqua Oxalydis, Terræ ſigill. ana ʒ. ij. Croci ʒ. ß. Cinamomi el. ʒ. ij. Spec. Diagemmis cal. & frig. ana. Spec. diamoſchi dul. Diamarg. frig. Diatrionſantal. ana ℈ j. Oſſium Cordis Cervi ℈ ij. Elect. de Ovo ℥. ß. Syr. acetoſitat. Citri ℥ ij. aquæ vitæ Arnoldi contra peſtem ex 4. rebus, ℥. j. Omnia miſceantur diligentiſs. cum iiij. foliis auri. Celebre in Anglia. Doſis, ad præſervationem, inſtar Piſi. Correptis, pondere ʒ. j. Valet & in Gallico, & aliis morbis per ſudorem expellendis.

Poma odorata varia & optima, in peſte & aliis morbis &c.

℞ Ladani ʒ. iij. Ligni aloes ʒ. ij. Galliæ moſchatæ, ʒ. ij. ambræ, Moſchi, ana ℈ j. ex his fiat pomum Lege artis. Item odorem & acetum roſatum infuſionis Camphoræ, Cinamomi, & ſimilium, quo etiam nares inungantur & tempora.

Aliud: ℞ Spicæ Nardi ℈ j. Sem. Baſilici, Roſar. rub Nucis moſcat. ana ℈ ß. Caryophyllor. ℈ j. Ligni Aloes, Cinamomi, Santal. Citrini, thuris albi, ana ℈ ij. Ster. Calami ʒ. ß. ß. Ladani electi, ʒ. ij. cum aqua Roſar. fiat Pomum, quod inungatur Moſcho.

Pro æſtate: ℞ Flor. Roſarum Violarum, Nympheæ, ana ℈ ß. Rad. Iridis Illyricæ, Santali Citrini, Cort. Citri, ana ʒ. j. Galliæ moſchatæ, ℈ j. ß. Camphoræ gran. ij. Ambræ gran. iij. Cum Aqua Roſacea odoratiſſimâ fiat Pomum ſ. a.

NB. Electuarium Camphoratum Angelbergii, citatur à Medicis Norinbergenſibus.

Præſervativa in peſte facilia, ſed optima, ex Kentmanno D. M.

Pulvis ex foliis acetoſæ ſiccatis in vmbra, cum Saccharo. Quidam domum ſuam præſervabat cum pulvere dicto & Rad. valerianæ, ana, cum pane aſſumpto. Pulvis Tormentillæ, Dictamni, (cuius pulvere iurat ſe expuliſſe ab ægroto lacertas vltro 30.) Angelicæ, Petaſitidis, Pimpinellæ, crudę & conditæ, Imperatoriæ, Enulæ, Zedoariæ, Valerianæ, Ariſtolochię, Gentianæ, Baccar. Lauri, Rutæ, fol. quercus, ſcabioſæ, Betonicæ, ſcordei inprimis. Poſſunt hæc miſceri cum ſucco acetoſæ aut ſaccharo.

Electuarium in peſte præſervativum præſtans, & ſæpius probatum:

℞ Folior.acetoſæ ℥.j. Rad.Tormentillę ℥.ß, Angelicę ℥.vj. Valerianæ, Dictamni, Pimpinellę, ana ℥. ij. Baccar.Lauri recentium M.j. Tuſa miſceantur diligentiſs. cum Succo acetoſæ aut aceto.Roſaceo. Doſis veſperi & mane inſtar Caſtaneæ dimidiæ.

Pulvis in peſte præſervativus & Curativus præſtantiſſimus:

℞ Sem.Citri excort. Plantaginis, acetoſæ, ana ℨ.ß.Folior.ſcordei, ℨ.ij. Scabioſæ ℨ.ß.acetoſæ ℨ.j. Cort.citri, ℨ.ß.Cinamomi acutiſſimi, ℨ.iii. Serpentarię, Pimpinellę, Valerianę, Angelicę, Zedoariæ, Dictamni, ana ℨ.j. Boli Armenæ præparat. ℨ. ij. Cornu Cervi vſti, ℨ.j.Corallor.rub. Margaritar.puriſs.ana ℨ. ß. Croci Orient. ℈ij.pulveriſentur ſubtiliſſime & miſceantur.Doſis, ℨ.ß.Poteſt & in formam ſolidam redigi, ex ℨ.iii.pul. ad ℨ.vj.ſacchari.Datur pul.à ℨ.ß.ad j.ſolus, aut cum duplo ſacchari.

Sequens eſt nobilius: ℞ Pul.præſcripti.ℨ.ij.ß.Mithridatii optimi ℨ.j.theriacæ veteris ℨ. j.ß. Camphorę ℈ß. ſubigantur cum ſyrupo acetoſæ. Doſis ℈j.correptis duplum. Poſſunt & ex hoc electuario Lupini parari, ſeu hypoglottides.

Aut ℞ Pul.præſcripti, ℨ.j.ß. Alipt. moſchat. ℨ. j. Galliæ moſ. gran. iij. ſacchari albiſs.ℨ.iii, Camphoræ gr. ij. Incorporentur cum mucilagine Traganti, & fiant quaſi Bechica, ac involvantur Spec.Liberantis.

Electuarium in peſte præſervativum & Curativum excellentiſſimum:

℞ Conſer.Roſar. Borraginis, violar. Acetoſæ, ana ℥.ß.folior. Scordei, Rutæ, ana ℨ.ij.amygd.amar. ℨ. ß. Ficuum, num.iii. Corticum Citri ℨ. iij. Cinamomi acutiſs.ℨ.j.ß.Rad. Zedoariæ ℈j.Ireos, Angelicæ, Dictamni, Pimpinellæ, Enulæ, ana ℨ. ß. Tormentillæ, Tunicæ, ana ℈ij. Raſuræ Eboris, Cornu Cervi vſti, ana ℨ.ß. Confect.Liberantis cum Bolo ℨ. j. Cordialium, de Gemmis Meſ.ana ℨ. ß.Incorporentur cum ſyr.Acetoſæ, Citri & aceto Roſar.q. ſ.pro Electuario, Doſis cuius eſt ℨ.ß.ieiuno Stomacho.Correptis duplum.

Electuarium excellens Kentmanni, quod etiam in Cura peſtis, aliis medicamentis omnibus præferebat:

℞ Raſuræ Vnicornu, Oſſis de Corde Cervi, ana ℨ.ß.Camphoræ ℨ. j.Tormentillæ, Dictamni Cretici, ana ℨ.j.ß.Zedoariæ ℨ.ij.Sacchari Candi, ℨ.j.ß.Theriacæ optimæ, ℨ.vj. Syr. Acetoſitat. Citri, q. ſ.& miſceantur diligentiſſime pro Electuario.

Conditum Cordiale: ℞ Conſer. Borraginis, Violar. Roſarum, acetoſæ, ana ℨ.iij.Citrinati cond.ℨ.ß.Rob de Ber-

Berberis ℥.vj.Spe Cordialium, temp. Diamoſchi, de Gemmis, Diamarg. frig. Diatrion.Sand.ana ℈ß.Syr.Acetoſitat. Citri q.ſ.fiat Conditum. Poteſt etiam aliquid addi Trochis. de Camphora.

PRO MORBO ANGLICO.

(Febris Sudorifica, Ephemera peſtilens.)

℞ Boli opt.℥.j. Croci ℥.ij.ß.Mithridatii ℥.iij.pul. Carduibened. ℥. iij.Labri veneris ℥.ij.ß. Pul.Eboris ℥. ß.cum Succo abſynthii, Fumarię, Endivię, Praſſii, Bugloſſæ, Borraginis, ana q.ſ.fiat miſtura.

Electuarium optimum, in Morbo Anglico, probatum:

℞ Camphoræ ℥.ß.Oſſis de corde Cervi ℥.j.ß.Zinziberis albi ℥.j. Sacchari Candi ℥.j.ß. Tormentillę ℥. ij. Dictamni albi ℥.ij.ß.Theriacę optimę ℥.j.ß.vnicornu ℈ij. Nucis vomicæ &c.

Præſervativum: ℞ Abſynthii viridis, Rutæ, ana M.j. Ficuum, Iuglandium, ana 20. Contuſa ſimul bulliant in tribus ſextariis vini & q.aceti. Doſis, quotidie Cochlearia ij.

Pro Morbo Livonico, Danice der Schurbauch.

Per Menſem quotidie mane hora ſexta, & veſperi ſeptima bibat ſextarium Seri Caprini, in quo M.j. acetoſæ tritę per noctem maduerit, Colatum bibatur, vt dictum. Aliqui huius loco ſumunt Abſynthium, vel Capnum, vel Borraginem, tuum erit conſiderare. Poſt horam comedat Rotulas ij. Triaſantal. vel Diarrhod. Abbatis, facto primo ſomno, Rotulas ij. Lætificantis Galeni. Veſcatur concoctu facilibus, bibat aquam Hordei, vel tenuem Cereviſiam, & purgetur: ℞ Epithymi, folior. Senæ, Croci, Agarici, ana ℥.ß.vel ℥.ij.fiat Pulvis. Doſis ℥. iij. vel ij.cum tenui Cereviſia. Pontanus laudabat ablutionem ovis cum decocto cereviſię tenuis, & chelidonii minoris cum ſedo minimo, non vermiculari.

Gargariſmus optimus: ℞ Aquar. roſar.℥.ij.Plantaginis, quart.j.aceti vini ℥.vj.Mellis virginei cochlear.j.Aluminis crudi ℥.ß.Pyrethri ℥.j.fiat decoctum ſ.a.Deſpumetur & gargarizetur tepide. Poſtea fiat inunctio Gingivarum & faucium: ℞ Aluminis ℥.ß.Mellis virginei, cochlearia iiij.fiat decoctio ſ.a.vſque dum rubefiat adde pyrethri, viridis æris, Croci, ana ℥.j. & parum Boli armenæ, fiat ad modum vnguenti, non nimis mollis, ad dentes. His non proficientibus, foramina imple alumine vſto & Lithargyro, & lavetur foliis Perſicorum & fagi corticibus decoctis. Poſtea vtatur Balneo: ℞ Galii, verbenæ, Pulegii, abſynthii, Chamemeli, folior. quercus & Prunellor. ſyl.ana q.ſ. Vide Plinium, lib. 25. c.3. de Stomachaco & ſceletio de, vbi Britannicam huic malo mederi ſcribit. Saxones vtuntur mandibulis Luciorum, cauda Equina, in vnguento pro

Gin-

Gingivis, addendo Cineres Cannæ Aquaticę vſtæ, cum melle optimo.

Ex libro germanico: ℞ Naſturt. aq. Alleluiam, rut. murar. abſynth. ana M. *j.* Terantur inſtar acetarii, de quo quotidie tria vel iiij. cochlearia cum ſero caprino bibat, mane & veſperi. Eorundem cum aqua decocto mane & veſperi crura lauentur.

Ad vlcera ſordida, præſertim Oris, Docto: Amati:

℞ Aquæ Plantaginis ℥.iij. Roſarum ℥.j. Æruginis ℥.ß. Bulliant parũ; poteſt fieri mitior aut validior, additur & ℥.*j.* Tutiæ præparat. aut Boli, & applicetur frequenter cum goſſipio.

Gargariſmus: Sumach, Balauſtior. Cimarum Rubi, Plantaginis, fol. ſophiæ, loco folior. Olivę, Roſarum ana M.*j.* Thuris, Maſtiches, ſarcocollæ, ana ℥.ß. aquæ lib. iij. Decocto adde ℥.*ij.* Mellis Roſati Colati, & rurſus bulliant. Abluantur decocto Guaiaci, & aſpergatur pul. præcipitati, ſuperpoſito vnguẽto de plumbo. Quo pacto autem ſit præparandum præcipitatum, vt abſque dolore exedat, & putrilaginem abſumat; refert Amatus, quarta Centur. SS. &c.

Ex obſervationibus D. *Doctoris Vieri.*

Victus concoctu facilis, & boni ſucci, incidens & abſtergens. Potus, Cerevißia bona, maxime abſynthides aut Chamedriſtes. In cura, mittatur ſanguis, maxime ex Lienari. Corpus evacuetur leviter Decocto Senæ, aut pul. Senæ cum Tartaro & Diagridio Pil. de Capno, Diaſena, Pil. de lap. Lazuli. Nonnunquam Hamech. Vehementia non conveniunt, propter læſionem cordis. Corpore expurgato, quotidie bis exhibeantur ℥.iii*j.* ſucci ſequentium Herbarum, matutina hora, qua etiam in pleriſque Sudor expectatur, & quarta pro meridiana: ℞ Cochleariæ (quorundam Britannica) Siſymbri cardamines, ſeu Naſturtii aquatici minoris vel etiam maioris, Naſturtii hyemalis, ana part. æquales, Beccabunchæ part. mediam, contuſa in mortario lapideo cum piſtillo ligneo, exprimantur. Aut contuſa, in Lacte caprino aut Vaccino decoquantur, vel etiam in Sero. (His & ſimilibus inciditur & attenuatur materia mortifica) Poteſt & abſynthium addi, aut chamędrys, Item Numularia, quæ laxa viſcera roborat. Bethonica, Ceterach, acetoſa, Enula, Biſtorta, cichorea &c. Radices & ſemina aperientia &c. Splenetica & Diuretica.

Aliud Experimentum, Doctoris Pontani probatiſſimum:

Coma aſynthii ſicci, cum granis Iuniperi tuſis, ana M.j. coquantur in lib. iiij. Lactis caprini, ad caſum partis tertiæ. Expreſſo adde croci pul. ℥.j. Rurſus bulliant & Colentur. Huius detur Hauſtus tepidus mane, tertia pro meridiano, & ante ſomnum.

Alia Potio cuiuſdam Mulierculæ ex Beccabuncha ab eodem deſcribitur, Nec non alia pro Infantulis. Item abo-

abominabile apozema ex Stercore Anſerino & Taurino. Repetatur & evacuatio, & per intervalla vtantur conſervis Chamedryos, cochleariæ, Capni, Enulæ, Borraginis. Siniſtrum Hypochondrium illinatur Oleo de capparibus, cum vnguento de Bryonia.

Gingivæ laxæ & putridę colluantur cum decocto Oxyacanthę, Siſymbrii Cord. Roſarum rub. in aqua ferrata, cum tantillo aluminis, & melle communi, aut Roſaceo. Diamoron, vel cum ſucco Plantaginis, Decocto Corticis pruni ſyl. Aut cum lib. j. Aquæ, Salis & aluminis, ana ℥. ij. bulliant ſimul. Decocto Biſtortæ, Sumach, Balauſt. cuiuslib. iiij. adde Diamoron; Mellis Roſati, ana ℥. j. aluminis ℨ. ij. Aut Diamori q. ſ. miſceatur cum ℥. ß. pul. Biſtortę, Salis ℈j. pro condito. Aut mel crudum, cum alumine & pyrethro, Salvia & thuris modico.

Aliud optimum: Incoquatur aquæ Ambroſiana, Betonica, Enula, & in Colaturæ lib. ij. diſſolvatur ℥. ß. aluminis, & nonnihil mellis.

NB. *Friſii conficiunt collutionem* ex lib. ij. aceti Cereviſiarii, Boli armenę ℥. ß. aluminis ℨ. ij. Mellis ℥. iij. ſimul bulliant. Sapones addunt Sabinam.

In magna putredine, vnguento Ægyptiaco vtendum, aut alumine vſto cum Roſaceo, aut Oleo Vitrioli.

Aut ℞ Sublimati arſenici ℈ij. aluminis vſti, ℨ. ij. ß. Pulveriſata bulliant in lib. j. aquæ Plantaginis, ad horam, in vaſe duplici, & cum Spongiola eo liquore imbuta cõfricentur Gingivæ.

Mitthobius: Tragus vel Stomakaki, der Schurbauch/ fit ex ſanguine exuſto, olent hircum, Gingivæ putreſcunt, Dentes fiunt atri, & continuo Gingivæ manant ſanguine fœtido, quibuſdam in femoribus vel cruribus erumpunt maculæ. Quotidie ſæpe lavant Os & dentes, aqua Chelidonii minoris, Bibant aquam Lupuli Iunioris, Capni, Borraginis, Endiviæ, cum ſyr. de Borragine, de capno. Purgentur cum Diaphenicone, Hamech. In principio vtatur Cucurbitis. Si abſit febris, patiens per dies 14. vel plures aliud nihil comedat, quam Lac Caprinum. Mane & Sero bibat de ſequente potione.

℞ *Herbam* Blatloß *dictam* (Tragus quorundam, ſpecies & azoi loco foliorum habet quaſi triticea granula, qualia Chelidonium maius habet in radice, floret albo floſculo, & creſcit in muris, caret ſapore acri, quem habet vermicularis, der Mauerpfeffer) M. ij. vel iij. ſuccum coque cum veteri Cereviſia aut aqua; adde Canellæ, Macis, Nucis muſcatæ, ana ℨ. ij. vel j. Croci ℈j. Medicamentum hoc infiniti ſunt experti ſalutare & præſtantiſſimum.

Aqua huius Tragi vel Capni, laudatur cum Theriaca, cum alumine vſto, Melle & Bolo, inunge Gingivas. NB. Aqua Carduibenedicti etiam eſt ſalutaris & bona, ſi prior deſit.

Vel ℞ Tragum, Corticem prunellor. ſylveſt. Coquantur vino, & addito Mellis cochleario, fiat Collutio. Si eroſio ſimul adſit, ſimul incoque fœniculam cum Melle & Trago.

NB. Hippocrates vocat magnos lienes, Stomakaki fit ex atræ bilis corruptione Peſtilenti, effuſæ ex Liene, & totum corporis habitum corrumpentis, vnde os fœtat, gingivę ſublividę aut atræ, digito preſſæ atrũ crurem emittunt. Dentes cadunt, cibi adeſt faſtidium. Aliquando os non patitur, ſed corpus ſparſim maculis nigris defœdatur, vnde quidam Icteritiam nigram vocarunt, crura labaſcunt & compages fiunt imbecilles. Aliquando ſanguis fluit ex Naribus, aliquando vlcerantur crura, ſi ex Naribus non fluat ſanguis. Familiare malum eſt incolentibus paluſtria & vtentibus craſſis alimentis, vt ſunt Batavi.

Iohannes Weier/ Medicus Ducis Iuliacenſis: Decoctum Baccarum Oxyacanthæ, ori gratum & ſalutare. Serum cum Capno. Expurgationes convenientes, Oris cura habenda diligenter.

Collutio Mithobii optima.

℞ Aquar. Chelidonii min. & mel. purum. q.ſ. parum aluminis, Miſceantur pro collutione, fienda quotidie ter aut quater.

℞ Folior. Mori, Rutæ, Salviæ, Prunellæ, ana M.j. Coquantur ſimul in vino & aceto, pro collutione.

Collutio ex chelidon. min. Salvia, prunella, ruta, foliis quercus, coctis in aqua, & vltimo addito mellis cochleari & tantillo aluminis.

Electuarium ad peſtem præſtantiſſimum, vulgo DIASCORDION.

℞ Rad. Gentianę, Valerianę, Oſtrutii, Tormentillæ, Angelicę, Zinzib. Rutę, Terræ ſigill. Boli veri, Nucis Vomicæ, Rad. Plantaginis, Pimpinellæ, Sem. Sancti, Salviæ, Serpentarię, Petaſitidis, ſcordei, Zedoariæ, Caryophyllor. ana ℥.ß. Theriacæ cõmunis ℥.iiij. ſyrupi de ſucco ſcordei ℥.ij. aceti vini q.ſ. Miſceantur probe pro Electuario.

Commendatur à Mithobio in cura omnium Peſtilentialium Febrium. Vel ℞ Diaſcordii Fracaſtor. ʒj. Spec. Cor. ex gemmis ℈ij. Aceti ℥.j. Spec. Iuiulæ ℥.ij. Succi Citri ℥.j. hauriatur totum. Quod, ſi nihil iuvabit, ſcito, morbum multo eſſe maiorem quam humana remedia. Sunt qui in Smaragdo confidunt, qui in Bolo Armena, qui in ſcordio, qui in Dictamno noſtra.

Pulvis præſtantiſſimus, in febre maligna Peſtilentiali: vulgo Hauptkranckheit.

℞ Spec. Liberantis ℥.j. Diamarg. frig. ʒ. v. Diatrionſant. ʒ. iij. Vnicornu ʒ.j. Sem. Citri. ʒ.j. Terræ ſigill. ʒ.ß. Boli Armenæ præparat. ʒ.j. Tormentillæ ℈iiij. Zedoariæ ℈ij. Cinamomi interioris, ʒ.j. Croci ℈j. Camphoræ ℈ij. Manus Chriſti, ad pondus omni-

omnium. Pulveriſata optime miſceantur. Doſis, ʒ.j. pro iunioribus dimidium, cum vino & Aceto.

Ex Tractatu Doctoris Schroederi, Ienenſis, de peſte:

Capita præſervationis: Aeris correctio & electio. Huc pertinent ſuffitus & ſimilia. Victus ratio in mediocritate conſiſtens, tam in cibis ac potu, quam ſomno, exercitiis, animi affectibus & cæteris.

Malorum humorum, in quibus infectio ſedem habet & facile inſinuat, expurgatio, per vices repetita, miſſo, ſi opus ſit, ſanguine.

Antidotorum ſimplicium, vel compoſitorum vſus, vt Theriacæ, Elect. de Ovo, Mithridati, Elect. ex Nucibus. ℞ Zedoariæ, Dictamni albi, Gentianæ, Scordei, Carduibened. ana. Detur per ſe, vel cum Melle. Electuarium ex deſtillata Theriaca, Bolo Armena præparat. Auro potabili, & ſyrupis acidis, quod aliis præfert. Pauperes ſumant panem ex aceto ſcordiato, vel Baccarum Iuniperi, Abſynthii, &c. Vel bibant vrinam pueri. Pil. Aleoticæ cum Camphora. Trochiſci Hypogloſſales. Ex Antidotis, Elect. de Ovo. Quidam Medicus ſe & ſuos præſervabat cum duobus pulvinaribus parvis, dextrę & ſiniſtrę mamillæ ſemper impoſitis: ℞ Arſenici, auripigmenti, Camphoræ, ana. Suffiantur veſtes & conclavia ſilicibus magnis candeſcentibus ex igne, aſperſo aceto, quo vapore ſane nihil eſt præſtantius.

CVRA: In Cura ſtatim, vbi ſigna invaſionis aderunt, ventre lenito, vel Enemate, vel ſuppoſitorio, exhibeatur Antidotus hæc vel alia. Commendantur aqua Mithridatica, vel Theriacalis, cuius Doſis ℥.ij. Elect. de Ovo. Theriaca, Mithridatium.

Electuarium Curativum, cuius Doſis pro ſenioribus, ʒ.ij. cum Aceto Rutaceo, Carduibened. Chelidonii, Baccarum Iuniperi: ℞ Theriacæ andromachi ℥.j. Mithridati ℥. ß. Scordei, Galegæ, ana ʒ.vj. Tormentillæ, Zedoariæ, Dictamni albi, verbenæ, ana ʒ.iij. Angelicæ, Carlinæ, Gentianæ, ana ʒ.ij. Terræ Lemniæ præparat. ʒ.j.ß. Camphoræ ʒ.j. Flor. Sulphuris ʒ.ij. Spec. Diamarg. ℈ij. cum ſyr. de ſcordio fiat Electuarium.

Medicamentum ex Euphorbio, pellit per vomitum, ſedem & ſudores, convenit fortioribus. Cito protrudit tumores & puſtulas: ℞ Euphorbii ʒ.j. Croci ʒ.ß. Maſtichis, ſacchari, ana ʒ.ij. Miſce, & fiat pulvis ſubtilis Doſis ʒ.j. cum aqua Cardui vel Scabioſæ. Iunioribus ℈ij. vel j. Idem agit Stibium. Quidam commendabat vſum Theriacæ, cum 7. vel 9. guttis Olei Vitrioli.

Gravidis & imbecillibus detur Terra Lemnia vera, vel Bolus Armenus præparatus cum dictis aquis. A ſudore abſterſis propinetur aqua refrigerans & ſiccans, vt: ℞ Aquar. acetoſæ, Roſarum, Carduibened. Borrag. ſucci Limonum, ana ℥.iij. Camphoræ gr.iij. Corallorum, ana ℈ß. Miſceantur. Vel ex dictis aquis & ſimilibus paretur Iulapium. Pauperes bibant poſcam. Elapſis horis ſeptem,

wieder ein Schweißtrüncklein. Sanguis mittatur cum maxima diſcretione & raro. Interea non negligantur aquæ Cordiales, Epithemata, conſervæ ejuſdem ordinis, Manus Chriſti, Iuſculá Caponum & ſimilium. Deſtillata carnium, cum cordialibus, nec non vnguenta ex Theriaca, aceto, ſuccis acidis, &c. Sacculi. Innungatur Dorſum fervens, infrigidante Galeni, vel mucagine Cotoneorum, & Pſilii, oleo violato, & butyro recenti.

Habeatur & alvi ratio, niſi adſit Diarrhæa, & cieatur decocto Senæ, cum cordialibus, addito ſyrupo Roſar. ſolutivo ſimp. vel infuſo Rhabarbari, vel detur ℥. j. plus minuſve Electuarii, quod communicavit Chirurgus famoſiſſimus, Iacobus Rictius, Venetus; cuius uſus eſt præſtantiſſimus in præſervando: ℞ Specier. Diamoſchi, Diarrhod. Abbatis. Rhabarbari opt. Triaſantalor. ana ℥. ij. Cornu cervi vſti, Corallor. albor. & rub. Santalor. rub. & citrinorum, Anthos, Sem. Ocymi, Citri, perforatæ, Caryophyllatę, Zedoarię, Flor. Roſar. rub. ana ℥. j. Carduibened. Ligni Aloes, Spicæ Nardi, ana ℥. ß. frag. præcioſor. Margaritarum, Croci, ana ℥. iij. Diagridii ℥. j. Pulveriſatis omnibus adde Diaprun. ſyl. Conſer. Roſarum, Borraginis, violarum, Bugloſſæ, Triphere Perſ. ana q. ſ. pro Electuario.

Influxibus Alvi immodicis paretur Aqua Caponis deſtillaticum cordialibus aquis pulveribus, conſervis. Pauperes bibant ſuccum carnium bonarum, coctarum cum Baccis, Ribes vel Berberis, ſeminibus frigidis, ex expreſſarum & Epithemata pro Hepate & Renibus & diebus alternis repetatur ſudorificum, idque non vnicum ſit, ſed mutetur, vna cum dictis Cordialibus. Sæpe & frequenter cibentur concoctu facilibus & acidis, vt cum Priſana, vel hordei cremore acetoſo. Commendatur ſuccus cotoneorum acidus, & ſimilia, Ius Avenæ, parata Italorum, ex pane loto & lacte Amygdalino cocto. Cibis addantur Tragemata cordialibus. Quibus omnes cibi diſplicent, iis frequenter exhibeatur aqua caponum, vel carnium ſuccus. In potu fugiant vinum, bibant aquas deſtillatas alteratas ſucco Limonum, ſyrupo de agreſta, aceto Caryophylleo, & ſimilibus.

Pomum frequenter odorandum:

℞ Roſar. rub. Santalor. omnium, ana ℥. j. Croci, Camphoræ, ana ℈j. Moſchi, Ambræ, ana gr. vj. cum mucilagine Traganthi fiat pomum ſa.

Pro Sacculis formandis: Rad. Valerianæ, Leviſtici, Petaſitidis Angelicę, Mei, Pimpinellæ, Enulæ, ana ℥. j. Baccar. Lauri, Iuniperi, ana ℥. vj. Herbar. Salviæ, Rutæ, Maioranæ, Hyſſopi, Meliſſæ, Anthos, Lavendulæ, Roſar. rub. ana M. ß. Santali citrini, Raſuræ Ligni Iuniperini, Thimiamatis, ana ℥. ß. Styracis calamin. Cort. citri & Arantiorum, Caryophyllor. ana ℥. iij. Inciſa groſſe, & macerata in Aceto ſcordiato camphorato, ſiccantur, & miſceantur &c.

NB. A-

Montani: ℞ Caricarum pinguium, per ſetaceum expreſſar. ℥.iiij. Medullæ Cnici ℥.*j*. Rhabarbari ſelecti ʒ.ij. Caryophyllorum, ℥.ß. cum ſyrupo de Corticibus Citri fiat Electuarium. Doſis ℥. ß. horis 3. ante prandium. Datur innoxie etiam gravidis.

Agaricus pituitam ducit, ſecundario bilem. Datur ʒ.j. cum Aniſo & Sale nitri, ad ʒ.*j*.ß. cum Oxymelite.

Infuſum { Thyami, Hyſſopi, Roſarum, flor. ſambuci } infunditur M. *j*. & datur ad ℥.vj.

Iridis Rad. Succi ℥. *ij*. dantur cum ſaccharo, pul. Rad. ʒ.ij. decocti ℥. vj. decoquendo ℥.iiij. Radicis in aqua. Aqua pituitam & bilem ducit. Iridis noſtratis ſuccus Ovo, effuſo albo, infundatur cum vitello miſtus, ad Cineres calefiat, & hauſtu detur matutino Hydropicis. Vel detur cum melle roſarum, vel decocto Paſſularum alternis diebus, & ſuccus abſynthii.

Diagrydium ad ʒ. ß. vel ℈*j*. cum pulvere Cinamomi. Sat erunt vj. vel vij. grana, imo duo grana ſufficiunt.

Sena,

Sena ad M.*j*.cum ℈*j*. Zinzib. & Cinamomi, infuſum per noctem, mane ferveat ac detur patera. Pulvis ad ʒ.*ij*.cum zinzib.& Cinamomo, in iure, Ovo ſorbili,vel ientaculo. Intinctus ex foliis Petroſelini & Menthæ in mortario tuſis, addito pane molli & aceto infuſo; nec non ʒ.*ij*. Senæ pulveriſatæ. Poteſt & Sinapio miſceri.

Vitis alba ducit pituitam, dantur flores in acetario, Radix in pul. & radicis expreſſum,ad ʒ.*ij*.cum hordei aqua,vel in iure,vel in Pilulis.

Centaurii minoris Decoctum ad ℥.iiij.Saccharo dulcoratum, aquas in hydrope educit,pituitam, & bilem craſſam.

Peplus, ſemen pinſum & pulveriſatum,in aqua mulſa,pituitam & bilem p. Tithiamalorum folia ad ʒ.ß. in iure decoquãtur(vel infundimus, folia etiam poſſunt aſſervari inſtar foliorum Senæ.Item colligas ſemen in autumno,vt placet Dioſcor)Decocti dantur ℥.*ij*.Semina in pul.ad ʒ.ß. in Iure,vel in catapotiis,bilem & pituitam purgant,vel guttulæ in ficus inſtillentur. Item grana Lathiridis in mulſa.

Polypodium in decocto ad ℥. iiij. vel *vj*.in pul.ad ʒ.vel iii*j*. pituitam & vtramque bilem educit. Decoquitur in iure Galli,cum beta vel malva.

Ebulus pituitam ducit & bilem, ad ʒ.iiij.(flores ſunt ob fœtorem ingrati,radicis ſuccus ad ℥iiij.)radix in vino coquitur vel mulſa. Pulvis Radicis ſiccatæ,ad ʒ. *ij*. in iure vel catapotiis.Dentur& tenelli Cauliculi in acetario & bolo. Grana tuſa dentur menſura cochlearis in piſorum iure, vt Guilhelmus Senior Princeps Hennenbergenſis docebat.

Sambuci flores ſimiliter purgant, ſi inde paretur infuſio(expurgat ſeroſa excrementa & melancholica, vt & decoctum Mercurialis) Item cortex interior Sambuci.Sed melius vtere ebulo,pro Hydropicis. Succus Corticis,ad ʒ.iiij.aut ℥.j. Decoctum pelliculæ interioris,ad ℥.j. Cameleæ foliorum ʒ.iiij.infuſum. Coccognidii infuſum & pulvis. Fauces exurunt.

Fumus terræ infundatur contuſus in ℥.v*ij*.aquæ lactis, & mane leviter bulliant,pro potu, addendo parum mellis roſati. Aut ſucci ℥.*ij*.miſce cum ℥.vj,aquæ lactis, apperit obſtructiones,& materias cholericas educit.

*Galenus:*Herbæ ſiccatæ pulvis cum aqua mulſa ſolvit alvum, & cum vino diluto confortat Stomachum.

Deſcriptiones Aloedarii vide infra,pag.&c.

Ferrarius de Pudendagra:

Quidam folia catapotii decoquentes,& decoctum diebus 20. aut 30. exhibentes morbum Gallicum ſanãt. Quo remedio non ſolũ Ruſticos,ſed delicatas etiam & invalidas mulierculas perſanatas eſſe ſcio,nullo adhibito præſidio.

De radice Mechoacannæ, ex Carolo Cluſio:

℞ Rad. Mechoacannæ pulveriſatę ʒ.*j*.ß.

℥j.ßvel ℥ij. Infūdatur in ℥iij. aquę aniſi, & ℥.ß. Aquæ Cinamomi. Colaturę adde Syrupi Roſarum multiplicis, vel ſyr. flor. pruni ſyl. ℥.j. pro potione.

Vſus huius Radicis commendatur in Febribus, Ictero, Epilepſia, doloribus Coli & Articulorum, Renum, vteri & lue venerea. Datur & in catapotiis, in Gelatina, pane Martio, &c. pro expurgandis humoribus frigidis & ſeroſis. Datur & pulvis per ſe, cum iuſculo avenato vel ſimile.

Extractiones Solutivorum.

Extractum Rhabarbari Compoſitum Heidelbergenſe optimum:

℞ Rhabarbari optimi ℥.j.ß. Sem. Cataputiæ mi. ℥.j. Turpeti electi, ʒ.x. vel Mechoacănæ. Agarici trochiſcati ℥.j. Troch. Alhand. ʒ.vj. Rad. Ellebori nigri ʒ. vij. Aloes opt. ʒ.vj. zinzib. Spicæ odor. ana ʒ.j. Cinamomi, Galangæ, ana ℈ij. ß. Ligni aloes opt. ℈j. ß. Macerentur omnia horis 24. in libris iij. Aquæ decoctionis Chamepithyos, & lib. ß. ſucci flor. Paralyſeos & Borraginis, ana lib.j. Cocta lente ad caſum dimidii, & expreſſa per prelum, coque ad ſpiſſitudinem mellis, inſperge Diagrydii ʒ.iij. Maſticis ℈j.ß. & fiat Maſſa aſpergenda oleo fœniculi vel Aniſi, pondere ℈ß. vel j. bene ſimul ſubigendo. Doſis ℈ß. vel j. ad ℈j.ß.

Alia Deſcriptio:

℞ Rhabarbari electi ʒ. iij. Scammoneæ ʒ.ß. Colocynthidis ʒ.v. Agarici electi, Ellebori nigri, ana ʒ.ij. folior. Senæ ℥.j. Macis, Cinamomi, Maſticis, Caryophyllor. Roſarum rub. Sem. Aniſi, fœniculi, ana ʒ.j. Trita macerentur in vino ter deſtillato in Balneo Mariæ, dieb. 12. Exempta valide per pannum lineum exprimatur, & in expreſſo diſſolve Aloes opt. ʒ.x. Poſtea in B. fiat deſtillatio ad ſpiſſitudinem melleam Electuarii in fundo.

Extractum Norinbergenſe:

℞ Diagrydii, Colocynthidis, ana ʒ.xiiij. folior. Senæ, Ellebori nigri, Rhabarbari opt. ana ʒ. ß. Agarici ʒ.j. turpeti, Stœchad. arab. ana ℥ij. ß. Cinamomi ʒ.iij. Maſticis, Roſar. rub, Ligni Aloes, Aſari, Myrrhæ, Spicæ Ind. Storacis liquid. ablutæ ſucco Cotoneorum, ana ʒ. v. Infuſa diebus 14. in eſſentia vini optima, exprimantur valide, & expreſſum decoquatur ad ſpiſſitudinem pulpæ Caſſiæ. Vel ſuccus expreſſus vniatur cum aloe præparat. ʒ.iij. vt in ſequenti.

Extractum Rhabarbari, Doctoris Magenbuchii, Norici:

℞ Aloes opt. loti ſepties cum ſucco vel aqua Roſar. ʒ.j. Rhabarbari opt. ʒ.ß. Agarici electi, ʒ.ij. folior. Senæ ʒ.ij. Maſticis, Roſar. rub. Spicæ, zinzib. Ligni Aloes, Cinamomi, Styracis liquid. ana ℈ß. Stent cum bona vini eſſentia in digeſtione per menſem. Expreſſio coaguletur.

Datur

Datur ſine noxa, in omni ætate, inſtar avellanę. Varios educit humores. Inſpiſſatus ſuccus corrigitur, affuſis aliquot guttis bonæ eſſentiæ. Acuitur gran.ij.Diagridii. Coque Scammoneum cum duplo ſucci Cotoneorum,&reſervetur pro additione. Aut ℥.j.Succi Cotoneorum cum ℥.ij.Scammonei ſtent in loco calido, donec induretur;ex quo fiant Trochiſci.

Extractiones Rhabarbari, & ſimilium, Simplices.

Pulveriſato affunde Aquas appropriatas per hor.24.Expreſſionem deinde fortem,adiecto ſacchari Candi q.ſ.leniter in Arena exhalando inſpiſſa. Alii infundunt in ſuccis Borraginis & Bugloſſi,& in diplomate decoquunt ad caſum partis tertiæ, ac expreſſum cum ſaccharo Candi decoquũt ad debitam conſiſtentiam. Vltimo addunt de Oleo Cinamomi vel Aniſorum.

Agaricus commodiſſime cum aqua Aniſorum extrahitur,vt & Elleborus cuius correctivum, teſte Hippocrate,eſt aniſum.

Alii inſpiſſant cum Aloe præparata extracto ſcilicet parato per eſſentiam vini, & decocto ad conſiſtentiam diacotonei.

Præparatur autem ſic:Inciſæ adde Aquam Roſarum & acetum Roſana q.ſ.Bulliant bis vel ter, & Colatura rurſus bulliat,ſemper agitando, ad conſiſtentiam Aloes.

Alia Rhabarbari extractio, & ſimilium.

℞ In coquendo Rhabarb. in coctura vltima aquæ ſit proportio quadrupla ad Rhabarb.Coquatur lente, donec emineat. Colatura expreſſa coquatur ad conſiſtentiam mellis, cum ℥.j,ſacchari,aut ℥. ß. Maſticis, Liquiritiæ vel Malvæ, idque ne aduratur in Balneo.

Aliud: Carthami,vel folior.Senæ ℥ ij.coque in lib.vj.aquæ ad caſum partis tertiæ.In Colatura rurſus bulliant agarici trochiſcati ℥.j.Rhabarbari ℥.j.ß.Senæ ℥.ij.Coquantur vt ſupra cum ſaccharo aut Maſtice. Acuitur cum ℈ß.vel j.Diagrydii.

Aliud: In decocto Ellebori nigri & Aniſorum,fol.Senæ & fructuum infunde Rhabarb.Expreſſio coquatur, pro extracta. Idem in aliis experire.

Extractum Mechoacannæ:

℞ Mechoacannæ ℥.j.(poteſt addi tantundem Rhabarbari, & ℥.j. Spicæ)aquæ calidę vt ſuperemineat. Super Cineres calidos aqua nonnihil evaporet.Rurſus alia affuſa,ſic procedatur,donec omnis ſapor pereat cũ odore.His aquis adde lib.j.ſacchari, & ad ſpiſſitudinem Iulepiſato dum coquitur.Si voles ℥.ß. Diagridii in petia ſimul coque,&ſæpe exprimendo ad debitam vſque cocturam.

Extractio Rhabarbari, ordinata pro Ducissa noſtra VVirtebergenſi:

℞ Folior. Senæ ℥ij. zinzib. inciſi ℥ij. Coque in Aquæ lib. v. vel vj. ad tertiæ caſum. In colatura rurſus bulliat Agarici trochiſcati ℥j. Rhabarbari electi ℥ij. Coquantur lente vt emineant. Colaturæ expreſſæ adde Sacchari Candi albi ℥. j. ß. Coquatur ad conſiſtentiam mellis, in fine adde Olei Cinamomi, vel Aniſorum ℈ß. vel guttas 12.

Extractum Rhabarbari Palmarii.

℞ Folior. Senæ elect. lib. j. Rhabarbari diſſecti ℥. iiii. rad. Ellebori nigri ℥j. Oenoſtragmate macerentur hor. 24. exime & repone. Aliud affunde, & poſt hor. 24.

Expreſſum priori affunde, & in diplomate exhalare permitte. Doſis ℥ß. horis ante cibum tribus, quindecim alternis diluculis.

NB. Vinum Elleborite Dioſcor. Scammonite. Infunde fol. Roſar. rub. recentium ℥. vij. in Aqua caſei per noctem, facta vnica ebullitione, adde modicum mellis roſati, & fiat Potus. Febribus cholericis prodeſt. Semper mane fiat levis ebullitio. Similiter poteſt infundi ℥. j. Rhabarbari.

Bellaria fiant ex Eſula præparata: Pulveriſata radix in lacte infunditur multoties, & exiccatur. Similiter infunditur ramus eſulæ ad ℈iij. in Sapa per noctem. Colatura pituitam optime expurgat. Pulvis datur cum gran. iiij. Maſticis, ℈j. pro vice.

In Liquore, Aqua vel vino, vbi medicamentum aliquod poſueris, pruna ſicca, caricas, uvas paſſas, & ſimilia, donec turgeant, macerata vino ablue, & præbe, ſine moleſtia purgant.

Para Extractionem ex foliis eſulæ, & Maſtiche (ad lib. j. Maſtiches ℥iiii.) vt illa Geſneri eſt ex Elleboro.

Paſſulæ Solutivæ optimæ:

Coque paſſularum ℥. iij. cum aqua violarum per horæ dimidium, & cola per cribrum, inſperge ſcammonii ℥ij. & exiccentur. Doſis eſt, num. 30. vel 40. cum panatella.

Pulvis pro fallendis ægris optimus:

Fit ex Diagrydio, ſaccharo & pauco Cinamomo, & datur cum Iuſculo, aut prunorum vel paſſularum pulpa. Pulvis Tartari, cochlearis menſura.

Electuarium Fumanelli præſtans, pro delicatis aulicis:

℞ Sacchari Roſar. ℥. ij. Bugloſſati ℥. j. Violati ℥. j. ß. Diaprun. ſimp. ℥. ij. Rhabarbari electi ℥. ij. Senæ ℥. j. Elect. roſat. Meſues ℥. ß. Cum ſyrupo Aceroſitatis citri fiat miſtura. Datur cochlear magnum hora 1. ante cibũ, Purgat pituitam, bilem, & aduſta, ſine vellicatione.

℞ Cinamomi, zinzib. ana p. j. Nardi celticæ, Aniſi, ana p. ß. Epithymi p. viii. Rhabarbari, Senæ, ſacchari, ana p. iij. Datur cum pingui iure, pro virium robore.

℞ Fo-

℞ Folior.Senæ tritorum, Cinamomi, ana ʒ.j. Croci ℈ß. ſacchari q.ſ. Cum Aqua Roſata conficito, Acui poteſt cum Diagridii granis v. vel ℈ß.

℞ Rhabarbari ſelecti ℈ij. zinzib. ℈j. Cinamomi gran.j. ſacchari albi ʒ. ij. fiat pulvis, & detur in Iure Cicerum vel pulli.

℞ Turpeti ſelecti ℈iiij. zinziberis ℈j. ſacchari ʒ.ij. fiat pulvis & detur cum cicerum iure.

Nota: Ante vſum pilularum præmittatur hauſtus decocti pectoralis cum fol.Senæ aliquoties.

Placentulæ purgatoriæ ex ʒ. iij. ſacchari, & lib.j. infuſionis Rhabarbari, & ſimilium, proparanda farina triticea, Pulticula pro ſcortis.

Syr.flor. Perſici in Fontanono f.165. Item de Abſynthio.

Terebinthina lota, & cum ſaccharo in Pilulas redacta, pro ſenibus.

Placentulæ purgatoriæ optimæ:

℞ Rhabarbari, Diagrydii, ana ʒ. iij. zinziberis ʒ.ß. ſacchari albiſſimi ʒ. j. cum polline Tritici & aqua Endiviæ confice.

Pro Pueris: Conſerva Roſarum, cum granis iij. aut v. Diagridii. Exterius, Butyrum cum Diagrydio vel colocynthide. In adultis datur Diagrydium à gran.v. vſque ad x. vel xx. ſeu ſcrupulum.

Dianiſum Laxativum præſtans:

℞ Sacchari lib.iij. Aniſorum ʒ.vj. Diagrydii ℥j. Maſticis ʒj. ß. fiant Rotulæ vel grana confecta ſ. a. Datur pueris & adultis.

℞ Folior.Senæ ʒ. vj. Canellæ, zinzib.ana ʒij, Tartari ʒiii. & miſceantur. Doſis ʒiij. cum iuſculo, plus minuſve pro conditione Alvi.

Zinziber Laxativum Norinbergenſe ſalis vehemens, fit ex zinzibere ʒ.j. Cinamomi, Caryophyllor. ana ʒ. ß. Galangæ, Nucis moſchatæ, ana ℈j. Croci gran.xv. Turpeti ʒ.ß. diagrydii, ʒ.vj. Sacchari ℥iiii.ß. fiant Morſelli laxativi, pondere ʒiii.

Electuarium laxativum præſtans, ex Spina Cervina vel infectoria:

℞ Succi baccarum maturarum lib.ij. Mellis deſpumati lib.j.ß. Coque ad conſiſtentiam ſyrupi, & colato adde zinziberis, Cinamomi, ana ʒiiii. Caryophyllorum ʒij. Doſis ℥j. ad ʒ.x. Educit pituitoſa & craſſa.

Alii decoquunt ſucci expreſſi æquale pondus cum ſaccharo, vel cum melle & ſacchari dimidio, & in fine aromatiſant cum Cinamomo, Moſcho, & ſimilibus. Eodem modo fit Medicamentum præſtans ex Ebuli baccis, Item Electuarium ex baccis Ebuli & Sambuci, per colum ductis, ac cum pauco melle vel ſaccharo inſpiſſatis. Nec non vtriuſque aqua ſtillatitia, pondere ʒ.vj.

Matthiolus, de cortice Frangulæ:

Frangulæ Cortex interior Al-

vum deiicit,& viſcera roborat inſtar Rhabarbari, aquam ducit, & pituitam cum bile, & ſic Scirrhos viſcerum curat egregie,& malum corporis habitum. Decoquitur cum Eupatorio,abſynthio, Lupulo, Cinamomo,ſem.fœniculi,radice Intybi vtriuſque.Curat ſic Icterum.

Stomachicum Laxativum:

℞ Cinamomi, Zinzib.ana ʒ. iij. Caryophyllor.Galangæ,ana ʒ.ij.Macis,Nucis Moſcatæ,ana ℥. j. Diagrydii ʒ.x.ſacchari ℥.x.ij.cum aqua roſarum fiant morſelli.

Morſelli Laxativi Theophraſti:

℞ Cinamomi ʒ.ß.Zinzib.albi℈ij. Corallor. ambor.ana ℈ß. Ligni Aloes,Nucis Moſcat.ana gran. vj. Galangæ, Caryophyllor ana ℈ß. Turbeth electi ʒ.iij.Diagrydii ℈ij. ß. ſacchari albi ℥.j.Tabarzet ℥. vß.Cum aqua Abſynthii fiant ſa.Morſelli. Doſis ʒ.iiij.ad vj.& ℥.j.

Alia Confectio: ℞ Turbith electi ʒ.ij.ß.agarici ʒ.j. Rhabarbari ʒ.j. ß. Diagrydii ℈j.zinzib.℈j. Cinamomi, Caryophyllor.Macis, Nucis moſcat. ana ʒ. ß. Spicæ ℈j. Salis gemmæ ℈j. ſacchari lib.ß.fiat Confectio in Morſellis Doſis ʒ. vj.aut adde ſacchari ℥. j.pro Pulvere,cuius Doſis ʒ.ij.ß.cum aqua lactis.

Pulvis Granorum Sambuci vel Ebuli,cum iure piſorum. Aqua ex floribus Ebuli,ſambuci,acatiæ, Cortice Sambuci interiore. Iuſculum ex Ovi luteo,ex ʒ.ij.pul.fecis vini.

Aetii acetum purgatorium, fol. 156.Succi Tithymali gutta v. miſceantur cum Caricis.Corticis tuſi ℈iiij. macera per noctem in vino nigro,& mane propina colatum, pro Iſchiadicis. Idem facit dilutum colocynthidis.

Electuarium Ebulinum, Infuſum Colocynthidis,ap.Lucam Chinum, de Morbo Gallico.Infuſum Rhabarbari,apud Guainerium.

Bolus ex ʒ. ß. Conſer.Roſarum, Rhabarbari,opt.℈iiij.Macis gran.vj. Poteſt & Diagridium cum ſaccharo Roſarum miſceri.

Domeſticum: ℞ Epithymi, foliorSenæ ana ʒ.ij.Cinamomi,Liquiritiæ,ana ʒ.j. Coquantur in ſextario ſeri ad dimidium, pro Potione in Aurora.

Montagnanæ: Folior.Senæ ℥.j. Zinzib.Macis,ana ʒ.iij. Tartari, Cinamomi,ana ʒ.ß. Terantur groſſe.Doſis ʒ.j.

Familiaria: ℞ Rhabarbari electi ʒ.j. Agarici trochiſcati ʒ. j.ß.aquæ, meliſſæ,fœniculi, ana ℥.ij.Vini albi ℥.j.ß.Infuſioni expreſſæ adde ſyrup. flor.acatiæ comp.℥.j.violati ℥. ß. Aquæ Cinamomi ʒ.j.fiat hauſtus. Aut ℞ Folior.Senæ ʒ.iij. Agarici trochiſcati ʒ.j.ß.Cinamomi ʒ. ß.Infuſa horis v.in aqua ferventi, exprimantur, cuius ℥.ij.adde ſyr.flor.acatiæ Simp. ℥.j. ß. Solutivi eiuſdem, aut roſacei ſolutivi ℥.ß.Miſce pro hauſtu.

Pugillus: ℞ Rhabarbari electi ʒ.iij. ß.folior. Senæ ʒ.ij.ß. Turpethi ʒ.j.ß. zin-

zinzib. ℥.j. Cinamomi ℈ij. Contuſa in pugillum redige ex ſerico albo, cum filo.

Decoctum Magiſtrale Doctorum in Galliis, &c.

℞ Rad. Acori ℥. ij. paſſular. mundatar. ℥.j.ß. Betonicæ, Salviæ vtriuſque, Centaureæ, ana M.j. ſem. Cartami ℥. ij. Polypodii Quercini ,, ℥. j. ß. ſem. Dauci, Aniſi, Fœniculi, ana ʒiii. Rad. peoniæ ʒij.ß. Flor. Cordialium Anthos, Stœchados, ana p.j. fiat decoctum ad lib. j.ß. In Colatura infunde folior. Senæ mundator ℥iiii. Agarici recenter trochiſcati ʒij. In expreſſione colata diſſolve expreſſionem ℥iiii. Rhabarbari electi infuſi ſ.a. ſaccharialbiſſimi q.ſ. pro ſyrupo coquẽdo ad ſpiſſitudinem vel perfectionem. Aromatiſetur cum ʒß. Macis, & Nucis moſc. ana, & reponatur in vaſculo mundo. Doſis ℥j.ß. cum ʒij. Aquæ deſtill. vel Iuris pulli.

Lenitivum Domeſticum præſtans in æſtate & Febribus:

℞ Confer. Violarum ℥j. Caſſiæ fiſtulæ recentis ℥j.ß. Mucilaginis Pſyllii vel Traganthæ ʒij. miſceantur. Doſis ʒiiii. vel v. in aurora. Poteſt addi Diaprun. ſimp.

Aliud Domeſticum: ℞ Folior. Senæ ʒx. Zinziberis, Cinamomi, ana ʒiiii. Tartari alb. ʒvj. Miſce pulveriſata. Doſis ʒiij. vel iiii. cum iuſculo pullorum vel piſorum.

Potio Doctoris Stephani Cygnei, in metu Paralyſis & Apoplexiæ:

℞ Herbarum Stœchadis Arab. Roriſmarini, Lavendulæ ana M.j. folior. Senæ ſine Stipitibus ℥iij. Agarici trochiſcati, Turbith opt. raſi ana ʒiii. Corticum Chebulor. ʒij. ſem. carthami ligati in rara petia ʒiii. Rhabarbari electi ʒij. Spicæ ʒß. Infundatur ſeorſim in aqua fœniculi. Corticum Rad. fœniculi, ruſci, Aſparagi, ana ℥j. Sem. aniſi, fœniculi, ana ʒß. Prunorum vng. num. 12. Paſſular. enucleatar. ℥. Inciſa & quaſſata ſtent per noctem in lib. v. aquæ fontis. Coquantur lento igne ad caſum partis tertiæ. Colaturæ expreſſæ adde ſyr. de Stœchade ℥iii. ſacchari albiſſimi ℥viii. Iterum bulliant addendo Rhabarb. infuſum, bene clarificetur & aromatiſetur cum Caryophyllis ac Cubebis, & fiat Syrupus longus ſ. a. Doſis, früh vnnd abends ein Becherlein voll / vt noſti. Mutatis mutándis, accommodetur etiam aliis morbis.

Vinum Senenſe ſuave & Iucundum.

In vaſculum capax 16. Cantharorum, pone lib. ij. foliorum ſenæ, & lib. ij. ſem. aniſi recent. & ligni ſegmenta arida q. ſ. ponendo ſtratum ſuper ſtratum, ſecundum morem vſitatum. (Rad. Enulæ, flor. Bugloſſæ, Borrag. Roſarum) Affunde vinum vetus & bonum. In ſacculo etiam impone ℥ii. Canellæ optimæ, & ſic permitte

omnia

omnia ſtare ſimul poſſunt & paſſulæ addi.

Elleborite paratur, ex libra Ellebori & vini, Cantharis 100. eodem pacto Senenſe.

Aliud Vinum optimum, ex Sena:

℞ Folior. Senæ lib. iiii. folior. Borraginis, Bugloſſæ, Roſar. rub. ana M. iii. rad. enulæ M. ij. vini Amphoram cum dimidia.

Potio vel ſyrupus optimus, pro Magiſtra Aulæ Hennenb. Vetula catarrhoſa:

℞ Sem. Carthami tuſorum lib. *j.* Polypodii Quercini, Liquiritiæ, ana ℥j. Bulliant in ſuffi. q. ad dimidium. Expreſſionis ℞ ℥viij. Succi Fumiterræ depurat. ſucci lupulor. depur. ana ℥iiii. Agarici opt. ℥j. Rhabarbari electi ʒij. aniſorum ℥ij. Myrobalanor. Citrinor. Indor Chebulor. ana ʒ. *j.* ß. Omnia bulliant poſtquam in infuſione per noctem ſteterint, ad caſum partis tertiæ. Adde violarum Mj. folior. Senæ ℥j. Bulliant parum, & bene operto vaſe removeantur ab igne. Et ſtant in infuſione, donec refrigerata ſint, exprimantur, & adde Iulep violati ℥j. ſyrup. Roſati ſolutivi ℥iii. Sacchari albi q. ſ. & fiat ſyrupus longus bonæ conſiſtentiæ.

Item ℞ Succi Cotoneor. ſeu Mivæ arom. lib. *j.* Mellis Roſati colati lib. *j.* ß. ſacchari roſ. ℥iii. Bulliant parum vt probe miſceantur, in vaſe duplici, & colentur per expreſſionem. Hoc datur ante cibum horis 3. menſura cochlear. *ij.* vel iii. Illud ante prandium hor. 5. Pro prudentia Medici diebus alternis vel ternis, intermediis altero vtatur.

NB. *Electuarium ex Spina Cervina* (Creutzbeerlein) Baccæ Autumni tempore colligantur, collectæ exprimantur, & ſuccus cum æquali pondere ſacchari, aut cum tantundem mellis & dimidia parte ſacchari coquantur more ſyruporum, & aromatiſetur in vino cum Cinamomo, Moſcho, Ambra &c. Familiare Modicis Imperatoris Ferdinandi. Similiter paratur ex Ebuli baccis Electuarium, pro Hydropicis.

Syrupus præſtans Montani, pro delicatis Aulicis:

In magna quantitate aquæ (cum aniſo, Dauco, zinzib. Cinamomo & ſimilibus) Myrobalanos, folia Senæ, Epithymum, decoquas. In hoc decocto infunde Roſas multoties, & in infuſione pro lib. j. Rhabarbari ʒ. iiij. vel v. vel ℥. j. appone, facta infuſione, exprime, vt fiat ſyrupus. Doſis ſit, ℥iiij. ter vel quater in Menſe. Evacuat materias craſſas & calidas omnes, ac epar refrigerat. Commendatur ad dolores artuum, ex defluxu calido.

Syrupus D. Thomæ Eraſti, pro Domina Comitiſſa à Solms:

℞ Carthami electi, & diligenter in mortario tuſi lib. ij. Polypodii Quercini

cini ℥.ij.Glicirrhicæ ℥iii.Inciſis radicibus,bulliant in lib.vij. aquæ ad caſum medietatis , in fine fere addatur Mj.violarum,aliquantulum bulliant & colentur.Huius decocti ℞ lib.iij. folior.Senæ Orient.ʒj.pulpæ lenis & à ſeminibus mundatæ , Colocynthidis præparatæ ʒj.(Præparatur autem cum gummi Arab.Tragacanthæ,ana ʒj.aniſorum ʒß. Succi Cotoneor. Berberorum vel Ribes ana ℥ij. aquæ Myrti ʒj.ß.incidatur pulpa , reliqua tundantur, & per noctem infundantur.Mane aliis abiectis pulpa ſiccetur in vmbra,& ſequenti nocte omnibus renovatis rurſus in Infuſione ſtet, idque fiat tertio) Bulliant per horam quadrantem poſtea diligenter exprimantur ac colentur.Colaturæ adde Succi Iridis depurati ſ.a.℥iii. Iulepi violati aut roſati q.ſ.vel ſyr. de Liquiritia ℥iii. ſacchari albi q.ſ. & fiat ſyrupus ſ.a.bonæ conſiſtentiæ , aromatiſeturque Canella & Caryophyllis.

℞ Spec.Diatrion piper.ʒij.fœniculi,aniſi,ana ʒj.Conſer. Corticum citri, conſer. calami aromat.ana ℥ij. Sacchari roſar.ʒj.ß.ſacchari in aqua hyſſopi vel arthemiſiæ diſſoluti ℥.vj. fiant Rotulæ ſ. a. Diatrionpipereon ex pulvere piperis miſto cum pulpa prunorum,pro aulicis.

Syrupus Diaſereos, Iohannis Andernaci,præſtantiſſimus;

℞ Intybi novelli latifolii, Cichorii,ana Mj. Adianthi albi & nigri , Scolopendrii veri,lupi ſalictarii , Fumariæ,ana Mß. Alkakengi ſeu veſicariæ caſſutæ,ana ℥iii. Violarum p.j. Rad. Apii,fœniculi, Aſparagi,ana ℥ß. Polypodii Quercini recent.℥j. Glyzirrhizæ raſæ ʒ.vj. Sem. Cnici ℥ij. Quatuor ſem.frig.maior.ana ℥ii.ſem. Intybi, Cichorei , ana ʒ.j.ß.Hordei non excorticati p.ij.uvarum paſſar. purgatar. ℥j. Pruna vng. dulcia xx. Trium flor. cord.ana p.j.Decoquantur in aquæ Sextarcis ij.ad dimidias. Iniure colato macerentur ſeorſim Rhabarbari ſelecti & minutim inciſi ℥iij.agarici trochiſcati,ʒj.folior. Senæ Alexand.℥j.ß.Zinzib.Cinamomi, ana ʒj. Expreſſis colatiſque iterum addito ſacchari opt.lib.j.ſyrup. Roſarum ſolutivi, (facti ex Roſis puniceis , cum quarta infuſione in rore Maiali)℥iii.Miſce,& coquantur iterum ad iuſtam ſpiſſitudinem. Mirifice aperit obſtructiones Splenis & Meſaraicarum , ideoque præcipue confert hypochondriacis , quibus Medicamentorum,præſertim elective purgantium , vſus contrarius eſt. Valet & in Febribus omnibus , cum egregie omnes humores evacuet. Doſis ij.aut iii.Cochlearia, cum cochlear.ſyr.roſar.ſolutivo,& iiii. Cochlear.aquæ Cinamomi(pro hypochondriacis)detur calidum hor.j.vel dimidia ante cibum , mane & veſperi.

Pulvis pro delicatis , D. Iohannis VVeiheri , Medici Ducis Iuliacenſis,ad movendam alvum.

℞ Senæ Alexand. Tartari albi,

ana ℥ij. Cinamomi electi, Galangæ, Caryophyllor. Sem. Aniſi, ana ℥ij. Diagrydii ℥ß. fiat Pulvis ſubtilis, & datur cũ iure pulli, nõ ſalſo (ex Tartaro acquirit ſalſuginem) in ſubſtantia à ℈iii. ad iiii. Alvum deiicit placide octies, & familiare eſt Medicamentum Ducis Iuliacenſis, præſertim vbi æger eſt fallendus.

Muſa: Vſitatiſſimus modus foliorum Senæ vſurpandorum eſt in Infuſione, additis floribus corroborantibus, & Zinzib. Aliquando Cinamomo & paſſulis. Infunditur Sena in iure, ad pateras duas, ebulliat ius ſemel, noctu ſiſtet, mane colaturę factæ, addatur ſaccharum.

Aliquando pulvis ſenæ cum roborantibus miſtus, ſubigatur cum paſta, optimo melle ſc. deſpumato ſubacta. Paſta redigatur in placentulam, ac in furno decoquatur. Aliquando datur cum Ovo ſorbili, aut pro pueris, cum Ientaculo. Nec non in Intinctu ex foliis Apii & Menthæ tuſis, addito ſaccharo & Canella. Sic & in Sinapium impoſitus, non mediocriter educit. Omitto formam Electuarii & ſimilem.

Aqua Vitæ ſolutiva optima:

℞ Canellæ ʒ. ß. Macis, Rhabarbari, ana ʒ. ij. Galangæ, Turbith optimi, ana ʒ. j. Croci ʒ. ß. Vini ardentis q. ſ. Infuſioni per triduum facta, adde Reinfalii, in quo lib. ß. ſacchari Candi ſolvatur & coletur bene deſpumatum. Detur Cochlear ante cibum hora vna, veſperi dimidium.

Syrupus ſolutivus, de Agreſta, optimus:

In aquæ ferventis lib. ij. infunde per noctem M. ij. pruni ſyl. cum ʒ. iij. folior. Senæ. Expreſſio coquatur cum tantundem ſyrup. de Agreſta, vel alterius acidi (ad caſum infuſionis) & intercoquendum ſequentia in nodulo ſimul coque, ſępe exprimendo, qui & in Infuſione ibi relinquatur: ℞ Agarici ℥ß. Eſulæ præparat. vel Medoacannæ, Turpethi, ana ʒ. j. ß. Rhabarbari ʒ. ij. Diagrydii ʒ. j. Zinzib. Cinamomi, Caryophyllor ana ℈ij. pro nodulo &c. Sic etiam paratur ſyrupus ſolutivus de Fragis, de Betonica, ex Roſis, floribus pruni ſyl. Doſis ʒ. j. vel ʒ. j. ß.

Alius Nodulus: ℞ Folior. Senæ ʒ. ij. Agarici ʒ. iiij. Turpeti, Rhabarbari, ana ʒ. ij. Diagrydii ʒ. ß. Nota: ʒ. j. ſyrupi, habet ℈ij. purgantium.

Alius nodolus: ℞ Agarici, Turpeti, vel Eſulæ præparatæ, Rhabarbari opt. ana ʒ. ij. foliorum Senæ ʒ. v. Diagrydii. ʒ. j.

Rondeletius: Syrupus violatus fit laxativus, cum granis iiij. Diagrydii.

Aliud: Diagrydii ℈ß. bulliat in petia, cum ʒ. ij. ſyrupi violati, & ℥ii. Aquæ Bugloſſæ, & Endiviæ.

Syrupus de Rhabarbaro præſtans:

℞ Rhabarbari ℥ij. folior. Senæ ʒ. iiij. Agarici trochiſcati ℥j. Violarum p. iiij. Cinamomi electi ℥ß. Zinzib. ℥i. aquæ Bugloſſæ, Cichorei, Betonicæ, ana

ana lib.j.ß.Infuſio fiat per d. Adde ſacchari lib.j.ſyr.roſar.ſolutivi,℥vj.& fiat ſyrupus.

Rother Purgier Safft.

In aquæ ferventis lib. ij. infunde folior.Senæ ℥j.ß.Rad.Mechocannæ, ʒij.Rhabarbari ℥j.ß.zinzib.℈ij.facta expreſſione,infunde flores Papaveris ſyl. Tandem decoque cum Saccharo ſ.a.

Syrupus Infuſionis Foliorum Senæ, Aulæ Brunſuicenſis:

℞ Rad.Polypodii,Liquiritiæ,Cichorei,ana ʒß.Paſſularum ℥j. Pruna xx.Aquæ puræ q.ſ.Coquatur,&in colatura ferventi infunde ʒij.folior.Senæ,poſt horas 12.cola, & rurſus infunde,& ſic tertio,& tunc adde agarici, Rhabarbari,ana ʒij. Spicæ ʒj. Cinamomi,Caryophyllorum, Zinzib.ana ℈ij.Conſer.Borraginis, Bugloſſæ,Violarum,Roſar.albar.ana ℥. vj.Poſt horas 12.exprime fortiter, & cum lib.ij.ſacchari fiat ſyrupus.

Claretum ſolutivum optimum:

℞ Cinamomi,Caryophyllor. Macis,Nucis moſcat.Galangæ, Zinzib. ana ʒii.Turpeti, folior.ſenæ,ana ʒj. Tuſſis groſſè,excepta Sena, adde ſacchari libræ dimidium,vel ℥.vij Vini optimi lib.ij.aquæ ℥.vj.Stent hor.24. & poſtea colentur Hypocratice ſepties vel pluries.

Rondeletii Electuarium de citro:

℞ Conſer.Corticum citri, Borraginis,Violarum, ana ℥.x.Pul. Diatragant.frig.turpethi, Diagrydii,ana ʒj.ſacchari puriſſimi lib.j. Miſce pro Electuario,vel pro forma ſolida. Vel ℞ Diagrydii ʒß.

Reſpondet Diacarthamo, & pituitam craſſam trahit, & poteſt ſubſtitui in febribus pituitoſis Medicamento Diaturbith,conſtante ex Cortice citri, Scammonio & Turpeto. Evacuat bilem pituitæ mixtam.

Lucas Chinus, Piſanus,de Electuario Ebulino:

Quidam in Morbo Gallico pro ſecreto habent Electuarium Ebulinum, quod Recipit granor.Ebuli maturor.lib.ij.Agarici optimi, tuſi, ʒj. ß. Vini Malvatici Ciathos duos. Coquantur ad vini caſum, granis comminutis, & per Setaceum ducantur. Addantur Mivæ & ſyrupi Acetoſitatis citri,& ſacchari, ana ad parem quantitatem Colaturæ. Demum pro libra compoſiti, adde Lapidis Armeni,Ellebori nigri, præparatorum, ana ℥.ij.ß.Specier. Diambræ ʒß.Miſce pro Electuario. Doſis à ʒj.ß.ad iii.& iiii. Die ſequente detur pro roboratione ventriculi conſerva roſarum cum Miva.

Syrupi Magiſtrales Rondeletii.

His vtendum eſt poſt univerſalem

 ali-

aliquam evacuationem, vt in declinatione Febrium &c. cum & per lotiũ ſeceſſum trahere volumus. In febribus biliofis, ad aperiendas obſtructiones, & ciendam vrinam: ℞ Rad. graminis, Aſparagi, Acetoſæ vel Plãtaginis, vel Cichorei, ana ℥ß. Scariolæ, Bugloſſæ, Cichorei, Borraginis, Roſtri porcini, Dentis Leonis. Herb. Capillarium, ana M. j. 4. Sem. frigidor. maior. ana ℥ß. Sem. Apii, Petroſelini, Aniſi, ana ℥ß. Flor. Cord. p. j. Fiat decoctio, & in lib. j. ß. diſſolve Syrupi Acetoſ. ſimp. ℥iiij. ſacchari q. ſ. Miſce pro Potu. Additis laxantibus, ſyrupus hic erit laxans, quod in omnibus obſervandum.

Syrupus refrigerans & bilem evacuans.

℞ Rad. Cichorei ℥j. Liquiritiæ ℥ij. Scariolæ, Roſtri porcini, dentis Leonis, Bugloſſæ, Borraginis, ana M. j. Prunorum, Sebeſten, ana paria xx. paſſularum p. x. Aniſorum ℥ij. Tamarind. elect. ℥j. ſenæ Orient. Medullæ Carthami, ana ℥ii. flor. Cord. p. j. Fiat decoctio, & in lib. j. ß. diſſolve ſacchari q. ſ. & fiat ſyr. adde in clarificando ſucci Roſar. ℥ii. ſyrup. Infuſionis Roſar. ℥iiii. Cinamomi ℥j. Pro divitibus & delicatis aromatiſetur. Poteſt & pro lib. j. infundi Rhabarbari ℥ß. vel j. ſi velis diu aſſervare ſyrupum. Syrupus Roſarum ſolutivus melior eſt Rhabarbaro, ob huius adſtrictionem. Abbatis laxantibus ſyrupus hic erit alterans.

Syrupus alterans Pituitam.

Ex calidis ſine adſtrictione attenuantibus, incidentibus & detergentibus. ℞ Rad. Apii fœniculi, Petroſelini, Graminis, ana ℥. ß. Hyſſopi, Betonicæ, Marrubii, Pulegii vel Calamenthi, ana M. j. aniſi ℥iii. Paſſularum mundatar. ficuum, ana p. xx. Flor. Anthos, Stœchados, Bugloſſi, Borraginis, ana p. j. rad. Liquiritiæ ℥j. Fiat decoctio, & in lib. j. ß. diſſolve mellis deſpumati, vel roſar. q. ſ. & ſacchari q. ſ. ac fiat ſyrupus, vel mediam partem mellis adde, vel tertiam Sapæ. Aromatiſetur rad. Ireos (ad pituitam in ventriculo retentam) aut Cinamomo, ad eam quæ in cerebro, aut Zinzibere, ad eam quæ in Nervis.

Syrupus alterans & evacuans pituitam optimus:

℞ Decoctionis lib. ij. In aqua decoque Polypodii Quercini recentis ℥j. Medullæ car. ℥ij. ob imbecilliorem vim. Agarici trochiſcati ℥ij. ob amarorem & quia potentior, ſem. aniſi, fœniculi, ana ℥ij. fiat decoctio, & adde mellis violar. vel roſar. q. ſ. ac fiat ſyrupus, aromatiſeturque cum ℥j. Zinzib. & Iridis vel Cinamomi. Si addatur Sena, erit efficacius, & f. decoctum in iure Galli antiqui. Poteſt & ſuccus roſarum addi, vel Infuſio Roſar. vt bile agitata facilius fluat pituita lenta.

Syrupus Magiſtralis alterans Melancholiam ex

Aſſatione bilis, fit ex alterantibus bilem, additis temperatis humectantibus & diſcutientibus, vt ſunt: Capill. ♀ Ceterach, Borrago, Bugloſſa, paſſulæ, Liquiritia, fumaria &c.

Pituita vſta, fit ex attenuantibus & humectantibus citra magnam caliditatem.

Fece ſanguinis fit ex calidis & humidis, aperientibus ſplenis obſtructiones, & incidentibus, vulgo vocant ſplenetica.

Syrupus Magiſtralis educens Melancholiam ex

Aduſtione bilis, fit ex evacuantibus, additis Borrag. Bugloſs. & ſimilibus temperatis humectantibus & diſcutientibus, additis Melancholicis Sena, Polypodio, Epithymo, Cuſcuta, &c.

Pituita vſta, ex iis quæ pituitam evacuant, additis Melancholicis, vt agarico, carthamo, Sena cuſcuta, &c.

Fece ſanguinis, fit ex decocto ſpleneticorum, additis quæ fecem ſanguinis purgant, vt Sena, Epithymo, Cortice Sambuci, Agarico, Polypodio, Mercuriali.

In ſumma: Vſurpandi ſyrupi concoquentes materiam, ex cuius aduſtione facti ſunt morbi, & iis adiungenda in alterativo, quæ humectant, in laxativo, quæ Melancholiam expurgant.

Ad aquas educendas Hydropicorum:

℞ v. Rad. aperetivarum, rad. Rubiæ maior. ana ℥ij. rad. Valerianæ ℥j. Capillor. ♀. Cichorei, Endiviæ, Chamedryos, Chamepityos, ana M. ß. abſynthii p. j. Sem. Apii, Petroſelini, Seſeli, Aſari, ana ℥ij. Florum Geniſtæ, Tamariſci, ana p. j. & fiat decoctio in Aceto, ſi Scirrhus ſit in Epate vel Splene, aut Vino, in Anaſarca. In Colatura diſſolve ſyrup. aperientes, vel ſaccharum. Aromatizetur Spica, Aſaro, Cinamomo, Galanga.

Syrupi per Alvum ducentes, fiunt ex aperientibus, roborantibus epar, & hydragogis, qualia ſunt: Braſſica Marina ad M. j. Chamelææ M. ß. Semen hederæ cum paſſulis. In Anaſarca addantur, quæ pituitam ducant, Agaricus, Polypodium, Cnicus, quæ poſſunt decoqui in ſyrupo pituitam purgante.

Potio præſtans D. Valeriolæ:

℞ Aquę lib. ij. Radicum ℥iiij. Herbar. M. v uvarum exaci. paria xx. Polypodii Liquiritiæ ana ℥j. folior. Senę purg. ℥j. ß. Coque ad tertias, Colati ℞ ℥xvj. Syruporum ℥viij. vel mellis, & fiat potus.

Syrupi Magiſtrales ſolutivi ſic parantur:

℞ Aquæ lib. iiij. aut v. Herbarum M. iiij.

M.iij.Radicum ℥ij.ſeminũ℥j.aut℥vj Paſſularũ ℥j.aut ℥j.ß.Pruna dulcia x. aut xij.flor. Cord.p.iii. Polypodii ℥j. folior.Senæ ℥j. ß. Carthami ℥ij.Agarici ℥ij.Turbith, Rhabarbari ℥j. Zinzib.℈j.Coquantur ad lib.ij. Cuius ℞ xx.aut lib.j.ß.adde ℥v. ſyruporum requiſitorum, aut Infuſi Roſarum, flor.Acatiæ. Aut mellis Roſar. vel communis & Oxymellis ana ℥ij. Aut cum lib.ß.coquatur ad formam potionis longæ,& poteſt vltimo Aromatizari cum Cinamomi, Cardamomi,ana ℈j.ß.

Fernelius: Pro vna Doſi decoquantur Polypodii Quercini,ſemin. Carthami,rad.petroſelini, Paſſularum, ana ℥j.folior.Senæ ℥iii. Epithymi ℥j. Cinamomi ſub finem coctionis ℥ß. In expreſſo dilue ℥vj.alicuius ſyrupi. Vel ℞ Endiviæ, Lupuli, Betonicæ, Bugloſſæ, ana M. ß. folior. Senæ mund. ℥iii. Decoquantur ad ℥iii. in quo effunde Rhabarb. electi ℥j. ß. Agarici trochiſc. ℥j. Cinamomi ℥ß. In expreſſo diſſolve ſyrup.violati aut Capillor.♀.℥vj.Fiat potio. Auctis ingredientibus fiunt apozemata, in plures Doſes.

Potio pro delicatis Aulicis:

℞ Paſſularum mi.℥j. Coquantur in aqua Cichorei & Betonicæ q.ſ.ad ℥iii.ß.Colaturæ ferventi infunde per noctem Rhabarbari electi ℈ii.Cinamomi ℈ß. In expreſſo diſſolve Mannæ electæ ℥j.Aquæ Cinamomi ℥. j. Miſce pro Potu.

Item ℞ Betonicæ,Mercurialis,ana M.j.flor.Borraginis, Bugloſſæ, viorum,ana M.j.folior.Senæ electæ ℥. vj.Aniſorum ℥j.ß. Cinamomi opt.℥. ij.Paſſular.lotarum ℥j.Prunor. dul. lotor.& enucleator.num.IX. Inciſa miſce,& cum ſerico rubro fiat Nodulus incoquendus Capi iuſculo.

Confectio in Morſellis, vſitata Guilhelmi Landgravii.

℞ Fiſticor. recentium purgat.℥j. Pinearum & Amigdalar. mundatar. ana ℥ß.Citri conditi,Nucis Muſcat. Indicæ conditæ, exterioris ſc. ſubſtantiæ,ana ℥.iij. Conſer. Flor. Betonicæ,Caryophylleæ,ana ℥.ij.Cinamomi electi inciſi ℥.iij. Maceris ℈j. Spec.Diarrhod.Abbat. ℥.j. Aromatici roſati ℥ß.ſacchari albiſſimi Roſacea optima ſoluti ℥.viii.& fiat confectio in Morſellis mediocris magnitudinis.

Diacidonites Purgatorium optimum, D.Luſitani.

℞ Conditi Cotoneorum ex ſaccharo vel melle lib.ß. Specier. Diaturbith ℥ij. Miſceantur. Doſis ℥ß. plus minuſve.(Ad ℥ij.Conditi Diaturbith ℥j. vel Mechiocannæ.) Sic parvulo Marcepani addimus Specierum dictorum ℥j. & pueris delicatis in aurora propinamus.

Potio familiaris, ſed optima:

℞ Aquæ fœniculi, Carduibened. vel Betonicæ, vel Aniſor.ana ℥iiii.

Bulliant ibi folior. Senæ ʒ.vj. Turpeti, Agarici trochiſcati, ana ʒj.ß. conſer. violar. Borraginis, ana ℥j. Colentur & aromatiſentur Cinamomo vel aqua eius. Adde ſyrup. de Cichorea cum Rhabarb. ℥j. & miſceantur pro Hauſtu.

Diaribium ſolutivum optimum, pro Delicatulis:

℞ Conſer. Roſarum, flor. Betonicæ, ana ℥j.ʒij. Diaprun. ſolutivi ℥iii. Turpeti, Mechiocannæ, ana ʒiij. Tartari vini albi opt. ʒ.v. Rob Rubei vel Berberini ℥iii. Diagrydii ℈j. ſyrup. de Agreſta, vel ſimilis q.ſ. pro Miſtura. Doſis ʒiiii. vel vj. Sic pro delicatis poſſunt cum Diapruno miſceri ſpecies Indi, Eleſcoph, Diaphenicōnis. Datur pro cienda Alvo dura iuglans, ante cibum.

Potio vſitata Duciſſæ noſtræ VVirtebergenſis, Delicat*æ*:

℞ Aquæ Endiviæ, Betonicæ, ana ℥. ij. Vini ℥ß, Rhabarbari ʒij. Cinamomi ʒß. Infundantur per noctem. Expreſſi ℞ ℥ij. Dilue ibi Mannæ ℥j. Electuar. Indi, Diaphœnic. ad ʒj. pro Potione.

Potio, pro exuſtis humoribus:

℞ Flor. violarum, Roſar. Bugloſſæ, ana M.j. Paſſular. exaci. pulpæ Tamarin. ana ℥j. Myrobalan. luteor. Cerulleor. Emplicor. Belet. ana ℥ß. folior. Senæ, Polypodii, ana ʒ.vj. Damaſcen. num. x. Coque in aqua q.ſ. ad tertias, & Colaturam ſaccharo diſſolve ac dulcifica, cuius Doſis ℥iiij. & ſi non ſatis ſolvit, diſſolve ibi Hamech vel Diaſenæ ℥ij.

Decoctum Montani ex Elleboro, pro Morbo Gallico:

℞ Myrabolanor. omnium ana ℥ß. Contuſa groſſe fricentur Oleo Amygd. dul. & adde Cort. Ellebori nigri ℥iiij. Polypodii, Liquiritiæ, ana ʒ. vj. Sem. Citri ℥ß. Capni Aquæ lib. x. Ad dimidium coctis adde folior. Senæ, Epithymi Cret. ana ℥j.ß. Bulliant ad reminentiam lib. iij. & colatis cum expreſſione, ℞ ℥. vj. Syrupi Infuſionis Roſar. ℥.j.ß Detur diebus alternis ante vſum Guaiaci. Dantur & ℥iiii. alternis diebus vel tertio die. Purificetur Albo ovi & aſſervetur. Evacuat & ſuccos Melancholicos abſque moleſtia, & Lienis affectus removet.

Syrupus, in Cachexia *& provocatione* Menſium *: ex aperientibus, provocantibus Menſes & vrinas:*

℞ v. Rad. aperit. ℥iii. Rubiæ maior. ℥ij. Rad. Iringii, Quinque folii, ana ℥j. Pulegii vtriuſque, Arthemiſiæ, Calamenthi, Origani, ana M. j. 4. ſem. frigid. maior. ana ʒj. flor. Anthos, Leucoii ana p. j Radices macerentur per 24. horas in aqua & vino. Fiat decoctio, ac in lib. ij. diſſolve Mellis deſpumati ℥iiij. Sacchari q. ſ.

fiat

fiat ſyrupus, & aromatizetur ℥j. Cinamomi. Sufficit ʒj. ſi velis. Vrinas movere, non Menſes. Magis enim hic inſidentibus, aperientibus & tenuantibus vtendum. Addatur & ſyrupus de Arthemiſia. Dantur inſtante purgationis tempore. Prodeſt & in retentione vrinæ.

Communiter fiunt decocta ex M. iiii. Herbarum, ℥iiii. Seminum & ℥iiii. Aromatum. Aquæ lib. iiii. Coque ad dimidias. Saccharo dulcoretur, & addita dimidia parte ſyrupi requiſiti, fiat Potio.

Fuchſius: Obſervant plerunque, vt è radicibus ſumant ℥ij. Herbarum ſeu Folior. M. v. Seminum ℥iiii. flor. p. iiii. Reliqua induſtriæ Medici reliquunt. Coquantur ex aqua, nunc fontana, ſeu pluvia, nunc ex deſtillatis, nunc ex vino, ſero &c. Liquor raro excedat libras iij. Colaturæ addunt pro lib. j. Sacchari aut mellis lib. ß. Aromatiſant, ſi volunt, libram decocti cum ʒij. Odoratorum.

Purgantia alterantibus adiici Fuchſius ibidem reprehendit.

Potio Fontanoni, in Febre Tertiana Notha:

℞ v. Radicum communium, maceratarum in vino albo, ana ℥ß. Herbarum Capill. Pimpinellæ, Piloſellæ, Intybi latifolii, Bugloſſæ cum radicibus, Eupatorii, ana M. j. 4. ſem. frigid. maior. ana ʒj. ß. ſem. Aniſi, Apii, fœniculi, ana ʒij. Cicerum rub. M. ß. uvar. paſſarum enucleatar. ℥ß. Polypodii Quercini, folior. Senæ Orient. ana ℥j. Medullæ Cnici ʒ. vj. Agarici trochiſ. ℥ß. Trium folior. communium ana p. j. Decoquantur in ſuff. q. aquæ ad caſum dimidii. ℞ Huius decocti lib. j. ß. & adiecto ſaccharo dulcoretur, & fiat ſyrupus, in quo macerentur ʒij. Rhabarbari electi, Spicæ, Cinamomi, ana ʒß. horis 12. Exprimantur & vtatur diebus v. vel iiij. mane.

Syrupus Fontanoni, in Febre quotidiana:

℞ v. radicum maceratarum aceto, ana ℥ß. Herbar. Capill. Pimpinellæ, Cuſcutæ, ana M. j. Filipendulæ, Pentaphylli, Abſynthii, ana M. ß. Bugloſſi cum radicibus M. j. Paſſular. exacinat. ℥j. ſem. Apii, Aniſi, fœniculi, ana ʒij. 4. Sem. frigid. maior. ana ʒß. Cicerum rub. M. ß. Trium flor. communium, ana p. j. Medullæ Cnici, Agarici trochiſc. ana ʒ. vj. Turpeti ſelecti ℥. ß. Zinzib. ʒ. j. Polypodii Quercini ℥j. Foliorum Senę ℥ß. Coquantur in ſuff. q. Aquæ ad dimidias. ℞ Huius decocti lib. ij. & cum ſaccharo & melle dulcoretur, fiatque ſyrupus, qui depuretur & aromatiſetur ʒiij. Cinamomi. Eo utatur laborans dies vj. appetente diluculo.

Syrupus in Periculo Hydropis, in Febre Quotidiana.

℞ Corticum rad. Cappar. ℥j. v. Rad. maceratarum aceto, ana ℥ß. Eupatorii, Filipendulæ, abſynthii, Pentaphylli, ana M. ß. v. Herbar. Capill.

Capill. Pimpinellæ, ana M.j. Aſari, Caſſiæ lig. ana ℥ij. Cicer. rub. M. ß. ſem. Apii, aniſi, Fœniculi, ana ℥ij. 4. ſemi. frigid. maior. ana ʒß. Flor. Sambuci, Geniſtæ, ana p.j.ß. Trium flor. communium ana p.j. Medullæ Cnici ℥j. Polypodii Quercini, folior. Senæ Orient. ana ʒ.vj. Agarici trochiſc. ʒß. Cort. Myrobal. Cep. & Empli. Oleo amygd. d. confricatarum, ana ʒß. Coquantur in ſ. q. aquæ ad dimidium. ℞ Huius decocti lib. ij. & cum ſaccharo & Melle fiat ſyrupus, qui depuretur, & in eo macerentur ʒ. iij. Rhabarbari ſelecti horis 12. additis demum Cinamomi ſelecti ℥ij. Spicæ & Iunci odor. ana ʒß. ſuavis reddatur. Vſus eius eſt quinque diebus in diluculo.

Syrupus in Quartana, ex fece ſanguinis:

℞ Corticum rub. Cappar. ℥j. Quinque rad. communium aceto maceratar. ana ʒß. Bugloſſi cum radicibus, Fumariæ, Oniſii, Meliſſæ, ana M. j. v. Herbar. Capill. ana M. ß. uvarum paſſar. enucleatar. ʒß. vel j. Flor. trium communium, Geniſtæ, ana p.j.ß. Polypodii Quercini ℥j. Folior. Senæ Orient. ʒß. Decoquantur ad caſum dimidii. Iuris Decocti ℞ lib. ij. Aceti paſſul. ℥ij. & in fine decoctionis adde Epithymi ʒ. iij. additis ſaccharo & Melle fiat Serapium, mediocriter coctum, depuretur, & Cinamomi optimi ℥ij. Aromatiſetur. Leve hoc eſt, & poteſt aliis Melanagogis acui.

Syrupus præſtans Matthioli, ad Quartanarios:

℞ Aſplenii, Adianthi, Capni, Meliſſæ, abſynthii Pont. Arthemiſiæ, Agrimoniæ, Pulegii, Thymi, Senæ ana M. j. Flor. Anthemidos, Bethonicæ, Bugloſſæ, Borraginis, Anthos, Stœchad. Epithymi, ana M. ß. Rad. Cichorei, Apii, fœniculi, Ruſci, Aſparagi, anonidis, Pœoniæ, Iringii Angelicæ, Borrag. Bugloſſi, Doronici, ana ʒ. vj. Sem. aniſi, fœniculi, Ocymi, Citrei mali, ana ʒ. iii. Cinamomi, electi ℥j. Santalorum flavorum ʒ. iij. Agalochi ʒj. Coquantur ad tertias in ſ. q. Aquæ. Huius Colaturæ ℞ ℥ij. ß. ſyr. de Capno, Biſantini, de Epithymo, acetoſi, de radicibus, ana ʒ. iij. Miſce, & fiat Potus pro diebus 15. continuis.

Decima Sexta Die Elleboriſmus: ℞. Decocti dicti ℥. v. Rhabarbari optimi ʒj. ß. Corticum rad. Ellebori nigri, flore purpureo; ℈. v. Iunci odor. Zedoariæ, ſem. Pœoniæ decorticati, ana ℈ß. Vini Cretici ℥ij. Terenda tere, & miſceantur omnia ſimul, ac affuſo decocto per 24. hor. macera. Colato cum expreſſione, & cum hoc diluto diſſolve Electuarii Lenitivi, ʒ. v. Confect. Hamech ʒ. ij. ſyr. de Pomis ℥j. Miſce & fiat Potus.

NB. Vide Matth. in ſuis in Dioſcoridem Commentariis, Cap. de Elleboro, vbi mirifice hunc Elleboriſmum prædicat.

Montanus Humorem Melancholicum præparat, & paulatim evacuat. Ius

pulli Iuvenis, in quo decoque Rad. Polypodii, ℥ij. Rad. Liquiritiæ, tres Borraginis vel Bugloſſæ.

Pro Potu: ℞ Hordei mundati M.j Paſſular. ℥j.ß. flor. Borraginis, Bugloſſæ, ana M.j. 4. ſem. frigidor. maior. ana ℥ij. Trifolii Leporini M.ij. Glycirrhicæ ℥ß. aniſor. ℥iii. fiat decoctio in lib. x. aquæ ad crepaturã hordei. In Colatura diſſolve ſacchari vel conſer. Roſarum ℥ii. vel iij. Cinamomi vj. ß. Bulliant ſemel & colentur.

Matthioli, ad Affectus Pituitoſos:

℞ Adianthi, aſplenii, Betonicæ, Agrimoniæ, Intybi, Cichorei, amaraci, flor. Stœchad. Salviæ, Roriſmarini, ana M.j. rad. Petroſelini, fœniculi, aſparagi, Eringii, Centaurei maior. ana ℥j. Polypodii contuſi ℥. vj. ſem. aniſi, fœniculi, Ammi, Coriandri, ana ℥j. ß. Angalochi ℥ij. Santalorum ana ℥iij. Coquantur in lib. x. aquæ ad tertias. In Colatura ferventi macerẽtur per biduum folior. Senæ lib. j. Cinamomi ℥. x. flor. Cordialium, ana ℥j. Colentur. Diluti ℞ lib. iij. Diluti roſarum multiplicis, vel ſucci roſar. lib. ij. Sacchari lib. iij. Coque ad tertias, & addito Rhabarb. opt. craſſe ſecti ℥j. ß. Turpethi opt. ℥ß. Coq; ad conſiſtentiam Iulepi, & percolatum aſſervato.

NB. Communiter additur diluto dimidium ſyr. laxantis, vt in alterativis alterantis.

Compendioſius: ℞ abſynthii Pent. M.ß. adianthi, aſplenii, Cichorei, Meliſſæ, Betonicæ, Hyſſopi, Agrimoniæ, ana M. j. rad. fœniculi, apii, aſparagi, Polypodii, Eringii, ana ℥. vj. Liquiritiæ ℥iii. ſem. aniſi, fœniculi, apii, Ammi, ana ℥ß. Cinamomi ℥v. folior. Senæ ℥iiij. Rhabarbari ℥. vj. Turbith ℥iii. agarici ℥ß. Coquantur in aqua q. ſ. ſervato coctionis ordine ad tertias, adde poſtea ſacchari albi q. ſ. ad dulcedinem. Doſis quotidie diluculo ℥iiij. aut v.

In Melancholicis affectibus Cortices Rad. Ellebori nigri & Epithymum adde, pro arbitrio, &c. Quin etiam Chebulos, Empelicos &c.

Syrupus Doct. Stephani, in metu Apoplexiæ & Paralyſeos.

℞ Herbar. Stœchados, Roriſmarini, Lavendulæ, ana M. j. foliorum ſine Stiptibus ℥iij. Agarici trochiſcati, Turbith opt. raſi, ana ℥ij. Corticũ Chebulor. ℥ij. ſem. Carthami in rara petia ligati ℥iij. Rhabarbari electi ℥. ij. Spicæ ℥ß. Infundatur ſeorſim in aqua fœniculi. Cort. rad. fœniculi, Ruſci, aſparagi, ana ℥j. ſem. aniſi, fœniculi, ana ℥ß. Prunorum vng. nu. xij. Paſſular. enucleatar. ℥j. Inciſa & quaſſata ſtent per noctem in lib. v. fontanæ. Coquantur poſtea lento igne ad caſum partis tertiæ. Colaturæ expreſſæ adde ſyr. Stœchados ℥ij. Sacchari albiſſimi ℥iij, ſacchari albiſſimi ℥. viij. Iterum bulliant addito infuſo rhabarbari. Clarificetur bene, & aromatiſſetur cum Cinamomo & Caryophyllis, vel Cubebis, & fiat Syrupus longus, früh vnnd abends ein Becherlein voll getruncken. ꝛc.

Potio

Potio Doctoris Pontani, in præſervando Paralytico:

℞ Folior. Capni, Betonicæ, Meliſſæ, Verbenæ, Hyſſopi, ana M.j. Cichorei totius M.j.ß. Hyperici, ſalviæ, Stœchad. Arab. ana M.ß. Rad. Ireos, Glycirrhicæ, Polypodii Quercini, ana ʒß. Pœoniæ, Pentaphylli, ana ʒ.ij. paſſular. ping. ℥j. Prunor. dul. num. vj. folior. Senæ ℥ij. agarici in raram petiam ligati, ʒ.vj. aniſi ʒ.ij. Zinzib. Calami Aromat. ana ℥j. fiat decoctio in ſuff. q. aquæ ad tertias. Colaturæ ℞ lib.j.ß. Sacchari ℥v. Cinamomi & Cardamomi, ana ℈ij. pro aromatiſando. Fiat Potio longa & clara. Sumatur v. vel vj. vicibus, poſt vſum Caſſię, & digeſtivum ſumptum, per dies iij. aut iiii. Demum vtatur diebus x. aliquo ſudorifico. Reſpondet fere priori deſcriptioni.

D. Pontanus præſcribebat ſequentia Principi Bopponi in Hennenberg. Anno 1556. in Febre Tertiana:

℞ Folior. Cichorei cum toto, M.ß. agrimoniæ, Piloſellæ, Capni Adianthi nigri, ana M.j. Flor. cordialium, ana M.ß. centaurei minor. p.ij. rad. fœniculi, apii, aſparagi, ana ʒß. Liquiritiæ ʒ.ij. Prunor. dul. nu. viii. paſſular. ℥j. Tamarind. ʒß. folior. Senæ ʒ.j.ß. Rhabarbari electi in petia ligati ℥ij. Squinanthi ℈j. ſem. Cardui bened. Melonum, ana ℥ij. Hordei excort. Mß. Decoquantur in ſuff. q. aquæ ad tertias. Colaturę ℞ ʒ.xx. adde ſyr. de Rhabarb. cum cichorea ℥ij. de ſucco Endiviæ, de Z. radicibus ana ʒ.j.ß. & aromatiſetur cum ℈ii. Santali, & ℈j.ß. Diarrhod. Abbatis.

Nota: ℞ Conſer. roſar. ℥ii. rad. Cichorei conditi ℥j. Citri conditi ʒß. Pul. Diatrion Santal. Diarrhod. Abbatis ana ʒß. Incorporentur cum ſyr. roſarum, pro miſtura.

Deſtillatum egregium Pontani.

℞ Herbar. Cichorei, acetoſæ, ana Mij. flor. Borraginis, Bugloſſæ, violarum, ana M.j.ß. arantia recentia tria, uvarum paſſar. enucleatarum, lib.ß. amygdalar. dul. recent. ℥j.ß. citri conditi, cichorei cond. ana ℥j.ß. aquæ decoctionis Capi eviſcerati, abſque pingui, cum foliis acetoſæ & pauco Cinamomo alterati lib.iij. aquæ Borraginis, Roſarum ana ℥iiii. Ponantur omnia cum Capi carnibus contuſis in alembico, & in arena fiat deſtillatio. Huius deſtillati ℞ lib.j. paſſetur per manicam Hippocratis, addendo Conſer. Diarrhod. Abbatis, Diamoſchi dulcis, ana ℥j.ß. &c.

Decoctum Magiſtrale, pro Principe in Hennenberg. Georgio Erneſto, ante vſum Guaiaci, Anno 1570.

℞ Herbar. Betonicæ, Salviæ, Ivæ, Chamædrios, ſcabioſæ, ana M.j. rad. Polypodii, Bechii, vrticæ, ana ℥j. Paſſular. ℥ij. ſem. fœniculi, aniſi, ana ʒ.ij. aquæ puræ q.ſ. & decoquantur ad

 tertias.

tertias.In Decocti ℥.18. bulliant lente in Balneo Mariæ hor.2.agarici ʒß. Rhabarbari ʒij.Spicæ ℈ß.zinzib. ʒij. Expreſſio aromatiſetur cum ʒj.ß.Cinamomi,adde ſyr.ex Roſarum ſucco ℥iii.pro 4.Doſibus.

Aliud: ℞ Betonicæ,Capillor.♀.Origani,Pentaphylli,ana M.ß. Paſſular.Polypodii Quercini, ana, ʒj.ß. calami od.ʒj.cinamomi,fœniculi,ana ℥iii. rad.Pœoniæ ʒß.Iridis Illyr. ʒij. Flor.cord.p.j.aquæ puræ lib.viii. coque ad caſum partis tertiæ.In colatura ferventi infunde hor.24. in furfuribus calidis folior.Senæ ℥iiii.agarici crudi ʒß.Rhabarb.electi ℥iii.zinzib. ʒß.Spicæ ℈ß. colato adde ſucci Roſar.ſolutivi lib.j.ſacchari Medere lib. ij.&coquantur lęto igne ad formã Iulepi.Doſis ℥ij.cum decocto Guaiaci.

Syrupus Laxativus præſtans Ranzovii,Holſatii:

℞ Folior. Senæ abſque Stipitibus ℥ij.Rhabarbari optimi ℥iiii. agarici albiſſimi ʒj. Cinamomi electi ℥iii. Cubebar.ſelect.ʒj.ſem.aniſi,fœniculi,ana ℥ii.Spicænardi ℈j. Zinzib. ʒß, Vini Rhenenſis,lib.vij. Ferveant in diplomate hor.24.Expreſſa colentur per ſacculum mundum, adde Sacchari puri lib.j,ß. & fiat in modum Nectaris.Doſis ℥iiii.Infantibus ii.

Syrupus Purgatorius Palmarii, *de Lue Venerea:*

℞ Radicum Cichorei ℥iii. acetoſæ,Graminis,Oxylapati, Polypodii, ana ʒß. Rad. Tormentillæ, Dictamni,ana ʒj.Endiviæ,Scariolæ,Lupuli,Borraginis, Bugloſſæ, Capni, Betonicæ,Eupatorii,ana M.j. Capillor.♀.Politrichi, ceterach, Scolopendrii, ſucciſæ,Scabioſæ, ſcordii, Pimpinellæ,Plantaginis, flor. Cordial.Anthos,Nymphęæ,Geniſtæ,ana p.ij.ſem.4.frigidor. maior.ſem. acetoſæ, citri, fœniculi, aniſi, cardui, ana ʒj.folior.Senæ ℥iiii. Coquantur ad lib.j.Adde in fine agarici ℥ij. Cinamomi ʒij.In Expreſſo diſſolve ſacchari albiſſimi lib.j. &. fiat Syrupus mediocriter coctus, cui in fine adde Rhabar.electi ʒj. Expreſſionem maceratam cum aqua Bugloſſi, cum ʒ.j.ß.Cinamomi &c.Doſis ℥ii.per ſe,vel cum ptiſana horis ante cibum tribus idque bis vel ter in hebdomate, pro Delicatis.

Alius Syrupus Palmarii *optimus in Peſte:*

℞ Rad.Graminis,cichorei, Oxalydis,Tormentillæ,Polypodii, paſſularum,ana ʒß.Adianthi, ſcolopendrii,Borraginis, Bugloſſi, agrimoniæ, calendulæ, ſucciſæ, ſcabioſæ verbenæ,Pimpinellæ,ana M.j. Flor. Bugloſſi,violarum, Borrag.ana p.j. ſem.aniſi,fœniculi, citri, acetoſæ, Carduibened.ana ʒj.ß.Folior. Senæ mundator.℥ii.Coquãtur in aquis Atractyl.& ſucciſæ ad tres Doſes, ſub finem addendo agarici albi trochiſc.ʒß. cinamomi ʒj.ß.In Expreſſo diſſolve ſyrup. violarum &.de Limonibus,ana ʒj.ß.Fiat Apozema ad tres

tres dies, defecatum albumine Ovorum, & cum ʒß. Santali citrini aromatiſatum.

Syrupus Roſarum, Violarum, Florum Perſici, Pruni ſyl. ſolutivus Magiſtralis, Docto. Eraſti:

℞ Infuſionis novies aut decies iteratæ, ſacchari in eadem aqua liquefacti, ana, quantum placet. Pro lib. j. ℞ Folior. Senæ ℥ii. agarici ℥iiii. Turpeti ℥ii. Rhabarbari electi ℥j. ß. Diagridii ʒß. vel ʒj. eritque fortius.

Aut ℞ agarici, Turbith, Rhabarbari, ana ℥ii. Diagridii præparati ʒj. foliorum Senæ. ʒv. Doſis ℥ii. cum aliquo liquore, inſtar Iulepi. Pro Manipulo magno florum, affunde Cantharum vnum & dimidium aquæ, quæ ſemper in vaſe optime clauſo debet in Balneo Mariæ calefieri.

Guainerius: ℞ Corticum Myrobalanor. citrin. ℥vj. ʒ. tantundem Rhabarb. electi, Spicæ ʒß. affunde Myrabolanis aquæ calidæ tantum, vt duobus digitis ſuperemineat. Idem fac cum Rhabarb. & Spica in aqua Endiviæ. Idque hyeme ad cineres calidos, æſtate ad Solem. De fuſa aqua recens affundatur, donec ſaporem & odorem ipſa perdiderint. Has aquas cum lib. j. Sacchari Iulepica, & ad ſpiſſitudinem iuſtam decoque. In decoquendis, ibi ʒß. Diagrydii, in petia rara ligati, teneatur, ſæpius exprimendo. Debite coctum reſerva, eſt ſolutivum gratiſſimum & nobile. Vel Roſarum ſyrup. cum Diagrydio, dum decoquitur, vt præcedentem facias ſolutivum.

Potio ſolutiva pro Delicatis:

℞ Syr. violati ℥ß. Diagrydii gran. 12. diſſolvatur cum modico ſacchari pro potione. Aut ℈ß. Diagrydii in petia bulliant, ſæpe exprimendo, in ℥ii. ſyrupi violati, & ℥ij. aquæ Bugloſſæ & Endiviæ. Vel detur ℈ß. Diagrydii cum aquæ fontis lib. ß. dulcorata.

SYLVA SOLVTIVORUM ET LENITIVORUM.

Caſsia præparata: ℞ Floris Caſſiæ recentis ℥ii. Diaprunis ſolutivi ℥j. conſer. violarum ʒß. Diagrydii boni ʒj. cum ſyrupo Pomor. vel violarum fiat Elect. pro aulicis.

Aliter: ℞ Pulpæ Caſſiæ ℥iii. Diaprunis ſolutivi ℥j. ß. conſervæ violarum ℥j. Diagrydii boni ʒii. Miſceantur.

Doctoris Pontani: ℞ Succor. Mercurialis, Malvæ, violarum, ana quar. iij. Rad. Polypodii quaſſatar. Folior.

Senæ,ana ℥iiij. Caſſiæ tractæ ℥ij. rad. Elenii quaſſatar. ℥j. Infundantur per dies iij.addendo flor.cordial.ana ʒß. Deſtilla in Balneo Mariæ. Doſis ℥iij. vel iiij.per ſe vel cum ſaccharo, cum Cinamomo dulcorando.

Confectio in Morſellis ſolutiva:

℞ Cinamomi ʒß.Zinzib.ʒj. Margaritar.præparatar. corollorum rub. præparat.ana ℈ß.Ligni Aloes,Nucis moſchat.Macis,ana gr. vj. Galangæ, Caryophyllor.ana ℈ß. Turbith electi ℥iij.Diagrydii ℈ij. Sacchari puri ℥ij.ß. conſer.roſarum ℥.j.aquæ Mentæ q.ſ.fiat ſ.a.confectio in Morſellis. Doſis ʒij.vel iij.&c.

℞ Zinzib.albi, ſacchari Tartari, ana,bibatur iturus cubitum, cum vino albo. Vel detur Tartari pulvis ad ʒij.cum iuſculo inſulſo aut ex Ovi luteo.

Lenitivum Matthioli ex Spina infectoria, Creutzbeer.

Coquantur more ſyruporum ſucci expreſſi lib.ij.cum tantundem ſacchari vel Mellis deſpumati. Colaturæ adde Pul. canellæ, Zinzib.ana ʒ.vj. Caryophyllor.ʒ.ij. Datur ℥j.vel j.ß. Quidam addunt Maſtichen.
NB. Saccharum vel conſerva flor. Prunellorum ſylveſtrium,vt & Perſici. Forte idem facit conſerva flor. Ceraſi.

℞ Turbith,Polypodii, ana ℥iij.Epithymi,folior.Senæ,ana ℥iiij. Myrobalanor.Indorum, Chebulor. ana ℥ij.violarum M.ß.Aquar. Bugloſſæ, Meliſſæ,Borraginis, ana q. ſ. & fiat decoctio ſecundum artem, in qua ponantur paſſular.mundatar. lib. j. Diagrydii ʒß.Miſceantur. Detur ʒß. pro vice.

Aliæ ad vermes puerorum ℞ Tormentillæ,Dictamni ana ʒij. Polypodii ʒß.Raſuræ Eboris,Cor.cervi vſti, Seminis Sanct ana ʒj.Rad. Graminis ʒß.Iſopi ʒij.Agarici ℈iiii. Rhapontici ʒj.ß.fiat decoctio in aqua in qua leviter bulliāt paſſular.mūdat. lib j.deinde ſuper aſpergatur pulvis Diagrydii ʒj.ſerva in vaſe vitreo.

Potio optima ad ſolvendam alvum:

℞ Rad.Liquiritiæ,Enulæ Campanæ,Iridis,ana ʒj.Polypodii Quercini ʒß.folior.Senæ,Iſopi ſicci, Capill.♀. ana M.ß.Iuiubar.Sebeſten,ana num. x.Paſſular.ʒj.Sem aniſi fœniculi, ana ʒii.hordei crudi G.x. Decoquantur omnia in aqua ſufficiente ad conſumptionem partis tertiæ. Coletur & clarificetur, aromatiſeturque Cinamomo, & dulcoretur ſaccharo ſufficienti,cuius decoctionis pro vna vice ℞ ℥iiii.

Vnguentum ab extra expellens ſcybula dura, & fœtum mortuum.

℞ Fellis taurini, Aloes, Sales gemmæ,ana, Miſce cum oleo, & inungatur ad ignem. Aut ℞ Aloes ʒij.Ellebori

bori vtriuſque ana ʒß. ſucci rad. Ebuli, fellis bovis, ana q.ſ. ad incorporandum, & fiat mixtura, quæ cum lana imponatur vmbilico. Sed fortius erit, ſi addideris ℈j. Scammoneæ. Prius autem toti Ventri applicetur Emplaſtrum molitivum fecum & inteſtinorum laxativum, vt: ℞ Malvarum, Biſmalvę, ana M.j. Sem. fœnugræci, ſem. Lini, ana M.j. Rad. Althęæ ℥ij. ficuum ping. num. x. Omnia ſimul bulliant, poſitis primum radicibus, deinde herbis cum reliquis. Deinde colentur & piſtentur, & cum ℥ij. Butyri veteris, & ℥ij. pingued. Gallinæ, & ℈j. Croci incorporentur, ac ſic tepidum per iij. aut iiii. horas apponatur.

Si vis ſupprimere, ſpongiam vino tepido imbutam, & expreſſam adhibe, & ſiſteretur.

Solutiva Domeſtica: Sumatur ante cibum per dimidium horæ bolus de Cepis aus porris parum ſalitis, aut: poſitis per horam in aqua Mellis vel ſacchari, Item brodium caulium debiliter coctum & ſalitum, vt: ℞ ℥. v. aut vj. brodii, cum ℥.j.ß. Olei amygd. dul. recentis, cum modico ſacchari. Idem facit brodium pingue Gallinæ notabiliter ſalitum, nec non brodiũ Galli veteris rubei bene verberati cum virgis, in cuius corpore ponantur Salis & Carthami, ana ʒij. Hyſſopi & Anethi ana ʒj. fiat decoctio vſque ad ſeparationem carnium.

Electuarium Lenitivum multum conveniens:

℞ Terebinthinæ electæ ℥j. ficus pingues num. vj. Carthami ℥ß. Piſtata ſimul omnia miſceantur cum ℥j.ß. ſacchari Penidior. & fiat bolus pro duabus vicibus. Fortior erit bolus, ſi addes ʒj Agarici cum ℈j. Zinzib. Alvus etiam movebitur, ſi præparato prius ventre & mollificatis inteſtinis, imponatur vmbilico parum ex Arthanita Nicolai.

Aut ℞ Scammoneæ, Aloes, Myrrhæ nigræ, ana ʒj. ß. pulveriſentur & cribellentur ſubtiliter, & cum ſucco Coriandri viridis formentur duæ pilæ verſandæ ſæpius in manu, vt calefiant & aer immutetur.

Si extrinſecus adhibitis alvus in Sanis non poſſet citari, detur pulvis ſequens in brodio: ℞ Turbith ʒj. agarici, Senæ, ana ʒ.ß. Zinziberis, ℈j. ß. Miſceantur. Aut ℞ Folior. Senæ ʒj. ß. Caryophyllor. Zinzib. ana ʒß. ſacchari ℥ii. Miſce pro vna doſi, ſummo mane cum iuſculo.

Diagaricon optimum, purgans phlegma à Capite & Iuncturis:

℞ Agarici boni ℥ß. Turbith, zinziberis, ana ʒii. Nucis moſcatæ ʒj. avellanarum ℥ß. Salis Gemmæ ʒj. ß. ſacchari lib. ß. & fiat Pulvis, cuius Doſis eſt à ʒj. ß. ad ʒii. aut fiat in forma Electuarii aut confectionis, cuius doſis erit à ʒiii. ad ʒv. Si videris ventoſitates aut nocumenta inducta poſt pharmaci purgantis exhibitionem, de patienti ſequenti mane Mithridatii aut Theriacæ veteris ʒj. ſacchari Roſati. Si admodum calidus eſſet, da duntaxat decoctionem.

Electuarium Lenitivum, *Elidæi Bononienſis, conferens ad ardorem Vrinæ & Hæmorrhoidarum difficultatem:*

℞ Pulpæ prunor. Damaſcenorum nigrorum, floris Caſſiæ, ana ℥j. pulpę Sebeſten ℥ß. ſucci paſſularum Corinth. enucleatarum ℥j. Miſce & fiat Electuarium. Adde Diaprunis ſolutivi ℥j. Dantur eius ʒ.vj. aut amplius, mane ieiuno Stomacho.

Domeſticum eſt, pituitam purgans, ſi ℈iij. ramorum eſulæ infundas in Sapa per noctem; mane Colaturam præbe: Similiter de eſula præparata (per infuſionem lacte & exiccationem) confice bellaria.

Rotulæ præſtantes in phlegmate:

℞ Zinzib. ℈ß. Salis gemmæ gr. v. Turbith electi ℈.v. ſacchari diſſoluti in aqua Ivæ ʒ.vj. fiat confectio in Rotulis. Superbibat aquæ Ivæ ʒ.vj. ad dolores articulorum,

Electuarium Solutivum: ℞ Pulpæ Sebeſten, pul. Prunorum Damaſcenor. paſſularum enucleatar. ana ʒ. vj. Penidiar. recent. ℥j. Pul. Rhabarbari ʒß. Mannæ electæ Calab. ʒß. Extrahantur pulpæ cum aqua Mellis, & ſaccharo Roſar. q. ſ. fiat Electuarium, cui adde Cinamomi electi ℈ij.

Electuarium Solutivuum aliud: ℞ 4. Conſer. Cordialium, pulpę, Sebeſten prunor. Damaſcenor. Tamarindor. ana ʒß. floris Caſſiæ ʒ.vj Diaprunis ſolutivi ℥j. ſucci paſſular. cum Iulep Violato extracti ℥j. ß. Miſceantur ſ. a. pro Electuario.

Aliud: ℞ Floris Caſſiæ noviter extracti ℥j. Penidiarum ʒiiii. pulpæ Prunor. Damaſcenor. Paſſular. enucleatar. ana ʒj. Diagrydii ℈j. ß. Muchari Roſati ʒiij. Miſce & fiat Elect. ſ. a.

Diaturbith cum Rhabarbaro.

℞ Turbith albi gummoſi, in oleo Amygd. dulcium per noctem infuſi & ſiccati ʒ.v. Zinzib. Cinamomi, ana ʒj. Caryophyllor. ℈ij. ß. Agarici trochiſcati ʒj. ß. folior. Senæ ʒij. ℈ß. Hermodactylor. ʒij. Rhabarbari electi, ʒiii. Squinanthi ℈j. Galangæ, Nucis moſc.. ana ℈ij. Diagrydii ʒiij. ß. Cum ʒ. xviij. Sacchari fini, cum vino Cytoneorum & aqua Roſar. ana q. ſ. fiat confectio in Morſellis, ad pondus ʒß.

Electuarium leniens in omni morbo, loco Clyſteris & balanorum.

℞ Floris Caſſiæ recent. ℥j. Penidior. ʒij. Olei Amygd. dul. ʒß. Miſce, datur hora j. ante cibum Cochleare medium.

Aliud: ℞ Iuris pulli non ſaliti ℥vj. Carnium prunor. Damaſ. nu. v. Paſſular. ʒß. bulliant ad conſumptionem medietatis. Colaturæ dentur ℥ij. ante cibum horis 3. Valet & Vitellum ovi cum ſaccharo, ſi apponatur igni in teſta, & addito modico Croci, ſorbeatur per duas horas ante cibum.

Solu-

Solutiva Domeſtica Montani, ad alvum emolliendam ſine moleſtia, etiam in ſanis:

Sumatur tribus horis ante prandium Ius pulli, in quo decoquantur M.j. Malvæ & Mercurialis, facta expreſſione, & colaturæ adde ℥ß. Sacchari rubei cum modico olei dulciſs. aut olei Amygd. dul.

Aut deglutiat Terebinthinam pinguem & puram, ad ℥ij. vel iij. Aut cum Carne intrinſeca ficuum aridarum pinguium 6. vel 7. commiſceat ℥ij. medullæ Carthami, & fiat bolus, ſumendus vt ſupra. Aut lachrymæ abietis pinguis ℥ij. involvat in hoſtia, & cum vino deglutiat. Similiter valent brodium decoctionis prunorum Damaſcen. vel Sebeſten 15. vel 12. pro placito. ℥ij. paſſular. dulcium & recentium. Zucharum Roſatum recens, tempore æſtivo.

Muſa: Ad emolliendam alvum, frequenter ius pingue bibi præcipio, ac edi paſſulas, pruna dulcia, & Sebeſten. Laudantur & à Montano Caricæ pingues x. aut xv. in prandio ſumptæ, præſertim pro mingentibus arenulas. Decoquatur in Iure pulli Malva, cum prunis ſiccis dul. 10. vel 12. & ℥j. paſſularum. Facta expreſſione, cuius bibat Scutellam horis 3. ante cibum. Bibat cochlearia ij. Aceti Squillitici optimi, aut deglutiat ℥ß. Rhabarbari optimi.

Vnguentum ſolutivum præſtans, inunctum ventri & Stomacho:

℞ Rad. panis porcini, Bryoniæ, ana ℥iiii. Ellebori nigri & albi Scyllæ, Ebuli, Corticum rad. Sambuci, ana ℥iii. Centaurei min. Gratiolæ, Laureolæ, Eſulæ, Cucum. Aſinini, Tithymali, ana M. ij. Scammoneæ, Colocynth. ana ℥ß. Piſta omnia ſimul incorporentur in lib. ij. Butyri recentis, & ponantur in loco humido ad putreſcendum per dies 15. Poſtea colliqueſcant ſuavi igne, & colentur. Expreſſioni adde olei de Cherva lib. ß. Ceræ novæ ℥iii. Succi Bryoniæ, Panis porcini, Ellebori vtriuſque Ebuli, Sambuci, Centaureæ minor. Gratiolæ, ana ℥iiij. Laureolæ, Cucumeris Aſinini, Eſulæ, ana ℥ij. Aceti fortiſs. Fellis bovini, ana ℥v. Secundum artem ponantur ad ignem, & bulliant vſque ad conſummationem ſuccorũ & totius humiditatis, & fiat vnguentum molle, quo inungatur Corpus & plantæ pedum. Si iſto vngento Vola manuum inungatur, provocabit vomitum. Si internæ plantæ pedum, provocabit Alvum. Omnium autem fluxum nimium reſtingues vnguento Populeonis.

Pro puerperis: Fiſchſchmalz oder Dran cum panno lineo adhibitum vmbilico, leniter alvum ſubducit.

Inunctio ventris cum oleo calido, in quo decocta fuerit Colocynthis. Id præſtat & butyrum cum gr. iij. Diagryd. vel troch. alhandal.

Rotulæ ſolutivæ præſtantes, in materia cholerica:

℞ Specier. trium Sand. Reub. Ga-

 lan-

langæ, Zinzib. Nucis moſcat. ana ʒij. ß. Zedoariæ ℈j. Croci ℈ij. Diagrydii ʒß. Zuchari diſſoluti in infuſione Senæ lib. j. Colliqueſcat zucharum, & decoquantur ſ. a. & cum pulveribus prædictis fiat confectio in Rotulis cuius Doſis eſt ab. ʒß. ad ʒvj. Priuſquam iſtis vtaris; locus hoc eſt ab vmbilico fere vſque ad pubem fricando & fovendo calefiat. Vti voles ſupprimere, ſpongia vino tepido expreſſa imponatur. Familiare eſt: ℞ ſuccos Cucum. ſylveſt. & cyclaminis ana. Miſce cum melle & exacte vnito ad cineres calidos. Similiter poteris parare ex veratri ſucco, ex Colocynthide & ſimilibus.

Rotulæ ſolutivæ in materia Cholerica mixta:

℞ Specier. Diarrhod. Abbatis ʒj. ß. Diamuſchi dul. ʒj. Rhabarbari ℈j. Turbith ℈ij. Diagrydii ʒij. ß. ſacchari diſſoluti in aqua Borrag. ℥iii. fiat ſ. a. confectio in Rotulis.

Rotulæ ſolutivæ in materia frigida, & doloribus Iuncturarum.

℞ Hermodactylor. ʒj. Turbith ℈iiii. Diagrydii ʒij. ß. Rhabarbari ℈ij. Specier. Diamuſci dul. ʒj. ſacchari diſſoluti in aqua Betonicæ ℥iii. & ad ignem fiat confectio in Rotulis. ſ. a.

Confectio in Rotulis ſolutiva, pro Pueris optima:

℞ Rhabarbari electi ʒj. Specier. Diarrhod. Abbatis ℈ß. Margarit. frag. omnium ana gr. xij. Sementinæ ℈j. ſacchari diſſoluti in aqua Roſar. ℥j. Ad ignem fiat Confectio in Rotulis ſ. a.

Rotulæ optimæ, ad Vermes,

℞ Rad. Dictamni albi, Tormentillæ, Zedoariæ, Serpentinæ, Gentianæ, ana ℈j. Sem. Acetoſæ, Portulacæ, Citri, ana ℈j. ß. Sementinæ ʒj. Cornu Cervi vſti, Corallinæ, Scordii, Rhabarb. ana ʒß. Zuchari diſſoluti in aqua Portulacæ q. ſ. & ad ignem fiat confectio in Rotulis ſ. a. Cuius Doſis eſt ʒß.

Aliud: ℞ Corallinæ ʒiii. cornu cervi vſti, Dictamni albi, ana ʒj. Miſceantur probe, & fiat pulvis.

Domeſticum: ℞ Folior. Senæ ℥iii. ſacchari ℥ij, Galangæ, Calami, Nucis moſchat. Caryophyllor. ana ʒij. Fœniculi, Petroſelini, carui, ana ʒj. Cinamomi, ʒj. Miſce; cuius Doſis ʒij. cum vino.

Pruna ſolutiva Doctoris Eraſti:

℞ Violariæ, Malvæ, Mercurialis, Trichomanis recentis, Hyſſopi, ana M. j. ſem. Aniſi, fœniculi, Malvarum, ana ʒj. Cinamomi, Macis, ana ʒß. Decoquantur in ſuffic. quant. aquæ, ad conſumptionem partis tertiæ, In fine infunde ʒj. folior. Senæ elector. in raro linteo, ac poſt macerationem expreſſa abiice, ac vt prius aliam ℥. infunde, ac exprime. Tandem lib. j. Prunor. dulciſſimor. in eo decocto,

coćto decoque,aſperſo ſaccharo clarificato ad ℥. viii.ad mollitiem. Serventur in vaſe bene tećto vna cum brodio ſuo. Detur ad ℥ij. nempe Prunorum cum Iure,mox ante leve prandium.

Idem poteris tentare, & cum aliis fructibus(& cum Dactylis & caricis.) vt fiant ſolutivi. Eodem pacto poſſunt Paſſulæ ſolutivæ parari, macerando ipſas in decocto prædicto, & turgentes ante cibum degluтiendo. Item Paſſulæ maiores,Iuiubæ, Caricæ,Dactyli,Sebeſten,& pulpa dictorum fructuum cum pul. Mannæ & penidiorum poſſunt fieri pro delicatulis varia ſolutiva.

Decoctio aperitiva in Officinis Miſniæ & Thuringiæ, pro diſſolvendis Medicamentis:

℞ Rad.fœniculi,Aſparagi,Petroſelini,Bruſci,ana ℥.vj.Taraxici,Polypodii,Cichorii,ana ℥ß. Endiviæ ℥ii. Sem.Aniſi,fœniculi,Endiviæ,ana℥ii. Prunor.num.xv, Paſſular. pinguium ℥j.Tamarind.℥ß.Flor.Violarum,roſar.Centaurii min.ana M. ß. Hordei M.ß.Flor.Endiviæ , Carduibened. Cichorii, Piloſellæ,veronicæ, Betonicæ,Scolopendrii,Agrimoniæ, ana M.j.folior.Senæ ℥ij. Decoquantur in Aqua ſimplici pura,pro lib.ij.ſ.

Apozema Fontanoni , in Dolore *capitis gallico:*

℞ Rad.Acori,Liquiritiæ, ana ℥j. v.rad.communium maceratar.aceto & vino albo,ana ℥ß.Meliſſæ, Betonicæ,Lupuli Capni, Bugloſſæ,ana M. j. Hermodactylor.℥ß.Paſſular.℥j. Trium flor.communium , Anthos ana p.j.Thymi ℥iii.folior.Senæ ℥ß. Polypodii ℥j.ß.Aquæ puriſs.q.ſ. & decoquantur ad dimidium. Expreſſi ℞ ℥. xx.& dulcoretur Saccharo , ac aromatiſetur cum Cinamomo & Diarrhod.Abbatis. Doſis ℥iiij. per dies quinque.

Apozema præſtantiſſimum Augerii de Pudendagra :

℞ Corticis Ligni Indici, rad. Polypodii,ana ℥j.Paſſular.purg. Tamarindor.ana ℥x.prunor. Damaſcenor. num.xiiii.Corticis medii Sambuci , Rad.Aſari,Liquiritiæ, ana ℥ß. Sem. Carthami tuſi,Senæ,Epithymi,Thymi,ana ℥. vj. Hermodactylor. ℥iij. Zinzib.℥j.ß.flor.Geniſtæ & Stœchadis,ana p.j.Fiat decoctio in aqua ſuff. ad caſum partis tertiæ. Poſtea adde ſucci Capni,Roſar.recent.rad.Iridis, omnium depuratorum,ana ℥iij.(vel ſyr.Borraginis & Bugloſſi, vel de Cichorio) Cinamomi,℥ß. Caryophyllor.℥j.ß.Bulliant leviter , & addito ſaccharo fiat Apozema pro tribus vel iiij. Doſibus.Pro bilioſis,adde Rhabarb.& Myrobalanos citrinos. In pituita & Articulorum doloribus, Agaricum Turpetum,Pirethrum & Ariſtolochias.In atræ bilis ſignis, Ellebori nigri ℥ij.Aliqui addunt Myrabolanos omnes,quod propter adſtrictionem non probo. Hoc Apozemate ſanguis purgatur à ſeroſis , ſalſis &

ſis & putridis ac aduſtis humoribus, qui ex corpore expelluntur. Datur tribus aut iiij. auroris, & 4. hebdomatibus, vel 5. tota curatio completur. Inſuper purgatione aliquando dyſenteria oritur, apparentibus inteſtinorum ramentis. Detur tribus diebus lactis chalybeati, aut cocti extinctione lap. ignitorum, cyathum vnum, 4. hor. ante cibum, & octo diebus num. purgetur. Venter etiam extrinſecus foveatur Oleo ex Glandibus expreſſo, vel Cytoneorum vel Myrtino. Iniiciatur, ſi opus ſit, Clyſter adſtringens, ex lib. j. Aquæ Chalybeatæ & ſemilibra olei Cytoneorum. Vel ſolo lacte chalybeato, vel adſtringentibus. Poſt dies octo rurſus redeant ad dictum Apozema. Et hoc remedio conſumuntur dolores, ſanantur vlcera, puſtulæ reſolvuntur &c. vt nulla Chyrurgia ſit opus.

Quidam ſolo decocto folior. Cataputiæ per dies 30. vſurpato curantur. Alii Aloe, Rhabarb. Agarico, Item vinis Medicatis ex Sena, Guaiaco &c.

Electuarium Lenitivum pro Pleuriticis, Matthioli Senenſis:

℞ Folior. Senæ lib. j. Liquiritiæ recent. mundæ ℥iiij. Polypodii recentis, ℥iij. Mercurialis M. iiij. Capillor. ♀. Folior. violarum recentium, Nenuphar. farfaræ, ana M. ij. ß. Scabioſæ, Hyſſopi, ana M. j. Hordei mundi, ℥v. Iuiubarum, Sebeſten, ana nu. 25. Aquæ puriſſimæ lib. xxvii. Omnia bulliant. ſ. a. vſque ad conſumptionem partis tertiæ. Sic bullientia proiiciantur in vaſe ſtricti orificii per diem & noctem, & poſtea colentur. Colaturæ adde Infuſionis Papaveris ſyl. lib. ij. Infuſ. viol. ſolut. lib. iiij. Mucilag. Sem. Malvæ, citonior. ana ℥. vj. floris Caſſiæ lib. iij. pulpæ Sebeſten recentis lib. j. Diaprunis ſimplicis lib. ß. Syrupi violarum compl. lib. j. ß. Penidiorum ℥. vj. ſacchari puri q. ſ. & fiat Electuarium. In fine adde hæc in pulverem tenuiſs. trita: Sem. Aniſi ℨvj. Gummi Arab. ℨij. Traganthi ℨß. Hiſopi ſicci ℨiiii. Liquiritiæ ℨj. ſem. cõmunium 4. frigidor. maior. ana ℨij. ſem. papaveris albi, ℨvij. Diatraganthi albi, ℨj ß. Miſceantur omnia ſimul, & fiat Elect. ſ. a.

Fontanoni Clyſma præſtans, in Apoplexia frigida.

℞ Origani, Calamenthi, Salviæ, Stœchados, Chamemeli, ana M. j. Agarici albi, ana ℨj. Medullæ Carthami ℨß. Centaurii minoris M. ß. Colocynthidis ℨij. Coquantur in Aqua q. ſ. ad dimidium. Iuris decocti: ℞ lib. j. ß. Hieræ ℨij. Hieræ logad. ℨß. Mellis Anthoſati ℨj. ß. Olei Rutæ, Chamemelini, ana ℨj ß. Salis foſſilis ℨij. fiat Enema, loco Apozematis ſolutivi.

Diaſebeſten Lenitivum Polonicum:

℞ Sebeſten recentium ℥v. Infundantur fracti in lib. ij. Aquæ violarum per

per horas 24. Deinde ebulliant ad medietatem, & colentur. Colaturæ addantur Aquar. Ireos & Anguriæ, ana ℥vj. Prunorum ſiccorum contuſorum ℥v. violarum ℥ß. ſem. communium frigidor. ana ʒij, Succi Mercurialis ℥iiii. bulliant ſimul vſque ad conſumptionem medietatis, & fortiter exprimantur. Colaturæ adde tamarindor. ℥v. Penidior. ℥viij. Diaprunis Lenitivi lib. j. ß. Diagrydii in Syndone ligati ʒiij. Et ſi Laxativum facere vis, adde pul. Diagrydii, pro qualibet libra Electuarii, ʒiii. ß. Adverte tamen, quando vis facere ſolutivum, ne addas in Lenitivo Diagrydium illud in Syndone ligatum, nimium enim poſtea educeret. Nota etiam, gradatim faciendam eſſe decoctionem hic & vbique.

Lenitivum Faventini Domeſticum.

℞ Floris Caſſiæ recentis ℥j. pul. Aniſorum ʒij. Sacchari ℥ß. Miſceantur probe, Cuius Doſis ʒij. ante cibum, ſuperbibendo hauſtum iuſculi pulli.

Ventrem emollientia, ex Galeno, Dioſcoride, & aliis &c.

Primum Braſſicæ decoctum. Iura carnis Galli veteris, Caponis vervecis ad lib. j. Ius Tollinarum, Olerum &c. Oleum dulce, præſertim Amygdalar. dulcium, ad ℥iiii. aut vj. Ius Ciceerum rub. ad lib. ij. ſerũ lactis, nec non hoc ipſum quodcunque copioſe ſumptũ. Braſſicę ſuccus ad ℥iij. Ius gallinæ veteris, nõ ſalitũ, cũ ſaccharo. Caſſia ad Spithami quantitatẽ, ſi aperiatur & devoretur ante cibum. Ius prunorum Ibericor. aut dulcium. Paſſulæ ſolæ, aut coctæ in vino Cretico. Oleum Amygd. amar. Tartari ʒj, in Iure. Decoctum Sebeſten 18. aut 20. *Suppoſitoria* ex Alumine & Butyro ſolito. *Vel ex Melle*, elleboro & Sale, coctis donec craſſeſcant, oleoq; inungãtur. Manna in Iure, ad ℥j, uvæ mane comeſtæ, rore adhuc madentes, pro Ruſticis. Muſti Cyathi duo. Decoctum Mercurialis in Iure, cum oleo & Sale. Pepones. Perſica, in principio Prandii vel Cœnę. Ficus recentes 8. aut 10. aut pauciores. Pruna, mora, fraga, ſintque optime matura. Succus punicorum in Stannea lance nocti expoſitus. Uva ſicca aliquando. Mel deſpumatum, ad ℥. vj. Tamarindi ad ℥ß. Aloes Semiſcrupulus (Nam talia in maiori Copia ſumpta, non amplius ſunt ἐκκοπρωτικά, ſed humores etiam educunt ex vicinis aut remotis locis) Comeſtio longa & præter conſuetudinem, qui tamen modus eſt minime familiaris Naturæ; perinde vt & frigiditas pedibus introducta, Ea enim ſæpe alvum movet cum. Terebinthina, pondere ℥ß. vſque ad ℥j. vt & Oleum Abiegnum. Siliquarum decoctum. Ova ſorbilia. Semina Citri, Arantiorum, Amygdalæ, Panis furfuraceus. Mororum albor. ſuccus cum ſaccharo ad ℥vj. Concharum & Cochlearum Marinarum decoctum. Vinum Creticum, cum butyro, vini lib. j. Butyri ℥ij. Item butyri ℥ij. cum ℥i. Mellis. Mel cum vino

Cretico. Mel cum lacte, nec non ſaccharum cum lacte. Sapę ad ℥.ij. Gobius piſcis. Serum lactis, cum ſaccharo vel melle & Sale. Butyrum ſolum largius ſumptum. Siluri caro recens. Caro Anguillarum, Menaruma, Reginarum & ſimilium piſcium mollium. Ius piſcium ſaxatilium, ex vino & Sale, ad q. paterę. Salſamenta piſcium ante cibum ſumpta. Lentium prima coctura, vt & Phaſeolorum Ius. Cerebra animalium ex albo iure. Raphanus à Cibo, vt Dioſcor. placet. Raphanus ſyl. Blitum. Cauliculi malvæ in acetario, primum elixi, vt & Cauliculi Cucurbitę, ſive Aſparagi, Malva ex Iure vel oleo cocta. Braſſicæ ſativę ſuccus cum melle & Nitro, ad ℥. iij. Braſſicæ etiam ſuccus ſolus. Cucurbita, Lactuca copioſe ingeſta. Cucumis ſeu Anguria. Porrum cum Melle Atriplex, ſcandix, Ozymum, in iure aut Acetario. Cæpæ coctæ ex Oleo & Sale, cum ſuccharo, vel in aceto, aut in acetario. Allium pro Italis tenacibus. Naſturtii ſemen ad ℥.ij. Zinziber, præſertim in Iure Caponum. Struthion, Dracunculi minoris Radix, in pulvere, ad ℥.iij. cum vino potenti, aut ſucci ℥.vj. aut infundendo eam in vinum Creticum, aut elixando eam in iure Galli, perinde vt & Radices Aſphoteli. Scilla & Pancration, in ventre pituitoſo valde. Cappares ſaliti, Abſynthium omne, cum melle, in ſucco vel pulvere ad ℥. ß. Pulvis hyſſopi ad ℥. iiij. cum ficubus iiij. aut vj. aut in decocto cum Oximelle. Tragoriganon, Ammoniacum Thim. Polium in pulvere ad ℥. iij. in decocto ad ℥.vj. Chamępitis ſimiliter, nec non Betonica. Papaver erraticum, Vrticę ſemina & folia, Cynogloſſon, Glans vnguentaria, vt & Oleum Balaninum, adeoque omnia Oleaginoſa. Thelypteris. Semen Cnici & Oleum. Zuchari ℥.iiij. diſſolut. in aqua coquenda. Vinum dulce, Oenomeli ſeu mulſum ad ℥vj. ſeu Cyathum communem. Vt & Oxymel, vinum ſcilliticum, Abſynthites ad ℥.vj. Braſſica criſpa & capitata. Ceratia recentia. Priſana, præſertim cum melle, Marrubium cum Sale & Aceto. Lapathi folia Heliotropion Plinii. Labruſca, eiuſq; Oleum. Ceraſa dulcia. Daphnoides, Styrax & Spondylium, intus & extra adhibita. Pix, ſi ad ℥. j. ſumatur cum ſaccharo in Bolo, aut in Iure, vt & Piſſeleon & Palimpiſſa & Piſſaphaltum. Interior Sambuci Cortex in vino, nec non teneri ipſius Caules. Semen vrticis ad ℥.j. cum melle & pulegio in aqua decocta, aut ſolum. Smilacis Clematitis ſemen. Ari folia cocta cum Oleo & Sale, vt & Radix cum melle & pipere ac Sale, Alypon Plinii, Polygonaton. Oſtrearum ius, cum pipere, Oleo & Sale. Menæ Salſæ cum felle taurino vmbilico illitæ. Cerebella Gallinarũ vj. aut vij. cum pipere. Hibiſci folia & Radix. Lampſana, Atriplex, Aſparagus, Sinapi, Narciſſus Herbaceus. Seſamum, & eius Oleum, ad ℥.iij. ſemen Therebinthi, cum mulſa, ad ℥ij. Reſinæ omnes, excepta Lentiſcina, ſi igne eliquatæ laventur aqua & ad ℥. iiij. & ℥.j. ſumantur, aut non lotæ, Alyſſon Plinii. Cyclaminus vtraque

Ana-

Anagallidis ſuccus ad ℥. ij. & ſemen. Nimphęa in vino auſtero, comprimendo ſcilicet, vt & alia multa eius generis. Crethmon, Pſyleum, Pœoniæ rubræ Radix, ad ℥. iiii. aquæ Thermales. Cancri fluviales. Succus rad. mori inciſæ per meſſem. Tandem Cibi omnes cito deſcendentes, à Galeno deſcripti lib. de facultat. Alim.

Compoſita ſunt: Diamanna, Diacaſſia, in modica quantitate ſumpta, Diaprunis non ſolut. Electuarium ſimp. de Sebeſten. Maſticet bene Cochlearia ij. Paſſularum nigrarum, deglutiat & ſuperbibat brodii pinguis Gallinarum aut Caſtrati ℥. vj. in quo diſſolvatur ſacchari rubei ℥. j. calidum.

Ius Piſorum, in quod vitellum ovi calefactum infunde, & agita. Pro delicatis & Nobilibus.

Exterius admota ſolvunt:

Fel tauri, cum Sale gemmæ, Radix Cyclaminis trita, Radix Ebuli Cortex medius, Sambuci cum Axungia & Stercore muris, ad pectinem. Veratrum album & nigrum, Colocynthis &c. Ex his poteſt fieri vnguẽtum pro vola manus & pedis, vel vmbilico cum axungia porci vel felle tauri. Cum vis ſtringere, ablue partem, ac inunge Marciato. Radix Pryoniæ & Cucumeris ſylveſtris; Vnguentum ex Sabina cocta cum axungia. Adeps Anſeris, porci, Gallinæ; (Capri vero retinet) Butyrum cum Colocynthide inunctum.

Emplaſtrum pro umbilico ex Elaterio Hyſſopo, felle ♉. Satureia, ana, piſtis cũ Caricis. Vnguentum de Arthanita magnum. Emplaſt. ex ficubus & Nitro. Vnguentum ex Veratro nigro, Colocynthide, Rad. Cucum. ſyl. Diagrydio, frixis cum butyro & expreſſis, addito melle aut Cera. Stercus murium cum oleo communi pro umbilico.

Alexius Pedemontanus: Tempore peſtis convenit loco Aloes, vſus tartari, ſi ipſius pulvis aqua calida ſolutus colatuſque ſiccetur, ut aqua ſalis, & ſervetur. ℞ ℥. iij. mane in aurora. Vel diſſolvatur pulvis cum iure Carnium vel Braſſicæ, abiectiſque fecibus, facta reſidentia, ius alternis bibatur diebus.

Rotulæ Solutivæ præſtantes Doctoris Mithobii.

℞ Cinamomi, Zinzib, Ligni aloes, Caryophyllor. Cardamomi, ana ℥. ij. Turbith ℥. iiij. Diagrydii ʒ. ij. Maſtiches ℥. j. Sacchari lib j. cum aqua pulegii fiant Rotulæ ſ. a. Doſis ℥. j.

Aliter, pro Tragœa. ℞ Aromatum dictorum, ℥. x. adde libram ſacchari, Specier. elect. ac ſucco Roſar. ℥. iiij. Rhabarbari electi ℥. ij. Agarici, Turbith, ana ℥. j. Diagrydii ℈. ij. & miſceantur pro Tragœa, pro Principe Hennenbergenſi, Georgio Erneſto.

SYRV-

SYRVPI.

Syrupus præſtans, de Betonica.

℞ Betonicæ M.iij. Maioranæ M.j. ß.Thymi, Roſarum, ana M.j. Sticados, Salviæ, matrum violar, ana M.ß. ſeminis Fœniculi, Aniſorum, Ameos, ana ℥.ß. Rad. pœoniæ, Polypodii recentis, fœniculi, ana ℥.v. fiat Decoctio ſ.a. in ſuffic. quant. aquæ fontanę. Et poſtquam bullierint ad conſumptionem medietatis, fiat Colatura, cui adde ſucci Betonicæ depurati lib. ij. ſacchari optimi q.ſ. & fiat Lege artis ſyrupus.

Syrupus Doctoris Elidæi, Bononienſis, contra ſcabiem.

Fit ex Syrup. de Pomis comp. & ſyrup. de Fumo terræ ſ. ana Quibus additur Rhapontici & Rhabarbari ana ℥.ß. Datur cum aqua Lupulorum & Fumi terræ, alternis diebus ante ſyrupum dantur ℈ij. aut ℈iij. pil. de Elleboro, in ſcabie ſc. Gallica.

Syrupus Lucæ Chyni, ad calculos renum, ad Lienis & Epatis obſtructiones, ex adiantho.

℞ Adianthi nigri (ſalviæ vitæ) p.ij. Ceterach, Agrimoniæ ana p.j. Decoquantur in aqua & Aceto, vt in ſyrupo, acetoſo ſimp. fieri ſolet, & cum ſaccharo q. ſ.f. Syrupus. Doſis eſt ſingulis diebus mane, j. aut ij. cochlearia, id eſt ℥.ij.ß.

Syrupus contra Vermes, D. Benedicti Victorii, optimus:

℞ Rad. Graminis M. ij. ſeminis portulacæ, Acetoſæ ana M. j. Sebeſten, num. xx Decoquantur vſque ad conſummationem partis tertiæ. Coletur, & Colaturæ addatur ſucci Granatorum Acetoſ. ſucci Arantiorum Acetoſ. ſucci Agreſtæ, ana ℥. iij. ſucci Enulæ ℥.j. Bulliant vnica & forti ebullitione, & iterum coletur, & cum ſaccharo albo q.ſ. fiat ſyrupus ſ.a. Convenit cum Eliodæo.

Syrupus de Rhabarbaro præſtans, Lucæ Chini, Piſani:

℞ Capni M.ß. Cuſcutæ, Aſplenii, Endiviæ, ana M.j. foliorum Senæ ℥.ß. Polypodii Quercini ℥.vj. Rad. cichorei, Petroſelini, ana ℥.ij. Tamarindorum ℥.v. Decoquantur in ſ. quant. aut in lib. iij.ß. fontanæ, ad caſum tertiæ partis. Poſt noctem fiat fortis expreſſio, cui adde ſucci Endiviæ ℥.j.ß. ſucci Capni ℥.j. Rhabarbari, ℥.iij. ℈j. Agarici ℈iiij. Zinziberis ℥. ß. In petia ligatorum, & cum ℥.vj. ſacchari albiſſimi decoquantur ad ſpiſſitudinem ſyruporum. ſ.a.

Syru-

Syrupus de Adiantho præſtans:

℞ Adianthi minoris albi M. ij. Agrimoniæ, Ceterach, ana M.j. fiat decoctio in ſuff. quant. aquæ fontanæ. Colaturę adde aceti parum, ſacchari optimi q.ſ. & fiat ſyrupus ſ. a. Valet ad oppilationes Hepatis & Lienis, & ad calculum Renum.

Deſcriptio Syrmeſmi:

℞ Fumi terræ M.j. folior. Senæ Alexandrin. ℥.j. Polypodii Quercini ℥. v. Turbith albi gummoſi, ℥. vij. Cinamomi ℥.j.ß. Caryophyllor. ℥.j. florum Borraginis, violarum, ana M.ß. Zinziberis ℈ij.ß. Rhabarbari in petia ligati ℈v. Squinanthi ℈j. Decoquãtur in diplomate cum lib. iij. vini albi per horam, ac ſtet per noctem. Mane fiat fortis expreſſio, in qua diſſolve ſacchari fini ℥.iiij. Allumen ovij. ac relicto Rhabarbaro in expreſſione, & additis Cinamomi ℥. ß. Caryophyllor. ℥. j. Conquaſſatis, ac in petiam ligatis, decoquendo clarificentur, & fiat ſyrmeſmus. Doſis ab ℥. iiij. ſ. ad ℥. v.

Syrupus Doctoris Elidæi præſtans, ad Scabiem Gallicam.

℞ Senæ, Epithymi, Myrobalanorum Citrinor. Indorum, Sebeſten, Liquiritiæ raſæ, Reupontici, Rhabarbari electi, Ellebori nigri, ana ℥. ß. Epaticæ, Endiviæ, Polypodii recentis, Fumariæ, Lupulorum, ana lib. j. Florum Borraginis, Bugloſſæ, violarum, ana ℥.iij. Paſſularum enucleatar. ℥.ij. Turbith boni & gummoſi ℥. vj. Contundantur contundenda, & bulliant in ſuff. quant. Aquæ fontanæ conſumptionem medietatis. Cui adde ſyrup. violati ſimp. ſyr. de Lupulis, ſyrup. de fumo terræ, ana ℥. ij. & cum ſaccharo q.ſ. fiat ſyrupus ſ.a. Similem componit & Montanus &c.

Deſcriptio Syrupi, cuiuſdam Medici Poloni, pro humoribus aduſtis:

℞ Polypodii, fumi terræ, ana ℥.ß. Epithymi, Senæ, Myrobalanor. Citrinor. Sebeſten, Liquiritiæ, Rhabarbari electi, ana ℥.ij. ſuccorum Fumiterræ, Cichoreæ, Lupulor. Borraginis, ana lib.ß. florum Borraginis, Bugloſſæ, violar. ana ℥.j.ß. Paſſular. mundat. ℥ ij. Incidenda incidantur groſſo modo, & bulliant in lib. 12. Aquæ Lupulor. ad caſum dimidiæ partis, cui adde Colatura facta ſyrup. de fumo terræ, de Lupulis, ana lib.ß. Oxymellis ſquillit. ſyrupi violati, ana ℥.j.ß. ſacchari fini q.ſ. & fiat ſyrupus.

Syrupus de Sena Solutivus, Docto. *Lucæ Chini, Piſani:*

℞ Foliorum Senæ Alexand. lib.v. Tamarind. lib.j. Paſſularum mund. ℥. v. Prunorum Damaſcen. num. xxv. Florum Borraginis recentium, violarum, ana M.ij. Capillor. venenis recent. M.iiij. Cinamomi electi, craſſi

contuſi, ℥. j. ß. ſucci Lupulorum depurati, Endiviæ, ana lib. ij. ß. Infuſion. Roſarum, quinquies reiteratæ, lib. xv. Tamarind. Paſſulæ & Pruna decoquantur in ſuccis, donec Cocta fuerint, & fiat colatura cum forti expreſſione, omniaque miſta bulliant x. vel xv. ebullitionibus poſt 12. horas deinde fiat fortis expreſſio. Colaturæ adde ſacchari debitam quantitatem & fiat ſyrupus ſ.a. Guſtui eſt gratus, & facile educit humores bilioſos & Melancholicos, Febribus inde ortis medetur, vt & aliis morbis inde dependentibus. Obſtructa viſcera aperit, adeoque experientia conſtat, Tertianam vna vel altera aſſumptione penitus tolli. Doſis completa in corporibus mediocriter ſe habentibus, ℥v. cum modico Aquæ Endiviæ, vel Cichoreæ, vel Capni, pro intentione.

Syrupus D. Doctoris Auguſtini Sueſſani præſtans, qui commendatur ad morbos ex humor. aduſtis:

℞ Myrobalanor omnium, ana ℥iij. Foliorum Senæ, Rhapontici, Epithymi, ana ℥j. Polypodii quer. recentis lib. j. Capni, Lupulorum recent. ana lib. j. ß. Ivæ arth. recentis ℥j. ß. Liquiritiæ ℥xij. Flor. Borraginis, Bugloſſæ, violarum, ana ℥ß. Decoquantur omnia ad lib. ij. Colata adde ſucci Capni & Lupulorum, ana lib. j. ſacchari optimi q.ſ. & fiat ſyrupus ſ.a. aromatiſeturque Moſcho & Ambra. Doſis ℥iiij. & v. cum aqua Lupulorum.

Syrupus de Turbith optimus, & aliorum ſimilium.

℞ Turbith lib. j. affunde aquæ lib. iij. in loco calido ſic ſtent per horas xxiiij. & cola. Rurſus aliam affunde, idque donec in ipſa nihil ſaporis reprehendatis. Aquas aggregatas cum lib. j. ſacchari, pro Iulepo decoque. Additur calcar, incoquendo ſimul Diagrydii ℥ß. & ſæpe exprimendo. *Cinamominus* fit ex reiterata infuſione tandem decocta ad conſiſtentiam, additis vltimo aliquot guttis olei eiuſdem.

Syrupus de Papavere, Langii.

℞ Capitum Papaveris albi & nigri ℥iiij. Capillorum Q.M. ij. Liquiritiæ, ʒ.v. Iuiubas num. xx. ſem. Lactucæ, Malvæ, ana ℈.x. ſeminis Cotoneor. ʒ.iij. Aquæ lib. iiii. Coquantur ad cõſumptionem dimidii, & adde ſacchari & Penidior. ana ℥. iiij. & fiat ſyrupus.

N.B. Ex Syrupo de Turpeto, & ſimilibus, Medicamentum fit Suaviſſimum & præſtans, hoc pacto:

℞ Expreſſionis pomorum acidorum lib. j. Mivæ Cotoneorum ℥. ij. ß. ſacchari ℥. j. ß. adde ſequentis Extracti, partem dimidiam.

ELE-

ELECTVARIA.

Electuarium Iuniperinum VVirtebergenſe, præſtans ad calculum.

℞ Cocturæ ſeu pulmenti expreſſi Baccarum Iuniperi (coquantur in aqua ſemper verſando, ad molliciem, & ducantur per Setaceum) lib. iiij. ſacchari vel Mellis optimi, lib. j. Coctis ad ſpiſſitudinem inſperge Pul. Cinamomi, Calami Aromat. Zinziberis, Caryophyllor. Macis, Imperatoriæ, ana ℥. ß. (Calculoſis poteſt inſpergi Radix Iringii pulveriſata, Pimpinellæ & ſimilium, aniſi, fœniculi, Cort. Arantiorum) & fiat Miſtura.

Commendatur in calculo, Catarrhis, ventriculi imbecillitate. Doſis, frequenter ſumendo, ℥. ß. vſurpatur vt Diacorum &c.

Electuarium Vitæ præſtantiſſimum, Arnoldi de Villa Nova:

℞ Uvarum paſſ. lib. *j.* Glycirrhicæ raſæ, ℨ. iiij. Aquæ fontanæ ℥. xv. vel q. ſ. Coctis & expreſſis adde Cort. chebulor. Citrinor. Indorum, ana ℥. j. Emblicorum, Belliricor. ana ℨ. j. contuſa decoquantur, exprimantur, & colentur, addendo ſacchari lib. ß. Coquantur ad formam ſyrupi. Vltimo addendo & miſcendo Cinamomi electi, Caryophyllor. Galangæ, Nucis moſchatæ, ana ℨ. j. ſem. Aniſi, Fœniculi, ana ℥. ß. &c.

Ventriculum roborat, colorem bonum conciliat, & canitiem retendat, ac Iuventutem conſervat. Quidam addunt decoctioni folior. Senæ ℥. ß. Rhabarbari ℨ. j. Agarici ℥. ß. nec non florum Borraginis, Bugloſſæ, violarum, Anthos, ana ℈*ij.* Et ſic nonnihil alvum movebit.

Electuarium artificiale, de Limatura Chalybis præſtantiſſimum in decoloratione ex oppilatione hepatis & lienis.

℞ Mucilag. Altheæ lib. *viij.* Mellis deſpumati, lib. xij. Liquiritiæ raſæ ℥. *vij.* Betonicæ, Meliſſæ, Cuſcutæ, Tamariſci, ana ℥. iij. Rubiæ tinctorum, Aniſorum, ana ℥. iiij. Paſſularum ℥. x. Cinamomi electi, Limaturæ Chalybis præparatæ, (maceratæ per dies iij. & noctes in Aceto fortiſſimo) ℥. j. pro omni libra Electuarii. Miſceantur ſ. a. omnia ſimul pro Electuario.

Alia Deſcriptio, ex ipſo Libro Doctoris Elidæi, Bononienſis:

℞ Mucilag. Altheæ, lib. iiij. Mellis deſpumati lib. viij. Liquiritiæ raſæ ℥. Bethonicæ, Meliſſæ, ana ℥. j. Cuſcutæ,

Tamariſci, ana ℥.ij. Seminis aniſorum, Rubiæ tinctorum, ana ℥.j. Zinzib. ℥.ß. Paſſularum enucleatar. ℥.v. Cinamomi electi ℥.j. & ʒ.ij. Limaturæ Chalybis præparatæ, ℥. x.ß. fiat Electuarium ſ.a. Optimum ad oppilationes, & vtatur poſt exercitium moderatum.

Electuarium præſtans de Coagulis, Medici Piſani*;*

℞ Coaguli hedini, vitulini, cervini, ana ℥.ij.ß. Vini Malvatici odoriferi, ℥.ij. Teſticulorum Galli cocti in poſca facta ex aceto temperata aqua Buglosſæ, ℥. j. ß. Electuar. Diatrion SantalDiarrhod. Abbatis, ana ℥. j. ſacchari Roſar. ℥. vj. Pul. vnionum, Smaragdi, ana Caract. j. Miſce, & cum ſufficiēti quantitate ſyrupi Roſacei, aut de ſucco Citri fiat Electuarium ſ.a. Optimum eſt ad cordis tremorem & animi deliquium &c.

Electuarium ſeu confectio Humain, ad oculorum ſanitatem, Spiritus Viſivos recreandos & depurandos efficaciſſimum:

℞ Comarum Euphragiæ ʒ. ij. Semin. fœniculi ʒ.ß. Cubebarum, Macis, Cinamomi electi, Piperis longi, Caryophyllor. ana ʒ.j. Mellis deſpumati lib. j. ſucci fœniculi depurati ℥. j. Succi Chelidonii depurati ℥.ß. coquantur ſ.a. ad mellis craſſitē ac additis Pulveribus dictis, fiat ſ.a. Electuarium &c.

Electuarium optimum de Rhabarbaro.

℞ Rhabarbari ʒ. j.ß. rad. Ireos, Polypodii Quercini foliorum Senæ, Tartari vini albi, area ʒ. iij. Turbith optimi ℥.ß. Soldanellæ ʒ. vj. Granorum Iuniperi ʒ. ij. Diagrydii ʒ. j. Ligni Aloes, Cinamomi electi, Zinziberis albi ana ʒ. ij.ß. Specier. Diacubebe ʒ. j.ß. fiat pulvis, aut cum ſaccharo diſſolvatur in aqua Paralyſi q.ſ. & fiat Electuarium.

Electuarium ad Betonica.

℞ Florum Betonicæ ℥. 24. Mellis deſpumati lib iij. Bulliant vſque ad perfectioné, deinde ad de Cinamomi, Macis, Galangæ, Caryophyllor. ana ℥.ß. Zinzib. piperis, ana ʒ. ij. Zedoariæ, Calami aromatici, ana ʒ. j. Doronici ℈j. Miſceantur probe & fiat ſ.a. Electuarium.

Confectio præſtantiſſima D. Iohannis Franciſci, Comitis Mirandulæ, *communicata Venetiis ab Hiſpano ſeplaſiario.*

℞ Conſervæ Roſar. ex Roſis ſiccis, violarum, Nenupharis, Betonicæ, ana ℥. iij. Myrabalanor. Emblicor. ℥. iiij. Indorum ℥. ij. Theriacæ antiquæ ℥.ß. Mannæ electæ ℥. iij. confectionis Alkermes ℥.ß. Specierum Diarrhod. Abbatis ʒ. iij. Specier. Diamagariton ʒ. ij. foliorum Senæ ʒ. ij. Carnis Prunor.

nor. Damaſcen. ℥iii. carnis Faſiani vnius rad. Bugloſſæ conditæ ℥vj. folior auri puriſſimi, num. xx. piſtanda piſtentur & Miſce, ac cum ſaccharo fino fiat confectio in Morſellis, vel Elect. &c.

Valet ad omnes ægritudines ex humore Melancholico, ad Oppilationes Hepatis & Splenis, ad appetitum & ventriculi debilitatem. Solvit alvum ſine moleſtia, valet ad vertiginem, confortat cerebrum, lætificat Cor, conciliat gratiam in anhelitu, temperat ſanguinem Melancholicum, & confert dolori Colico & Iliaco.

Confectio in Rotulis optima, vſitatiſſima ad vermes:

℞ Corallinæ ʒij. Scordei Cinamomi, ana ʒj. Seminis Santonici, Tanaceti, Seminis Citri excortati, ana ℈ij. Dictamni albi, Rhabarbari, ana gr. 15. Croci, camphoræ, ana ℈ß. ſacchari albiſſimi, ℥. IX. cum aqua acetoſæ fiant Rotulæ.

Confectio Geſneri præſtantiſſima ex Carabe, mirifice roborans Caput:

℞ Sacchari lib. j. Zinziberis modicum, aquæ Cinamomi optimæ, Aq. Roſarum fragrantiſs. ana q. ſufficit ad diſſolvendum ſaccharum, coquantur lento igne ſecundum artem, & in fine decoctionis adde guttas iij. vel iiij. olei ſuccini.

Confectio Corallorum Guainerii, optima in Febribus:

℞ Corallor. rub. ʒij. ſacchari puriſſimi lib. ß. aqua Roſarum optima, quantum ſufficit, in qua infundatur ʒj. Santali Muſcatellini, cum granis iiij. Camphoræ, & facta ſolutione & expreſſione fiant Rotulæ ſ. a.

LOHOCH.

Lohoch de Cancris, optimum ad Phtiſin:

℞ Crancrorum Fluviatilium pinguium ℥iij. Paſſularum enucleatarum ℥ij. Iuiubarum, num. xxx. Liquiritiæ raſæ ℥ß. Capillorum veneris. Virgæ paſtoris, Arnogloſſæ, ana ʒij. Fiat decoctio ſ. a. ad caſum partis ij. Adde ſyrup. de Papavere, ſacchari optimi, ana ℥iiij. Reducantur ad ſpiſſitudinem Mellis vltimo adde ſucci Liquiritiæ, Amygdalar. dul. ſem. Cucurbitæ, ana ℥ß. Malvæ. Citoniorum ana ʒij. Portulacæ, Papaveris albi, Gummi Arab. Traganthi, Amyli ana ʒß. Specier. Diamoſchi dul. Diambræ, ana ʒj. Miſceantur & fiat Lohoch ſ. a. Optimum ad Phtiſin.

Lohoch optimum de ſucco Caulium.

℞ Succi Caulium lib. ij. Mellis optimi ℥j. Bulliant ſimul ad Lohoch formam vel ſpiſſitudinem, poſtea cum incipit infrigidari, adde Pulveris pulmon. Vulpis ℥j. ß. Croci pulveriſati ʒij. Optime miſceantur & fiat Lohoch ſ.a. De quo frequenter ſumatur, facilitat enim optime ſputum. *Quidam omnibus remediis præferebat ſuccum caulium in Cauſone*, zur Breun rc.

PILVLÆ VARIÆ.

Pilulæ Lucæ Chinæ, Medici Piſani, de Lapide Armeno:

℞ Specier. Ieræ ſimp. Galeni, Epithymi, Agarici, Lap. Armeni loti & præparat. ana ʒij. ß. Myrabolanor. Chebulor. Indor. Citrinorum, Diagrydii, ana ʒj. Stœchados, Polypodii Quercini, ana ℈ij. Ellebori nigri præparat. ʒß. Pulveriſatis omnibus ſubtiliter, cum Aqua Roſata optima fiat Maſſa.

Pilulæ de Turbith, eiuſdem Chinæ.

℞ Turbith gummoſi ʒij. Agarici electi ʒj. ß. Rhabarbari optimi ʒj. Spicæ, Zinziberis, Salis gemmæ, ana ʒv. Hermodactylor. ʒii. Epithymi ʒ. ß. Bethonicæ, Ivæ, ana ʒj. folliculorũ Senæ ℈iiii. Polypodii Quercini ʒß. Specier. Hieræ ſimp. ʒß. Diagrydii ℈j. Pulveriſata ſubtiliſſime, cum ſyrupo de Iva redigantur in Maſſam Pilularum. Doſis pil. j. ℈j.

NB. Pilulæ cum Vino Infuſionis Ellebori, deſcribuntur à Manardo, fol. 492. Supra in Cap. de Arthridite referuntur Pilulæ Cochiæ cum Elleboro. Ego vero ſic pararem: ℞ Cochiarum pulveriſatar. ʒj, Extractionis Ellebori ʒj. Diſſolvantur ſimul in aqua aniſorum q. ſ. & facta levi evaporatione ſeu decoctione in B. addantur huic Maſſæ Olei Aniſi ℈j. Olei Cinamomi & Caryophyllor. ana g. iij. vel iiij. ac probe miſceantur.

Pilulæ præſtantes Clementis Papæ

℞ Maſtichis, Cinamomi electi, Xylocaſſię, Ligni Aloes, ana ʒij. Roſarum, Spicæ, Liquiritiæ raſæ, ana ℈ij. Aloes lotæ ſucco Roſarum ℥iiii. cum Roſacea fiat Maſſa pro Pilulis, vt ſolent fieri Alephanginæ.

Pilulæ ex Scordio:

℞ Folior. Scordei ſiccatorum ʒj. ß. Cimarum Centaurei min. agarici trochiſc. Aloes opt. ana ʒj. Cimarum Agorati, Santonici, Sem. Nigellæ, Aniſorum, Caryophyllorum, ana ʒß. gr. 12.

gr. 12. Cornu cervi vſti præparat. Pul.ſuccini albi, Roſar.rub.ſem. acetoſæ, ana ʒß. Pulveriſata & miſta aſpergantur ſucco arantiorum & aceto acerrimo, & cum aqua Roſacea, æquis partibus. Siccentur, & ſic fiat ſepties, vltimo adde Croci gr. 12. Moſchi, Ambræ, ana gra. v. & cum Syrupo Arantiorum fiat Magdaleon. Doctoris Pontani, ex Ioh. Baptiſta Veronenſi.

EMPLASTRA.

Emplaſtrum D. Elidæi, Bononienſis, ad Contuſiones:

℞ Carui ℥ij. aniſorum ℥ij. florum Chamemeli M.j.ß. Anethi M.ß. Roſarum, Myrtillorum, ana ℥vj. Farinæ fabarum ℥.iij. Calami aromatici ℥ij. cum Sapa q.ſ. fiat Emplaſtrum. Efficacius erit addito Oleo Roſaceo & Chamemelino, ana ℥ij. Oleo de Hyperico, ℥j. Oleum Hyperici commendatur à Paracelſo.

Emplaſtrum Diachylon ſimplex, Chirurgi Ducis Saxoniæ Auguſti, ad omnia Vulnera præſtantiſſimum.

℞ Olei communis ℥xij. Litargyrii ℥vj. ſem. fœnugræci, ſem. Lini, Rad. Althęæ, ana ℥iiii. Rad. ſymphiti ℥ij. Roſarum albarum & rub. ana M.j. Lithargyrum tritum ſubtiliſſime miſceantur ſupra ignem cum Oleo, & coquantur igne lentiſſimo ſimul ſemper cum Spatula circumducendo, ad iuſtam craſſiciem, ne in fundo coeat. Deponantur, & cum parum refrixerit, addantur Mucagines, & ſimul parum coquantur. Mucagines extrahantur ex ſimplicibus integris, affuſa aqua tepida, vt ſupereminear. Macerentur diebus tribus, bulliant poſtea ſimul, & expreſſa mucago per noctem in loco frigido craſſeſcat.

VNGVENTA.

Vnguentum Doctoris Piſani, ad vermes optimum.

℞ Succor. Abſynthii, abrotani, Centaurei minoris, Perſicariæ, florum perſicorum, Lupini, rad. Ebuli, ana ℥ij. Succi Porri ℥iiii. Naſturtii Aquat. lib.ij. Balauſtior. ℥ij. Olei Abſynthii lib.iij. Ceræ q.ſ. & fiat vnguentum ſ.a.

Vnguentum præſtans Doct. Elidæi, ad Hæmorrhoidas.

℞ Thu-

℞ Thuris ℥ß. Licii, Croci, Myrrhæ, ana ʒiij. Opii ʒj. Seri Caprini ℥. iiij. coctis ad caſum ʒj. adde Mucaginis Pſilii ℥ß. Olei Roſarum ℥iij. vitelli ovi vnius, & probe ſimul miſceantur, & fiat vnguentum molle ſ. artem. &c.

Vnguentum de Alabaſtro Doctoris Lucæ Chini, Piſani:

℞ Cimas arboris Spinæ ſeu Rubi teneris, num. 40. piſtentur inſtar Salſæ, vini albi optimi lib. ij. Rutæ M. j. Camomillæ ℥iiii. Lapidis Alabaſtri lib. ß. Seminis fœniculi ℥ß. Olei Roſarum lib. j. Ceræ novæ ℥ij. Piſtentur omnia, ac cum vino bulliant lento igne ad vini conſumptionem (excepta Cera & flor. Camomillæ) Poſtea cum ſeptem albis ovi incorporentur, ac per pannũ lineum colentur. Vſus eius eſt frequẽs Bononiæ in dolore Dorſi & Podagræ, nec non capitis ex cauſa calida.

Vnguentum Benedicti Faventini præſtans ad ſcabiem.

℞ Terebinthinæ ſepties lotæ, lib. ij. Ceruſſæ ℥iiij. Butyri recentis lib. ß. vitelli ovorum num. vj. Salis communis, ſucci Lapatii acuti, ſucci Limonum, ana lib. ß. Lithargyr. ℥ß. Olei roſati lib. j. Diſſolventur lento igne & fiat vnguentum ſ. a.

Vnguentum Magiſtrale optimum venetiis vſitatiſſimum.

